Sch 139
no 113

R 38
4/17

De cõcordantia catholica libri tres R. patris Nicolai de Cusa theologiae ac pontificii iuris professoris eximii, qui postea merito suo maximo effectus est Cardinalis tt. Sancti Petri ad Vincula.



Venũdantur cum ceteris eius operibus in aedibus Ascensianis.

NICOLAI CVSANI QVVM HAEC SCRIBERET DECANI SANCTI FLORINI CONSTANTIEN. THEOL. DECRETORVMQVE DOCTORIS EXCELLENTISSIMI, QVIPPE QVI VIRTVTE ET INGENIO TANTVM PROFECIT VT CARDINALIS TI. S. PETRI AD VINCVLA EVASERIT, IN TREIS SEQVENTES DE CATHOLICA CONCORDANTIA LIBROS PRAEFATIO.



Xposcũt agitata huius sacri Basiliẽsis Cõcilii/quæ forte in nouitate quadam (facile apud eos qui huius tempestatis scriptoribus indubiam fidem etiam in voluntariis præbent) diiudicarẽtur: aliqua peritiora veterum ingenia vetustate tandudũ abolita/ob eorum qui hoc quo dies graues ad finem ducit/& priscorum illuminatissimorum naturam disparem/palã facere. Et eo hæc res dissonãtior videtur/quo minus a teneris annis imbibita/minusq; insita quodã excitatiuo superno influxu/ex cõquassatione ingeniorum ob exortã discordiam diffinita est.

¶Quis rogo/ante hos pauculos annos ea dixisse absq; nota potuisset/quæ nũc fieri
conspeximus: ad manifestãdam vniuersaliorum conciliorum eminentissimam po
testatem/quæ dudum non sine maximo publicę vtilitatis ac fidei orthodoxæ dispẽ
dio dormitauit? Videmus autem per cuncta ingenia etiam studiosissimorum om
nium liberalium ac mechanicarum artium vetera repeti: eaq; auidissime quidem Vetera placent.
ac si totius reuolutionis circulus proximo compleri speraretur/resumimus tantũ
graues nec sententiosos auctores, verum & eloquio & stilo ac forma literarum anti
qua videmus oẽs delectari, maxime quidẽ italos: qui nõ satiant disertissimo (vt na
tura latini sunt) huius generis latiali eloquio, sed priscorũ vestigia reperẽtes: græ
cis literis maximum etiam studium impendunt. Nos vero Alemãni/etsi non longe Alemãnorũ ad eloquium difficultas.
aliis ingenio minores/ex discrepanti stellarum situ essemus effecti: tamen in ipso
suauissimo eloquii vsu aliis plærũq; non nostro ordinatus vitio/cum non nisi labore
maximo tanq̃ resistẽti naturæ vim facientes latinum recte fari valeamus. Non ad
mitterentur itaq; nationes cæteræ: si inscripta testimonia certorum mandatorum
legerint. Originalia enim multa longo ab vsu perdita: per veterum coenobiorũ ar Huius operis testimonia.
maria non sine magna diligentia collegi. Credant igitur qui legerint: q; omnia ex
antiquis originalibus/non ex cuiusq; abbreuiata collectione huc attracta sunt. Non
retrahat/rogo/quẽq; a legendo incultus stilus. Apertus enim absq; fuco clarissimus Operis dedicatio.
sensus humiliori eloquio: etsi non auidius/facilius tamen rapitur. Verũ quis omni
bus placere vellem hanc collectionem/maxime tamen in hoc sacro concilio consti
tutis/& tibi in primis inuictissime deo coronãte īperator noster Sigismũde: ac etiã
prędigno Cardinali Iuliano vestræ nationis mansuetissimo legato. si etenim tantæ
& excelsæ vtriusq; potestatis approbatorum iudicia patescent: nemo sic laudata re
cte spernere possit.

Operis materia & diuisio.

¶De catholica concordantia tracturus inuestigare necesse habeo: ipsam vnionẽ quæ ecclesia fidelis populi catholica dicitur. Et illius ecclesiæ partes vnitas scilicet animã & corpus. Vnde & prima cõsideratio: ẽ de toto cõposito scilicet ipsa ecclesia. ¶Secũda: de anima ipsius scilicet sacratissimo sacerdotio. ¶Tertia: de corpore scilicet sacro imperio. Et in qualibet: inuestigabo ex antiquis & approbatis libris q̃ fuerint necessaria ad intelligẽdum subsistẽtiam / naturã / compagines / & iũcturas cum membris. vt sic dulcis & harmonica concordantia fieri possit: per quã salus æterna & reipublicæ terrenæ consistet.

Primi libri Capita.

PRIMI LIB. CAPITA.

IN hoc primo libro de ecclesia: inuestigatio circa infrascripta versatur.

¶Cap. I. Q̃ ecclesia consistat ex concordãtia omnium ratiocinabiliũ spirituum per dulcissimã harmoniã ad CHRISTVM veritatem viam & vitam / qui est sponsus ecclesiæ.

¶Cap. II. Q̃ hæc colligãtia qua mẽbra ipsi⁹ ecclesiæ modo dictę CHRISTO vniũtur: habeãt graduationes differentes secundũ exemplũ sancti Ambrosii de Magnete lapide & annulis ferreis sibi inuicem substitutis / & per magnetẽ attractis, ex qua differentia: Hierarchicus ordo inuestigatur.

¶Cap. III. Q̃ vna est ecclesia a principio ad finẽ: sicut vnus CHRISTVS qui solus quoniam veritas est / per omnes scripturas per signa & sacrificia loco & tẽpori congrua exprimitur / licet clariori modo vno tẽpore q̃ alio. Et ibi quomodo graduatiue quodãmodo vsq̃ in CHRISTVM successiue in maiori lumine sanctitatis & veritatis apparuerunt mẽbra CHRISTI. & sic descensiue vsq̃ in finem. & q̃ paradisus regnum ecclesiæ significet.

¶Cap. IIII. Q̃ licet ecclesia triplex sit triumphans dormiens & militãs: tamen ipsa militãs varie cõsideratur / vel pro traducenda in triumphantẽ patriam & est prædestinatorũ / vel deo in præsenti tẽpore per fidẽ & charitatẽ vnitorũ / vel per fidem tantũ. Et quomodo sit similis exercitui & aliis exemplis proportionetur: & est cap. notandũ valens pro euacuatione multorũ dubiorũ & reductione errantium.

¶Cap. V. Q̃ ecclesia ex bonis & malis permixta sit: & q̃ exercitium malorũ q̃d ex officio dependet / nõ caret effectu / q̃d & de signaculo trinitatis in ecclesia militante ac etiam de subordinatione ecclesię triumphantis / dormientis & militãtis. & ibi de hoc pulchra & notanda.

¶Cap. VI. Q̃ in triumphãti consideratur vnitas ex deo angelis & animabus sanctorũ. & q̃ militans triumphãti subordinatur: quoniã ex sacramentis sacerdotio & populo catholico cõnectit. sacramẽta subalternãtur deo sacerdotiũ ministris scilicet angelis / populi beatis animabus. Et de ipsa colligãtia subalternali: quomodo sacerdotium coniungitur per sacramẽta quæ deo proxima sunt CHRISTO / populus sacramentis per sacerdotiũ. & de graduatione cuiuslibet partis: & quomodo in qualibet parte supmus Hierarcha in se repræsentatiue iferiora cõpræhẽdit. & est singularissimum cap. deinde de sacerdotio sacro singulariter. & primo.

¶Cap. VII. Q̃ ecclesiastica Hierarchia ordines & gradus adinstar ãgelicę habeat. & ibi exemplo & natura: hęc pars manifestatur.

¶Cap. VIII. Q̃ trinitas a sacerdotio consideratur. scilicet ordo / p̃sidentia / & cathedra / sicut spiritus anima & corpus se habentia: & q̃ sicut in ordine est Hierarchica graduatio / sic & in p̃sidentia / & cathedra. & de sanctitate sacerdotii.

¶Cap. IX. Q̃ sicut sacerdotiũ subalternatur deo: ita p̃sidentialitas angelis. & q̃ sa-

cerdotium per medium cathedræ angelo qui ecclesiæ prælatus est connectitur / ex quo veritas cathedræ solidatur. & est singulare.

¶Cap.X.Q₂ efficacia intercessionalis sacerdotalis officii iuuatur ex cōtinuatione ipsius sacerdotii quo ad hoc ad beatos ī patria. Et ibi. epilogus quomodo veritas sacerdotii radicatur in triplici cælesti concordātia: quoniam ad diuinā per ordinem / ad angelicā per cathedrā: & ad beatos ī patria per officium. Et sic est sacerdotium vt anima vna in vno corpore fideliū. & est valde mente tenendū illud paruum cap. maxime vbi epilogat & subinfert.

¶Post præmissa oportet inuestigare quæ verba CHRISTI ad ecclesiam & apostolorū successores trahi debēt: vt in illis fundet radix ecclesiasticæ potestatis.

¶Cap.XI.Q₂ CHRISTVS ad apostolos locutus est sæpe aliqua / quæ nō poterant de ipsis sed successoribus verificari: & sæpe voluit ad ecclesiam cōgregatā actu verba dirigi. aliquādo ad dispersam. & ibi de Petro figurā ecclesiæ gerente. & inferitur epistola Alipii Augustini & Fortunati quæ habet notanda puncta.

¶Cap.XII.Q₂ p documēta pulchra exempla illa probētur alibi. & ibi de dispersione ecclesiæ per mundū ante aduentum domini secundū. & ibi qualiter ille aduētus intelligi debeat in nubibus.

¶Ca.XIII.Q₂ illa est vera catholica ecclesia / q̄ cuiqꝫ est loco coarctata: & ibi de Materno Coloniensi episcopo.

¶Cap.XIIII.Q₂ vna sit vera certa Petri cathedra: ī qua omnes Petri successores sedēt. & ibi de vnitate cathedræ in qua necessario catholici sedere habēt / & prior sedens in eadem est papa. & quomodo hoc intelligitur: qui cathedræ Petri non adhæret fidelis non est. & est singulare.

¶Cap.XV.Q₂ psidētes suā subiectā figurāt ecclesiā. & sic ecclesiastica potestas: est ī episcopo. & ibi de principatu romani episcopi. quomodo ī episcopatu fidei stet prim⁹

¶Cap.XVI.Q₂ Romana ecclesia capitur aliquādo pro sede: & occasione illius quot sint sedes. & quæ prima / & q̄ primitiuitas ab æthnicis traxit initium. & q̄ episcopus Romanus ab ipsa vrbe Romana eminentiā habeat. & hoc declaratur argumentis multis concurrente nihilominus priuilegio CHRISTI.

¶Cap.XVII.Q₂ Romana ecclesia aliquādo capiat pro primæ vnitis sibi & aliquādo sedes pro pontifice & ecclesia pro papa & pro clericis suæ dioecesis & fidelibus / aliquādo pro subiectis metropoli aliquando pro subiectis patriarchatui. Aliquādo pro fidelium ecclesia. Et in quo intelligitur Romanam ecclesiam errare non posse.

SECVND.LIB.CONTINENDA.

LIB.II. Capita.

SEcundo loco præsuppositis quibusdā fundamentis ad propositū facientibus: se offert cōciliorū prīcipalis materia: ob quā inuestigandā radicitus labor omnis assumptus est. Vnde qđ primo tractatur est id.

¶Cap.I.Q₂ synodus est coetus senū vel presbyterorū per vnā viam rēdētium / & q̄ dissentientes nō faciunt conciliū / & q̄ habet graduationes varias a particulari vsqꝫ ad vniuersalem / & q̄ vniuersale varie capitur. & ibi exprimuntur graduationes ab infima synodo vsqꝫ ad supremam.

¶Cap.II.Q₂ quisqꝫ præsidens regulariter habet subiectā synodū cōuocare. Et ideo papa vniuersalem. Et quomodo intelligitur: sine papæ auctoritate synodū vniuersalem regulariter non esse.

¶Cap.III.

Q₃ ex quinq; patriarchis:plenum vniuersale concilium constituatur. & q̄ ad esse concilii requiritur:q̄ in aperto & nō in obscuro absq; motu cū omni libertate absq; tumultu & ordinate celebretur. Alioqui si rite non celebratur errare potest/& etiā ab ipso ad aliud appellare:& multa ibi quæ singulariter notanda sunt.

¶Cap.IIII.

Q₃ in synodis vniuersalibus ad hoc q̄ a spiritu sancto dictata censeantur diffinita: ex concordantia & communi omnium consensu pronunciatio & decretatio fieri habet.

¶Cap.V.

Q₃ licet legātur multa concilia in quibus etiam interfuere legati apostolicæ sedis/ errasse:tamen nullum de illis rite celebratum fuit. Et hoc probatur de singulis conciliabulis. Et ibi quomodo vniuersalia concilia corrigūt particularia:& de maxima firmitate vniuersalis ecclesiæ catholicæ.

¶Cap.VI.

Forma antiquorum breuissima in celebrandis vniuersalibus conciliis. ¶Post hęc de conciliis generalibus quæ sæpe vniuersalia dicuntur submittitur:in quo tractatu enodatur deceptio multorum recentiorum.

¶Cap.VII.

Q₃ aliquando concilium multarum prouinciarum/aliquando occidentale/&q̄ omnia etiam cum legato papæ celebrata/præter concilia vniuersalis ecclesię:dicuntur sicut sunt prouincialia seu localia/licet dicantur vel generalia vel vniuersalia/aliquando etiam papa in eis præsidente. Et q̄ dicantur patriarchalia.& ibi de concilio generali vel vniuersali ratione ecclesiæ/aut papæ/quomodo solū fit in certis regionibus patriarchali sedi subiectis collatum/ & in quibus & quomodo hoc subest papæ. & quantę auctoritatis existat. Et alia vtilia de congregatione & subscriptione.

¶Cap.VIII.

Q₃ auctoritas in conciliis non dependet a capite concilii : sed communi omniū consensu.& hoc declaratur per multas subscriptiones Papam de consensu & non tantum de concilio definire & cōstituere/& q̄ omnes episcopi sunt iudices & definitores & constituentes. Et q̄ subscriptio roboret & confirmet acta conciliorum.

¶Cap.IX.

Q₃ nulla constitutio canonica sit efficax:nisi ex consensu expresso vel tacito aut secundum aliquam canonicam facta fuerit. Alioqui si per qualencūq; particularem fiant ordinationes:non dicuntur constitutiones/nec ligant nisi ex acceptatione vel cōsensu præueniente quo ad potestatem constituentis.

¶Cap.X.

Q₃ statuta etiam generalia non ligēt aliquando particulares prouincias:nisi acceptentur.& q̄ vigor statutorum ex acceptatione per vsum vel consensum potius dependet : & q̄ ideo proprie solum sunt, constitutiones.quæ synodice promulgantur.

¶Cap.XI.

Q₃ Romani pontificis decreta:robur & ligandi vigorem ex acceptatione & vsu capiunt/aliter in periculo essent christiani. Et propter hoc synodice cōstitutiones sunt maximæ efficaciæ/ & ibi causa redditur : & insuper iura quæ de decretalibus apostolicæ sedis loquuntur de synodice aut secundum canones/ decretis

intelligi debent.

Cap.XII.

Q; ex cōsensu vigor statutorum dependeat: probatur per vim q̄ cōsuetudini inest. & q̄ psidentia papæ in concilio vniuersali quo ad potestatem condendi recte æquiparetur psidentiæ metropolitani in prouinciali concilio: & ideo papa semper quasi apd̄ antiquos archiepiscopus nominatur.

¶Post hæc examinatur difficultas pretacta ex argumentis quæ fieri possent: a papa iurisdictionem omnium & statutorum vigorem dependere.

Cap.XIII.

Q; argumenta omnia quę dicunt papam habere potestatis plenitudinē a deo/& cōsimilia: non obstant. & ibi late de hoc. & quomodo cōstituatur administratio superiorum ex subiectione inferiorum: ex quo euenit potestatem superiorum etiam ab inferioribus dependere. Et est notatu dignū. Et q̄ papalis administratio nō habeat alia principia q̄ episcopalis: quoniam omnis ecclesiasticæ potestatis administratio desursum & deorsum constituitur: quoniam mediator est ipse pastor inter deum & gregem. & euacuantur omnia argumenta secūdum ordinem per longum processum.

Cap.XIIII.

Q; omnis constitutio ex radice naturalis iuris locum habet: & q̄ omnis correctio cū natura ęque liberi simus/ex electione & cōsensu subiectorū sit. & q̄ iurisdictio creata ex se non habet potestatem nisi secundum legem & canonem: & est pulchra speculatio.

Cap.XV.

Q; ex fundamentis fraternitatis sicut episcopus sine capitulo & metropolitanus sine suffraganeis: ita & papa sine cardinalibus/vniuer[illegible] omnes subiectos tangentia facere non debeat. Et q̄ ideo nullius synodi iudicium absq̄ auctoritate apostolicę sedis ratū est: quia ab omnibus definitionibus etiam synodicis excepta vniuersali vniuersalis ecclesiæ synodo ad ipsam Romanā sedem appellatum inuenitur. & ibi quomodo hoc commune dictum intelligi debeat.

¶Deinde cognito q̄ ex consensu firmitas synodica dependet: vidēdum qui interesse debeant, & ibi.

Cap.XVI.

Quomodo ex definitis subscriptionibus deprehenditur episcopos & definitores alios etiam consensum prestare & subscribere abbates & monachos: laicos vero tanq̄ auditores & testes. Et q̄ perin clerici etiam administratione carentes: non debeant a conciliis pelli.

¶Et primo cōsequēter de potestate vniuersalis concilii tractatus subnectitur.

Cap.XVII.

Q; patriarchale concilium non est regulariter supra papam: sed ei subest nisi erret in fide, tamē eum reformare potest: sicut & metropolitanum prouincialis. Et q̄ vniuersalis ecclesiæ synodus non tantum supra papam: sed etiam eius & omnium aliorum patriarcharū synodos existit simpliciter, quo & euacuatur argumētū id qđ communiter obicitur: Romanam sedē priuilegio CHRISTI toti ecclesię supeminere. Et q̄ vniuersale concilium saluo illo priuilegio in sedentem in sede/dum sua abutitur potestate/pro bono vniuersalis ecclesiæ iurisdictionem & superioritatem habet: & exempla ponuntur.

¶Cap.XVIII.ꝙ fundamentum hujus confidetationis maioritatis concilii supra papam est secundum Augustinū, quia certior & infallibilior est repsentatio ecclesię cui veritas & assistentia est promissa in vniuersali concilio q̄ in papa tantum. & ibi aperitur fundamentū totius materię repsentatiōis & administratiōis; & cur eligi debēt plati & qualis ordo seruari/& quomodo cardinales tanq̄ legati prouinciarum a prouinciis eligi, & ibi de ipsis aliqua singularia: ꝙ ipsorum potestas ex communi consensu exorta est: & quomodo.

¶Cap.XIX.ꝙ libertas electionis est radix per quā omnis ordinata potestas cōstituitur & breuiter & pulchre de hoc.

¶Consequenter ad difficilem materiam acceditur. An papa per vniuersalis ecclesiæ concilii canones ita ligari possit ꝙ in contrarium nequeat. Et primo.

¶Cap.XX.ꝙ papa non possit tollere immutare vel retractare vniuersales canones. Et probat auctoritatibus & exemplis & professionibus ac argumentis multis. Et ꝙ dispensatio & declaratio rationem canonis in particulari casu locum non habere/locum habet absq; canonum praeiudicio, & ibi de hoc latissime quia ita expedit.

¶Cap.XXI.ꝙ etiam dispensare & aliquid disponere qd videatur vniuersalibus canonibus contrarium papa sine cardinalibus non debeat.

¶Post superiora de conciliis aliis particularibus aliqua restantia annectūtur. Et primo.

¶Cap.XXII.ꝙ prouincialis synodus per metropolitanum qui est iudex prouinciæ licet criminales causas per se iudicare nequeat congregari debeat: & ꝙ concilia sunt optime & necessarie pro bono ecclesiæ instituta, & de vniuersali concilio multorum prouincialium quomodo est super particularia pruincialia. Et quomodo iudices locorum concurrere debeant in illis; & ꝙ solui nō debeat nisi pfinito loco celebrando & ibi cunctis determinatis.

¶Cap.XXIII.ꝙ forma celebrandi illud concilium tradatur in primo capitulo Toletani concilii: & ibi inseritur de verbo ad verbum, quę est notanda per omnia maxime in fine.

¶Cap.XXIIII.ꝙ vniuersalia vnius nationis vel regni magni concilia habent magnam potestatem/& de omnibus etiam de fidei definitionibus inueniūtur se intromisisse. Et iudicāt de consuetudinib⁹/de primatu/& breuiter de omnibus quę in natione aut in regno oriuntur. Et ibi ꝙ non nisi ex vniuersalibus & arduis causis congregari debeat: & quomodo, & etiam qualiter per legatos prouinciarum vel eorum qui concilio intersunt plena auctoritas concilii habetur.

¶Cap.XXV.ꝙ vniuersalia talia concilia tanq̄ caput congregans eis nihilominus subsit, sic etiam pariformiter papa vniuersalis ecclesiæ concilio subest licet ad eius nullum cōgregatur. Et ꝙ sicut auctoritas primorū conciliorū vniuersalium a congregante non dependet ita nec vniuersalis ecclesię cōcilii auctoritas a papa, & ibi pulchra de hoc quomodo continuari ipsa concilia debeāt. Et ibi causa vtilitatis eorum.

¶Et quia omnes canones & statuta & synodi sunt quibus ordinetur vita nostra in deum: & propter hoc sunt reformatoria omnia concilia: subsequenter pauca de reformatione sacerdotum ponuntur. Et quia omnis abusus potestatis ecclesiasticę maxime qui reformari debet ideo primo de potestate ecclesiastica.

Cap.XXVI.

Q; ptās sacerdotio tradita est libera a CHRISTO et credita p salute aiarū I dei laudem ordinata, & ꝙ ex hoc virtus distributiua sacramenti eucharistię illumitate est

eis credita. Et ꝙ fideles decipi in mō distributionis ita a libera & credita potestate sa cerdotii dependētis non possint: in quo dissoluitur error bohemorum dicentiū vtrāq; speciem de necessitate salutis distribui debere.

¶Capitulum. XXVII. Q₃ maior deformatio orit̃ ex deformatiōe capitis & ex hoc ꝙ superiores inferiorem potestatem vsurpant.

¶Capitulum. XXVIII. Q₃ papæ regulariter cōpetit arduas causas diffinire/& curam vniuersalis ecclesiæ habere/Metropolitanos confirmare: sicut cuilibet patriarchæ in suo districtu. Et ibi de sententia Calcedonensi & canone. viii. concilii. Et quibus & aliis potestas ordinata Papæ licit. s. facere permissa & synodos suas & ad eas metropolitanos cōuocare: & inter metropolitanos iudicare. & ibi quomodo princeps seu imperator solū vniuersalis ecclesię cōciliis nō illis papalibus seu patriarchalibus interesse cōsueuit. Et quomodo nisi ius vnicuiq; illesum & canones seruēt turpax ecclesię perit.

¶Cap. XXIX. Q₃ canones. viii. concilii corrupte sępe in decreto positi: ad reformationem optimi sunt. Et ꝙ iuxta. viii. cautionem eius metropolitani ſecularibus curis vacare nullo modo debeant/nec spiritualia per suffraganeos exercere. & ꝙ maxima difformitas oritur ex hoc ꝙ plati tm̄ ſecularibus curis inuigilant.

¶Cap. XXX. Q₃ magna sit difformitas in eo ꝙ correctio & visitatio vertitur in q̄stum/& ibi canon illius. viii. cōcilii qui dicit illū sacrilegū qui sub specie visitationis subiectas eccl̄ias grauat. Et quomodo auaritiā de p̄sidentib⁹ & maxime Romana curia tolli oporteat. & ꝙ necessitati ecclesię cōi ordinata cōtributiōe subueniri debeat.

¶Cap. XXXI. Q₃ remediū sit in. viii. cōcilio ca. XXVI. editū quomō grauatis subditis per episcopum reformata iudicii subueniat. Et quomodo gradatim vsq; ad patriarcham per appellationes deueniendum sit.

¶Cap. XXXII. Q₃ monachi p̄moti ad dignitatem episcopalem habitum & vitā monasticam seruare teneātur ex canone. xxvii. Et ꝙ plati per electiōes fieri debeant libere absq; impissione. Et ꝙ episcopi ex p̄ceptione principum ex potentatu episcopi facti disponēdi sint: & ꝙ solū idonei per ascensum qui gradatim fieri debet assumendi sint ad p̄laturas/qui solū zelo dei nō appetitu principādi tonsi sunt. Et ibi ꝙ quatuor annis in sacerdotio prius stare debuerit. Et ꝙ de eadē ecclesia si digni inueniunt promotiones gradatim fieri debeāt. Et qui gesserant curā secularē assumi non debere. & ꝙ inuitis/episcopus dari nō debeat. & multæ pulchrę ratiōes fortes ad hoc: quomō electiones in iure diuino & humano fundatę sunt.

¶Cap. XXXIII. Q₃ reformatio deposcit necessario: vt q̄sq; officio & vota satisfaciat & enumerantur aliqua quæ etiam sunt necessaria fieri si reformatio ordinaria introduci debet in ecclesiam & sacerdotium.

¶Cap. XXXIIII. vltimo epilogabitur in breui quicq̄d p̄mittitur. & euacuat̃ opinio eorū qui primatū Petri a CHRISTO esse negāt: & solidat̃ ipsa veritas q̄ dicit principatū papæ a CHRISTO mediante cōsensu ecclesiæ esse. & ꝙ ei⁹ potestas est a deo: coactio vero mediante ecclesia.

TERT. LIBRI CAPITA.

Essent tertio loco pādendæ p̄ambulari locutione eximiæ laudes nostri a deo coronati præsentis piissimi Sigismundi imperatoris maximi. Et quia ipse ille alter Augustus qui se dominum nominari renuit/ac recte alter Basilius humillimus/cuius laudes subsequentia manifestant: ignoscet facile/mauime mihi rudissimo omniū/qui cum minima explere nequeā/facile in maximis tume-

AA. v.

mo in immensis cõfuso stilo etiã prius clara conuoluerẽ/nec aliqd futurum etiã veritatis argumentum pberem:si eius inuictissimi Cæsaris viuentis & imperium efficax in me suum seruulum habentis laudes canerem. psumptio eñ adulatiõis & principibus omnibus dũ viuunt: cõplacendi studiũ fidẽ paruifaciũt si ab iis maxime qua ego humili conditione constitutis scripturis mandant. Ad rẽ itaq̃ veniẽs versatur tota intentio: vt potentia sacri nostri imperii/qd apud Alemãnos est: in finẽ vt cõseruetur/& concordantia quia se annue sacerdotio sancto vnit vt viuat catholice sciat. Est itaq̃ pro huius & difficilis rei fundamento/primo inquirendum de ipso sacro Imperio: quo ordine aut qua dependentia & qua via apud Alemãnos subsistat. vnde primo loco recte inuestigabitur.

¶Cap.I. Qua radice legislatio ac principat⁹ omnis/& maxime monarchicus exoriẽ ac quomodo solidetur/& exinde imperatorem in corporali hierarchica sicut papam in speciali caput & omnium principem esse.

¶Cap.II. Q̃ imperialis potestas ordinate ex dono Constantini in occiduis a papa nõ dependeat/& q̃ ipsa famosa donatio apocrypha sit/sicut quędã alia/& ibi historię q̃dam de Pipino & Carolo breuiter connexę ad sciendum quomodo temporalia primum ad Romanam ecclesiam deuenerunt.

¶Cap.III. Q̃ imperium non fuit de græcis translatum per papam in germanos vel Francos/licet patricii Romanorũ seu etiã imperatores dicerent: sicut Hẽricus quartus in generali Basiliensi concilio coronatus patricius dicebatur. Sed q̃ Otho primus fuerit inter omnes imperatores primus pleno iure recto ordine p populũ & clerũ Romanũ & synodum cum successoribus creatus imperator & de hoc historiæ.

¶Cap.IIII. Q̃ electores a Romano pontifice nõ sunt creati nec potestatẽ habent: sed ex cõmuni consensu subiectorum imperio qui diuino & humano iure nõ positiuo sibi imperatorem pficere possunt. & q̃ rectũ & iustũ imperiũ vim solam ex eorum electione absq̃ papali confirmatione habet. Et q̃ deponi a solo papa non possunt.

¶Post hæc inuestigatur potestas imperii.

¶Cap.V. Impiũ potestatẽ supmã mũdi ac vicariã substitutionẽ a CHRISTO habere/hinc & dei minister & CHRISTI vicari⁹ dicitur/typũ CHRISTI regnantis super omnes gerens.

¶Cap.VI. Q̃ imperii potestas ęquet subiectioni obedientiali. Et q̃ Romanũ impiũ in certis sibi nominatis puinciis & regnis nunq̃ fuit licet dominus mũdi a maiori predicat. Et q̃ inter cunctos potẽtatus supmum locũ ex appropinquatione ad CHRISTVM regnãtem p fidem iuste possideat.

¶Cap.VII. Q̃ imperatori supma cõmissa cura ob quã omnibus pеeminet est in custodia orthodoxę fidei: & q̃ suo mõ papę æquet cũ ipi etiam fidei gubernacula cõmissa sunt quo ad custodiã sicut sacerdotio quo ad inqsitione & magisteriũ. & q̃ hãc summam potestatem ab electione christianorum consequitur.

¶Deinde examinatur. An in conciliis episcoporum imperator cum laicus sit interesse debeat occasione cuius primo dicitur.

¶Cap.VIII. Q̃ laici certis cõciliis interesse debent ad se defendendũ aliis ad tritũ audiẽdũ/& q̃ princeps in sibi subiecta patria p corrigedis delictis & reformatione cõcilia cõgregare debet. & ibi exemplum de Carolo magno &c.

¶Cap.IX. Q̃ sanctus Gregorius Theodericum regem Francorum exhortatus ẽ & monuit: vt conciliũ aggregaret epõrum & de suo regno cõcubinatu & symoniã eliminaret. & ibi alia exepla de Recaredo rege Hispanię & Galliæ. & q̃ regũ sit illa exequi quæ in illis conciliis cõmuni cõsensu dictantur.

¶Cap.X.q reges & principes cum magna reuerentia & deuotione illis conciliis interfuere cum dulcissimis exhortationibus / & ibi notandum exemplum Recaredi regis. Ad idem Sysenandi & Chuicillai regum exempla.

¶Cap. XI. q rex obligetur ad augmentum fidei & deuotionis in subiectis & etiam teneatur forma virtutis / exemplo doctrinae sancti Gregorii ad Hilpertum regē Francorum / & q ecclesia ipsis tradita est de qua commissione rationem reddere tenentur.

¶Cap.XII.q rex & princeps leges & statuta generalia prouinciam respiciētia in generalibus vtriusq status sui regni conciliis per cōsensum edicere habet / & illa salua auctoritate exequi & defensare. & q quotidianum cōcilium de electis ex tota prouincia subiecta de conseruatione vniuersalis sui concilii habere debeat.

¶Consequēter subiūgitur: quomodo imperator quo ad ipsa vniuersalia totius ecclesiae concilia se habere debeat.

¶Cap.XIII.q imperator ad vniuersalem synodum totius catholicae ecclesiae quo ad collectionem & exhortationem & caetera / se habet sicut rex in suo regno. & ibi quomodo & quando cōgregare solitus est imperator vniuersalia illa cōcilia. & ibi exempla aliquorū imperatorum notatu digna inserta ad longum / ex causa vt obstruātur ora quorundam recentium qui pauca vetera viderunt.

¶Cap.XIIII.q imperator operam dare debet: vt omnis tumultus vitetur in cōciliis / & expulsis expellendis in tranquillitate & libertate cōcilium constituatur / cum punitione turbantium patres. Et ibi de hoc exempla pulchra.

¶Cap.XV.q imperialis conuocatio ad synodos est exhortatoria & papalis quo ad sacerdotium praeceptoria. Et q imperialis vrgente necessitate ecclesiae / Papa negligente praeceptoria fiat.

¶Post hoc quid in ipsis conciliis cum suo senatu agere debeat imperator.

¶Cap.XVI.q in vniuersalibus conciliis legitur imperator praesedisse & secum patres vltra.XV.ex senatu habuisse / qui ex eius iussione interfuere tantum / & non aliqua re in laicos omnes in concilio iurisdictionem habet: & eis sedes deputare.

¶Cap.XVII. q laici vocem non habent in concilio dum ecclesiastica tractātur: & q ex illo fundamento concordia in sedibus secularium principum quorum hodie praesentia vtilis / facile absq turbatione fieri possit: cuius in practica ponitur.

¶Cap.XVIII.q officium imperatoris & laicorū in concilio est promotoriale ad dirigendū cuncta quae tractantur absq omni partialitate per clarum iudicium. Et q vt iudices neutrales in omnibus se habere debēt: sententia aūt synodi est in practica.

¶Cap.XIX.q exhortationibus ad totum concilium vti debeat imperator. Exemplo pulsimi Basilii quod inseritur. & est valde notandum.

¶Cap.XX. q locum suum tenentibus imperatores: allocutiones ad concilia ac persuasiones & inductiones cōmittere possint sicut & ipsi facere. & ibi practica ex octaua synodo per Basilium imperatorem cōgregata.

¶Cap.XXI.&.XXII.q praemonere possit & debeat concilium in iis quae necessaria sunt pro ecclesia & in synodo tractari debent: exemplo Martiani imperatoris.

¶Cap.XXIII. Allocutio Basilii imperatoris ad synodum quae est sua vltima: per quā ostenditur imperatorem laborare debere vt omnis definitio cum cōciliis clarissimo ordine omnibus volentibus audiri / auditis concludatur. Et post hoc nullus contradictor admittatur / & alia multa & notanda.

¶Cap.XXIIII. Qua pietate in omnes qui deliquerunt tanq̄ cōmunis pater & pastor pro eorum reductione vti debeat: & demum in rebelles & non acquiescētes imperia

li exhortationi synodicam sentētiam exequi debeat / exemplo piissimi Basilii singulariter notādi ostēditur. & q noster imperator alter Basilius illo exemplo in reductione oberrantiū Bohemorū vti debeat. Post præmissa ad statum ordinatum sacri imperii perquirendum: stilus vertitur. Et primo.

¶Cap. XXV. De imperiali concilio ex mēbris principalibus imperii collecto & eius vsu antiquo & vtilitate: q regimini reipublicæ valde conueniat si recte celebretur & continuetur. & exempla & cautelæ ponuntur.

¶Deinde pro inuestigatione reformationis lapsi imperii nostri a gradu suo primo ista tractantur. Et primo.

¶Cap. XXVI. De florenti statu imperii quomodo fidei augmentū omni studio procurabatur: & leges fructiffimam suam censuram obtinebant.

¶Cap. XXVII. Q; Othonis oratio secundi de dando temporalia ecclesiis sanctam habuit considerationem.

¶Cap. XXVIII. q principes & duces sub imperio pro tuendis subiectis officiati tēporanei primo & post hoc feudales vasalli ex bonis causis seruato imperio annuo tributo & seruitio constituti fuere. Et quomodo Telonia & vectigalia & talliæ reipub. seruiebant. Et imperator illam rempublicam stipendiato exercitu tuebatur.

¶Cap. XXIX. q hodierno tēpore imperiū / multū ab illis obseruationibus in dissormitates maximas cecidit. & q Romana curia etiam in causa sit euacuationis ærarii reipublicæ. Similiter q regimen hodiernum inordinatum in temporalibus quo ad ecclesiasticos: reipublicæ obsit.

¶Cap. XXX. q imperator solum habēs administrationem imperialium arctatur iuste sæpe per pacta & iuramenta electorum ad confirmādum quæ irrita esse deberent & ibi exclamatio contra illud.

¶Cap. XXXI. q imperium valde cecidit: quia iustitia locum non habet & vis & propria voluntas diffidatio incendia & rapinæ rempublicā deuastāt. Et ibi exclamatio contra dicentes honorem esse: & per eum posse rem possidere sine iustitia.

¶Vltimo subiungetur reformatio imperii post notitiam quondam sui / & post nostro tempore lapsi.

¶Cap. XXXII. q cito sit imperio mortaliter infirmo succurrendum. & quid imperator noster agere debeat & proponere: pro introductione reformationis.

¶Cap. XXXIII. q primo ordinari debeat annuus conuentus & iudices per prouincias. Et in quolibet tres coniunguntur de triplici statu ecclesiastico nobilium & populari. Et de modo cognoscendi eorum.

¶Cap. XXXIIII. q nulli liceat nisi iudicialiter rē alterius inuadere sub poena furti latrocinii necessario ordinetur. & q huiusmodi lex cōsensu omnium in imperiali concilio dictari subscribi & in prouinciis sigillari debeat.

¶Cap. XXXV. q ipsa ordinatio annui conuentus fieri debeat secundum exemplū priorum. Et ibi quo ad proxime præmissa exemplum in Galliis: per imperatorem vt quidam dicunt Constantinum practicatū & notādū. Et q ibi publica cōmoda & vltima omnium cōsuetudinum prouinciarū & iudiciorum examinari & regulari debeāt.

¶Cap. XXXVI. q electoribus imperii in quorum potestate est dare imperatorem: sit danda forma strictissima secundum quam procedere habent vacāte imperio.

¶Cap. XXXVII. Aperitur forma qua ipsi vti possunt: quæ est perfecta bona & vtilis & ars examinata congrue practicabilis.

¶Cap. XXXVIII. q illa ars multum prosit vbi ardua in cōciliis tractantur: vt cum

FINIS CAPITVM.

EXCELLENTISSIMI DECRETORVM DOCTORIS DOMINI NICOLAI DE CVSA POSTEA CARDINALIS TITVLI SANCTI PETRI AD VINCVLA DE CONCORDANTIA CATHOLICA LIBRI PRIMI QVI DE ECCLESIA EST.

CAPVT.

.I.



Via facile scienti fundamẽta patefacte possunt eliciẽda: quãtum minimo ingenio ex alto dabitur: de illa profunda diuina ecclesiae harmonia perpauca dicam. Cõcordãtia enim est id / ratione cuius ecclesia catholica in vno & in pluribus concordat: in vno domino & pluribus subditis. Et ab vno / infinitae concordantiae rege pacifico fluit illa dulcis concordantia vel harmonia spiritualis / gradatim & seriatim in cuncta membra subiecta & vnita: vt sit vnus deus omnia in omnibus. Sumus enĩ ab initio ad hãc supermirãdam harmonicam pacem in adoptionem filiorũ dei per IESVM CHRISTVM praedestinati: qui ideo descendit vt adimpleret omnia. Hanc praedestinationem probat apostolus ad Ephesios per id quod a principio pronunciatũ: quia relinquet homo patrem & matrem & adhaerebit vxori suae: & erunt ambo in carne vna. Sacramẽtum est CHRISTI & ecclesiae. Si ergo Adae & Aeuae copula sacramẽtum magnũ est in CHRISTO & ecclesia / certum est φ sicut Aeua os de ossibus viri fuit & caro de carne eius esse & etiã de mẽbris CHRISTI est os de ossibus & caro de carne eius. vnde Ambrosius in episto-

la. XVI. ad Herennium/hanc epistolam Pauli extollens ait. Nulla benedictionis tãta epistola increpuit in plebẽ dei:sicut illa. Et dicitq; CHRISTVS sedet ad dexteram patris & non omnes nos sedebimus/sed cõsedebimus in CHRISTO & eius carne in coelestibus. vt autem ad illam aeternam concordantissimam vnionem peruenirennus per fidem:posuit gradualem differentem concordantiam ecclesiasticam:alios dãdo apostolos alios episcopos/alios doctores/ & ita deinceps/quousq; in vnitate fidei & agnitionis occurrat capiti. Et vt quasi mẽbrũ nõ desit capiti suo CHRISTO:

Fideliũ corpus vnum.

qui est caput omnium/ex quo vnum corpus fidelium per harmoniam rationabilem verbi compaginatum atq; compactum & connexum per omnẽ iniuncturam ministrationis in mẽsuram vniuscuiusq; partis. augmentũ enim corporis facit aedificationẽ sui in charitate:vt assurgat vnum templum in omnibus in vnum domicilii habitaculum in spiritu vniuersorum. In quo non solum sanctorum hominum/sed omnium credentium/omnium etiam superiorum rationabilium virtutum atq; potestatum connexionem fidei spiritusq; accipiendam arbitror:vt per harmoniam quãdam virtutum ac ministeriorum/corpus vnum ex omnibus rationabilis naturae spiritibus adhaereat capiti suo CHRISTO. ita aedificationis compage cõnexa:vt ne tactu quidem iniunctura singulorum adhaerentiũ discrepare videatur. Haec & plura pulchra pulchre Ambrosius vbi supra. Et concordat Hieronymus in epistola ad Algasiam quasi penultima. Et in epistola de Monogamia vbi dicit. Aeua:ecclesiam significat/quia mater viuentium. Adam:CHRISTVM. Matrimonium:vnitatem spiritus. CHRISTVS caput mulieris:& mulier id est ecclesia de costa viri formata. & caro de carne. haec ille. Multa sanctorum scripta quae breuitatis causa praetermittenda censeo:de hoc sunt. Et quia manifestissimum est omne esse & viuere per concordantiam

Concordãtia summa in deo.

consistere:tunc in illa diuina essentia vbi vita & esse vnum sunt summa aequalitate/est summa & infinita concordantia. quoniam ibi nulla cõtrarietas locum habere potest:vbi aeternitas vita est. omnis autem concordantia differentiarum est. & quanto minor contrarietas in differentiis:tanto fortior concordantia & longior vita. & ibi aeterna tunc est:vbi nulla contrarietas. Ex hac enim radice:vide alta fundamẽta sanctissimę trinitatis & vnitatis. quoniam vnitas in trinitate:& trinitas in vnitate. nec vlla penitus contrarietas:quia qualis pater talis filius talis & spiritus sanctus. Ecce inexpressibilem concordantiam in deo trino & vno:a qua quidem concordantia volenti subtilius indagare quomodo cuncta perfectionalia de deo dicibilia ac cogitabilia in summa cõcordantia vnius essentiae & trium personarum sunt/maxima & incomprehẽsibilis veritas quae ex hoc discursu oculis intellectus obiicitur/elici potest. Quoniam haec concordantia est ipsamet veritas summa. Sed nõ est nostri propositi. sufficiat tamẽ ex Alberto magno sup verbo tu es CHRISTVS filius dei viui. Matth. XVI. scire ad nostrum propositum:q; pater est fons vitae quae in filio venam accipit/& fluxum in omnes in spiritu sancto. quoniam per vnitatem spiritus:matrimonium quod inter CHRISTVM & ecclesiã est/cõstituitur. Sicut placet Cypriano in lib. de vnitate ecclesiae:qui deum patrem habere vult/nõ potest in vita regnare nisi per matrem viuentium. s. ecclesiam. & tunc cũ in vnitate spiritus est cũ CHRISTO. CHRISTI membrũ est:a quo per adhaesionẽ & cõcordantiã secũdũ gradus trãsformamur vt ait Augustinus ad Cõsentium de trinitate. deus cum in seipso sit vita:nobis vita efficitur cum eius vtcunq; efficimur participes. & cum in ipso sit iustitia:tũ nobis fit iustitia cũ ei cohaerendo iuste viuimus/& tãto magis minusve iusti sumus quanto magis minusve illi cohaeremus. Vnde scriptum est de vnigẽto filio dei:cum vtiq;

sit patris sapientia atq; iustitia & sanctificatio & redemptio. & quemadmodū scri-
ptum est:qui gloriatur in dño glorietur.hęc ille. Vnde hæc est summa dicēdorum
ꝙ CHRISTVS est via/veritas/& vita/& omniū creaturarum caput:vnicus spon Christus.
sus ecclesiæ:quæ per concordantiam creaturarum omnium rationabiliumad eū vnum & inter se plurium constituitur secundum varias graduationes.

CAP.II.

NVnc vt propius accedamus posito hoc fundamento/scilicet ꝙ ecclesia per vnionem ad CHRISTVM constituatur:modum intelligendi inuestigemus. Et profecto sicut a deo vnico/æterno/simplicissimo fluunt per crea-tionē cuncta/in quadā diuersa & varie distanti imagine:ita vt altissima prima crea-tura participet in alto signaculo cū primo/nō tñ in quadā cōcordātia essentiali infi-nita/qua filius est imago & splendor patris lucis ęternæ/& tres psonę vnus est de⁹/ & hoc propter incapacitatem creaturæ q cū finita sit incapax est ex parte sua infini-tæ concordantiæ.est tamen altissima suo modo ex suprema adhęsione & sui dispo-sitione:quæ quanto plus præcellit alia creata:tanto plus increato/simplici/infinito similior. Vnde suo modo naturali fluxu gradatim minus similitudinis gerunt:& quasi in vmbra/figura/aut similitudine præcedētis altioris naturæ disponitur infe-rior gradatim/quousq; multiplicatio versus inferius & ignobilius ita in radio defi-ciat vitalis naturæ/ꝙ absq; multiplicatione amplius quiescat. in vltimo puncto ita parum habens virtutis:ꝙ tantū sibi sufficit/& non amplius cōmunicare potest/ & sic vltimum illius ordinis in vmbra terminatur. Et hæc est graduatio ab infini-to vsq; ad nihil.licet talis media graduatio a primo ordinata sit:nihil tamē esse po-test per ipsam totā hierarchiam [illegible] quod absq; fontali principio a mediis con-stitui possit. Et vt mea intentio clarior fiat:vtar exemplo Ambrosii in epistola iii ad Sabinū. qui volēs lapsū hūanæ naturæ p medias ppagationes declarare:sumit exē-plum magnetis lapidis:qui cum vim habeat attrahēdi ferrum tantū/vt se transfun-dat in illius speciem. ita vt plerisq; experiri volētibus cum plures annulos ferreos Magnes.
ad eum lapidem admouerint:omnes pari teneat modo. deinde si ei annulo cui ad-hęserit lapis alium admoueas annulum/& rursus per ordinem singulis substituas/ licet in omnes penitret per ordinem ex illo lapide vis naturæ:tamen priores nexu vehęmentiore constringit/posteriores remotiore. Sic verbum supernum:lapidem imaginor/cuius virtus penetrat cuncta vsq; ad vltimum.non ꝙ gradatim deficiat virtus infinita:sed vt finitis & terminatis creaturis insit mirabilis connexionis or-do.hoc generali ordine:trinitatis figuram gestant cuncta creata/quæ aut spiritua-lia aut corporalia aut mixta sunt. Deinde spiritualia:triplici ordine distinguuntur. & quilibet ordo triplici choro/vt per omnes cœlestium āgelicorum spirituum cho-ros sit vnitas hierarchica & signaculum trinitatis/& vnitatis in trinitate & trini-tatis in vnitate. Et deinde quantæ sint subdiuisionū graduationes in quolibet cho-ro a supmo vsq; ad infimū angelorū/& deīde cuiuslibet āgeli in suis cōstitutiuis pri-cipiis:qs capere posset/deīde suo mō in corpali natura:hāc hierarchiā quærētes in-ueniēt triplicē ordinē & cuiuslibet tres choros. Et sicut supma sphera est vt vmbra vltimi angeli:ita est terra vltima vmbra et fęx elemētorū. Deinde tertia mixta na-tura habet se ad istar aliarū:qm ex rationabili/& sensitiuo/& vegetatiuo. & in ea or-dines & chori:vt in angelica.& est elemētatiua:vmbra hui⁹. de hoc alibi. magna el ista sunt:in quib⁹ a priori inuestigatio oim naturaliū ac vniuersę creaturæ latet.dū eñi istę admirandę differentes cōcordantię totius vniuersi inuestigātur:quanta sibi

mirãda naturarũ cõbinatio/quãta orbicularis & influentialis mutua participatio/quantus ve in iis ad vnũ finem ordo inuenitur sapientes cognoscunt. Sufficiat pro pręsenti scire pro nostra inuestigatione/q licet omnia creata in esse ex pricipiis creatis quandã gradualem similitudinẽ cum primo gradatim habentibus constituantur & per concordiam vniantur naturali & originali principio vt cõseruentur: tamen nostra ecclesia de qua sermo est/ex rationabilibus spiritib9 & hominibus qui cũ CHRISTO vniuntur/licet non omnes pariformiter sed gradatim vt in exemplo magnetis apertum est tantum constituitur.

CAP. III.

NAm superius manifestũ est/per ambrosiũ quomodo sancta ecclesia quã beatus Paulus supernã hierusalem ac matrem nostram/ac manẽtem ciuitatẽ & ædificationẽ ex deo/& domum non manu factam appellat/ex angelis & hominibus constat. quę partim ex hominibus societate angelica in ordinibus distinctis perfruẽs iam cum deo in coelo regnat; partim vero in ordinibus distinctis peregrinetur in terra/& ad societatẽ supernam suspirat/vbi est tabernaculum non manufactum/neq; huius creationis. ad cuius instar per Moysem factum est tabernaculum iuxta iussionem domini: vt omnia faceret iuxta qđ in monte illi ostẽdit. in quo superno & vero tabernaculo qđ fixit deus & non homo: in interiora velaminis. in ipsum coelum/confessionis nostræ antistes summus & sempiternus pontifex/sempiternum habens sacerdotiũ sacerdosq; magnus secundũ ordinem melchisedech per proprium sanguinẽ introiuit semel in sancta. ęterna redemptione inuenta/sedensq; ad dexteram patris in gloria paternæ maiestatis interpellat: non voce/sed miseratione pro nobis. ideoq; rex regum & dominus dominãtium/per quem reges regnãt & conditores legum iusta discernũt: coeleste & terrenum principatum/ecclesiam videlicet rempublicã regens: tam coelestẽ quã spiritualem ac tẽporalem/& terram distinctis in ordinibus disponens/ac moderans/ac supernæ/ac mundanæ curiæ presidens: miro ordine angelorũ hominũq; ministeria/pro tẽporũ varietate & opportunitate dispensat. & quæ singulis tẽporibus congruunt: vel occultiore inspiratione vel euidentiore illustratione/pręceptiõe decernit. hęc probãt sancti doctores in variis passibus. quoniã per hoc q anima cibo sapientiæ pascitur: tunc diuinę efficitur consors naturæ. filius enim est patris sapientia. & hoc deus apperuit: vt scribit Ambrosius. xii. epistola ad Herẽnium per prophetas & apostolos & scripturas thesauri sui: istud scilicet fidem quæ est in CHRISTO. vt hic per fidem cognoscamus: & ibi facie ad faciem videamus. de quo plura ibi. Et idem Augustinus ad Deogratias in secunda quęstione de diuersitate sacrificiorũ: vbi latissime tantam difficultatem aperiens dicit. vnũ CHRISTVM ita diuersis sacrificiis tẽpore & loco cõgruis exprimi. sicut in varietate linguarũ idem pronũciatur. Et hæc varietas pro hominũ salute a deo facta & pcepta extitit: qui nunq iustitię & pietati mortaliũ deficit. alius enim tunc moribus & signis/alius nunc/vt prius occultius & postea manifestius/& prius a paucioribus postea a pluribus: vna & eadem religio sanctificatur & obseruatur. vnde vt idem in tertia. q. ad eundem subiungit. graduatio in iis sacrificiis fuit: quoniã prima. vt vmbræ deinde alia vt figuræ vsq; in CHRISTVM qui fuit veritas. Et forte vt pręcedenti cap. tactũ est: quoniã omnia creata pter CHRISTVM & ad eum sunt vt vnus mundus vni deo vero incarnato sufficit/tunc a primordio tam in sacrificiis q hominibus gradatim aduentus clariori lumine prophetiarum manifestatus est/Ioannes inter natos mulierũ eũ digito ostendens sanctissimus: ante eum & post eum apostoli relicti. Et sicut graduatio a CHRISTO vero deo & ho

Rerũ ordo & dispositio.

mine: ad principiũ mũdi vsq; in principium hominũ: ita & ab eo graduatio vsq; in vltimũ: quod Augustinus ad Eficium de die nouissimo declarat dicens. licet nunq̃ defecerunt mali: tamen quãto plures erunt mali/tanto plus appropinquatur ad finẽ. videmus autẽ malos nunc abundare apud nos: & post erũt abundãtiores & omnino abundantissimi/quãdo iam iãq; finis instabit. quę q̃diu aberit/ignoratur. Scimus tamen in nouissimis diebus & temporibus nos agere sicut apostoli: sed multo magis qui fuerunt post illos ante nos/& magis nos q̃ qui erunt post nos: donec ad illos veniatur si dici potest qui erũt nouissimorũ nouissimi. hæc ille. Et illa est summa huius veritatis: q; nihil aliud per cunctas scripturas/nisi deus & verbũ caro factum crucifixum propter nos ostenditur signis & sacrificiis. hoc solum Paulus sciuit: & ad hoc eũtum per fidẽ inuitamur/vt per adoptionẽ filiorum domini in ecclesia per fidem clamemus in spiritu abba pater/& simus quasi dei filius quando resurgemus omnes incorrupti/& facie ad faciem videbimus illud æternũ lumen. vt hoc latius Ambrosius in epistola 23 ad Herennium. Nam idem ad eũdem epist. 30. scribit ita. Sicut inter animalia creata homo merito postremus quasi finis naturæ formatus ad iustitiam: sic inter omnis finis legis CHRISTVS ad iustitiam omni credenti. & sic nos vt iumẽta sumus cõtẽplatione domini: sicut ait propheta/tanq̃ iumẽtum æstimat⁹ sum apud te. hæc ille. Vnde/ipse pastor bonus: & nos oues pascuæ eius. & hæc sit radix vera nostrę intentionis. quia verũ: est sapientia dei patris/est q; sapientia vita prouerb. viii. Tunc omnis rationalis creatura quæ in vita remãsit & remanebit/necessario vero adhærebit: & sic peccatum quod causa mortis fuit tam in angelis q̃ hominibus contra dei sapientiam fuit. Erexit enim se Angelus contra sapiẽtiam: qui voluit altissimo similis effici: similiter homo qui voluit similis diis esse scientibus bonum & malum. Omnis itaq; humanæ naturæ vita post lapsum: ex adhæsione per fidem mediatoris incarnati verbi/est. Vnde non inepte considerari potest quomodo paradisus a principio plantata regnum ecclesię significet: in cuius medio arbor vitæ veram tam cœlestiali q̃ terrenæ rationabili creaturæ indefectibiliter præstitisset vitam. quia ad eius radicem indeficiens fons spiritus sancti qui ecclesiam irrigat a principio fluxit: & arbor illa fructifera semper protulit fructum vitæ pascens vnitos. Sed cœlestialis creatura posuit se contra hanc vitam: conuertens se ad arborem scientiæ. dum voluit enim similis esse altissimo/absq; hoc q; per sapientiam quæ fuit ab æterno participãret similis fieret altissimo: quia eleuauit se ad scire volens edere de arbore scientiæ: sic & homo spreuit credere/vt similis esset altissimo voluit scire anteq̃ crederet. Ecce q; sapientia quæ vita est & vita quæ CHRISTVS est: perdita fuit per illas creaturas. Ambrosi⁹ de fide/dei filius/sapiẽtia dei: quia de corde patris adueniens arcana cœlestia credentibus reserauit dicit credentibus. Nam vt idem ad Simplicianum scribit solus filius nouit patrem: & ille etiã cui ille reuelauerit. & nullus absq; reuelatione filii cœlestia mysteria appræhẽdit. Quicũq; enim de dei maiestate aut cœlestibus/siue apostoli/siue prophetę: nõ nisi ex reuelatione demõstrata sibi loqui ausi sunt. hæc ille. Quomodo CHRISTVS sit sapientia iustitia sanctitas fortitudo/secundum Hieronymũ. xi. quæstiõe iu. existimata/vnde patet quantus fuit error priorum spirituum & hominum: qui sine illa vita ad vitam & veritatem nitebantur ascendere. Ex quo concluditur: q; ecclesia catholica per fidem vnionis ad CHRISTVM constituitur. quoniam sine fide impossibile est illam desideratam æternam gloriam appræhẽdere deum videre & dominum IHESVM saluatorem.

CAP.IIII.

Ecclesię triplex ordo.

BReuius loqui exigit compendium q̃ exorditus sum. plane itaq; descendendo ad intentum/in hac ecclesia/trinitatis signaculum quærentes:inuenimus iam ecclesiam/triplicem ordinem habētem.s.triumphantem/dormientē & militātē. in quolibet etiam ordine:iterū trinitatē cōtineri cū aliis multis graduationibus triniter in quolibet choro se habētibꝰ. Et has hierarchias triūphātis & dormiētis dimittēdo ad militantē stilum vertentes:considerandū puto id qđ leo nonus Zacharię aduersus pſūptiones Michaelis Cōstātini scribit dicēs:ipsa corporeorū cōpositio mēbrorū/nos doceat qualiter ecclesia intelligi debeat.ipsa eni est corpꝰ CHRISTI.Et apostolꝰ dicit vos estis corpꝰ & mēbra de mēbro.& sicut in vno corpore multa membra sunt / omnia tamen non habent eundem actum: ita multi vnum corpus sumus in CHRISTO/singulariter alter alterius mēbra. Et infra. Si totum corpus oculus:vbi auditus & alii sensus! Nunc autē disposuit deus sicut voluit corporis mēbra:singula officio suo apta. membrum enim suo officio nō cōtentum sed cupiens præripere alienum:conturbat corporis ordinem totum.velut si visus vocem:auditus colores discernere tentet. Sic singulorum ornamenta non sunt aliis cōgrua: sed vnūquodq; requirit sua & abiicit aliena.Nā pes refutat galeam & coronam/caput sandalia:& tam discors concordia est in eis/vt eorum quodlibet alii officium suum omnino deputare recuset.& tamen de bono vnius pariter exultant: sicut de malo cōmuniter dolent:& officia sua non sibi tantū sed magis mutuę vtilitati exhibent/vnde secutus apostolus ait.Si glorificatur vnū membrū : cōgaudent omnia membra. hæc ille. Et est singulare satis istud scriptum cū eo qđ in principio illius cap.ad Michaelē patriarchā & Leonem archidiaconū loquēdo scribit. Sumus vnum corpus & vnus spiritus:sicut vocati sumus in vna spē vocationis.Ex quo patet papam patriarchis & omnibus christianis vnum tale corpus constituere vbi sunt diuersa mēbra:& quodlibet suo officio cōtentum/ne totus ordo turbetur.vnde ex mēbrorum diuersitate hierarchia cōprahēdi potest in ordine ad veritatē cōcordantię:sine qua ierarchia non subsistit. Necesse est ergo cōcordiam illam esse in vno & pluribus:in vno capite & pluribus membris.& vt de multis pauca per ordinē dicamus.In hoc corpore quod ita CHRISTO adhęret in spiritu:habitat spiritꝰ viuificans totū corpꝰ & quodlibet eius mēbrū: sicut anima est tota in toto corpore & in qualibet eius parte.vt hoc late pſequitur Augustinus ad Dardanū:de dei pręsentia.& ideo corpus istud animale ex Adam cōtractū:factum est spirituale per regenerationē in CHRISTO.in qua regeneratiōe mortuū & cōsepultū CHRISTO/homo nouus spiritualior surrexit tanq̃ spōsa sine macula desponsata: vt per militiā deueniat ad victoriam/ quæ est per mortē. vt tūc sponsa spiritualissima incorrupti bilis resurgens:traducatur ad vnionem perpetui matrimonii.Et manifestū est hoc corpus ecclesiæ quod ita se habuit/ex prædestinatis tantum constitui:quia illi ante mundi constitutionē ad illam hæreditatem vocati tantum peruenient.Et quia hoc iudicium est cunctis hominibꝰ incognitū/quia nemo scit an odio an amore dignus sit:ideo consideratione illa q̄ quisq; fidelis faciens voluntatē dei vnus spiritus cum eo efficiẽ per consensum/& sic sponsalia tunc contrahit futuræ cōsummationis matrimonii/dicimus ecclesiā ex prædestinatis & pſcitis constitui.deus enim/ vt optimus est:disposito & capaci gratiā gratum facientem distribuit.sed q̄ nō quisq; huius militantis ecclesiæ ad consummationem matrimonii perueniet:hoc in causa est quia vltimā victoriam quæ est per mortē perdet de meritis eius.mortis hora indi-

Prædestinati & Præsciti.

cat prædestinatum & præscitū.ante hoc tempus præscitus:aliquando potest esse in gratia & prędestinatus in mortali peccato.præscitus autē gratiam dei absq; fide & adhęsione non posset habere.quare in ecclesia tunc est: & hoc modo existētes in gratia præsentia iustitię/solum de ecclesia esse censentur. ℭEst deinde cōsideratio alia: qua ecclesia vt sponsa fidelis/consideratur obediens secundū altiorem & nobiliorē eius partem/& se quo ad hoc incarcerans & refrenās vt sponso fidelis permaneat.& hoc modo incarcerans intellectum vt credat CHRISTVM deū & hominē saluatorem:de ecclesia esse cēsetur. Vnde homo secundū August.super symbolo/adinstar trinitatis imaginem gerens:ex spiritu & anima & corpore cōstitutus extitit.Spiritus autem est nobilior superior & altior intellectualis:personę patris figurā repræsentās.& corpus:personā filii.& anima quasi vtriusq; naturā participans:ab vtroq; procedētis personam spiritus sancti.& sic homo se secundum spiritum intellectui subiiciens & credeus in CHRISTVM q; ipse sit via veritas & vita:de ecclesia dicitur/licet nondū spiritus subiecit sibi animā/nec per animā corpus. Vnde ad hoc vt homo bene diuinę trinitati configuretur:ad percipiendā illam vitalem cōcordantiam/oportet spiritum esse perfectū.scilicet vt per fidem spem & charitatē:se iūgat spiritui diuino tanq̄ vitæ & veritati.oportet animā esse perfectam:vt spiritui obediat/cui sępe non natura sed consuetudine peccandi resistit/& tunc animalis homo non percipit quæ sunt spiritus dei. & sic quando anima obedit spiritui & spiritus CHRISTO:non est desperādum corpus etiam naturæ restitui propriæ per resurrectionem/vt totus homo spiritualis deo vniatur. secūdū Augustinum vbi supra. Vnde militans ecclesia secundū illam victoriā quę est per fidem est similis exercitui cognoscenti CHRISTVM verū deum & hominem/regem & imperatorē/vitam & veritatem/licet nō omnia mēbra operentur secundū hoc vt eius imperio obediant/etiā licet aliū regē posse esse non existiment.& q̄q̄ fides sine operibus mortua sit:tamen non est præscisio durante fide/sed adhuc est cōnexio adinstar mēbri aridi.i.q.i. sicut vt geri.xxiii.q.vii.quemadmodū.vnde dicitur hæc ecclesia immaculata sponsa secundum fidem:licet per inobediētiam animę & corporis multorū varia nomina sæpe sortiatur/adinstar cōmunitatis quæ ob multos bonos & multos malos aliquādo tota bona/aliquando tota mala vocaſ vt Paulus ad Corinth.iā bonos iā malos nominat.Fuit huius ecclesiæ Paulus mēbrum dum diceret:mēte seruio legi dei carne legi peccati. & quia solus deus scrutator est cordium:ideo nullum est iudiciū humanum certum de membris ecclesiæ/ nisi in modo renatis infantibus.in adultis autem fictio esse potest:vt Augustinus de correctione donatistarum multos in ecclesia ficte dicit esse. Vnde ex hoc trahitur desponsationem qua CHRISTVS militantem ecclesiam & quodlibet mēbrum eius desponsauit:similem esse desponsationi in qua imperator reginam Francię desponsaret/vt reginā & dominam Franciæ ita vt ipsa laboret vt regnū obediat sibi vt sponso offerat/alioqui nō traduceretur. vnde licet regina constans in fide remaneat/quia tamen aliquando rebellionem regni nō castigat/& ad obediētiam nō reducit eū possit nō traduciſ.Nō enim obligatur eam spōsus adimpossibile:licet ad difficile.& sic quo ad militātis ecclesiæ qualitatē ista notāda: sic vt deinceps ad explanationem corporis supra descripti accedamus eius habitudinem ponderantes.

CAP. V.

Imago trinitatis in homine.


Dhuc pensandum est/quoniā ecclesia ab vnitate & concordantiali cōgregatione dicitur/q; ipsa ex fraternitate constituitur:cui nihil proprie tantum contrariatur quantum discissio siue schisma. Nam licet fides vna/

Schismatis mala.

sit funiculus colligantiæ: tamen aliquando varietas opinionum absq; pertinacia
Cyprianus stat cum vnitate. Cyprianus enim & totum concilium 70 episcoporum diuersi fue
runt in fide catholica ecclesiæ: tamen non abscissi/quoniã non prætulerunt opinionẽ
Augustin⁹ vnitati fraternæ/quia absq; pertinacia fuerũt. vt Augustino placet libro secũdo cõ
Ambrosius tra donatistas. deinde iudicium fidei est multũ difficile. Ambro. ad Constantiũ epi
stola 37. Nerui enim sunt & quidã artus sapientiæ non temere credere: maxime in
causa fidei/quæ raro perfecta est in hominib⁹. Quare ecclesia ista militans/quæ hu-
mano iudicio subest: multos habet in corpore exercitus signo extrinseco non appa-
rentes/infideles licet latenter scissi a concordia fidei. & non expelluntur aut dãnan
tur: nisi cognitis his occultis. Et sicut tales nõ inficiunt totum exercitũ: ita quousq;
cognoscantur/in aliorum salutem & tutelã quæ agunt effectu non carent. Cũ enim
homo ad impossibile non obligetur: excusatur merito in occultis. Et ideo ministe-
rium illius occultę hęretici quod in vnitate ecclesiæ in salutẽ dispensare credit re-
cte/licet dispensatori obsit: non tamen ipsi recte disposito in vnitate ecclesiæ capien
Augustin⁹ ti. Hæc est catholica veritas quã cuncti fideles fatentur/quã Augustinus libro secũ
do contra epistolã Parmeniani ad longũ prosequitur. Perfectissim⁹ itaq; deus & ho
mo/qui est mediator dei & hominum: perfectissime ex infallibili ordinatione ita or-
dinauit/q; sicut Augustinus ad Paulinum epistola quadragesimasecũda scribit/ac al-
tissimo ingenio Ambrosio 10 epistola ad Iustũ lib. vi. placet/tũc CHRISMVS est to
tum illud quod quæritur & mediũ concordantiæ/ad deum/per quẽ solum omnia.
Igitur non obest malus minister: quoniã sanctus spiritus per prelatum prepositum
& ministrum etiam fictum operatur. Qui ficte in ecclesia est: ita operatur euãgeli-
zando consecrando/regenerando/q; salutis ex hoc ministerio non minus prestabitur
digne recipienti. quoniã non homo: sed CHRISTVS hominis ministerio per san-
ctum spiritum hoc agit. Hęc est infallibilis veritas: quã Augustinus contra Parme
Ambrosius nianum prosequitur & habetur. i. q. i. per Esaiam. & multis aliis capitulis & xix dist.
secundum. Et q; officium sacerdotale vim capiat a spiritu sancto: Ambrosius libro
primo de penitẽtia scribit. Ex quo nũc apparet ad salutem mẽbrorũ ecclesiæ: fictos
in exercitu existentes effectualiter ministrare. Et sic constituitur hæc militãs eccle-
sia in veritate quo ad hunc finem: de bonis catholicis fidelibus & fictis. Et in hac vl-
Iudiciũ di- tima consideratione ecclesiæ stabit studium nostrum amplius: & sic signaculũ trini
uinum. tatis in consideratione ecclesiæ nota. Quia aut consideratur quo ad iudicium diui-
Angelicũ. num: & tunc solum per charitatẽ deo vniti sunt de ecclesia/& hos solus deus cogno
scit. aut quo ad iudicium angelicum: & sic fideles omnes & solum illi/& illi angelici
spiritus hoc iudicium absq; extrinseca operatione cognoscunt/postq̃ ad fidem intel
lectus conuersus est. quæ quidẽ fides est vt linea spiritualis continua penetrãs cun-
ctos CHRISTO vnitos vsq; in caput. Igitur cum hæc chorda quacunq; spirituali
harmonia occulte tangitur: in augmẽtum gaudii cælestium omnium spirituũ per-
Humanũ. cipitur ab ipsis angelicis spiritibus. Aliud est iudicium humanum: in quo per spem
iudicatur extrinsece humano iudicio regenerati in CHRISTO eẽ quousq; ex ope-
re aut signo extrinseco aliud cõstet. Sperant enim homines quẽcunq; bonũ in fide
permanere: & sua spe æternæ gloriæ non frustrari vnq̃ velle. Nec de occultis iudi-
cium sumere debent. Vnde militans ecclesia est exercitui similis: qui signatur si-
gno crucis/antichristo qui CHRISTO aduersatur cuius CHRISTI vexillum ex-
ercitus gestat ex signo & signatura extrinseca contrarius. licet non ita intrinse-
ce omnes qui in illo exercitu continentur sint sicut extrinsece stigmatizati. Et in

hoc exercitu CHRISTI immortali tanq̃ in vno corpore concordantialis vnitas fi-
dei vere aut præsumpte graduationes differẽtiales requirit:de quibus amplius di-
cẽdum. Et oportet ea transitorie saltẽ tangere quæ ad rẽ necessaria sunt: quæ forte
cũ sint profunda & alta/subtilius intranti maiores fructus ministrare possent: q̃ no-
strũ propositũ hoc loco requirat. Vnde vt sit vna cõtinua concordãtia vnius sponsi
et vnius sponsæ necesse est in hoc/primo considerare:ꝙ tota ecclesia vna est in trini- Ecclesia
tate scilicet est triumphans/est & dormiens/est & militans. Vnde militans est in in- triplex.
fimo loco. Et sicut infimus ordo hierarchiæ in triũphanti illuminatur passiue absq; Militans.
cõmunicatione vlteriori/quoniam ibi subsistit fluxus/ & medius ordo illuminatur
et illuminat/supremus vero illuminat:ita militans est in quo subsistit influẽtia. Est
dormiens in medio constituta/& deinde suprema triumphans. Et hæc est miranda Dormiẽs.
continuatio per disparia media. Nam tota dormiens est sub tota triũphante/altior Triũphãs.
dormientis immediate sub infimo triumphantis/& altior militãtis sub infimo dor-
miẽtis. Tota enim dormiens ex prædestinatis est/militans vero/quousq; ad dormiẽ-
tem vel triumphantẽ pertingat semper dubia. Transitus autẽ de hac militanti ha-
bet se ita:ꝙ nõ omnis per dormientẽ/triũphantẽ attingit: sed plures attingũt absq;
dormiẽti qui non indigẽt purgari. Vnde īperscrutabilis est ista harmonia dormiẽ-
tiũ/licet absq; ordine non sit/cũ tendat in supremã. Et quia CHRISTVS est omnia
(vt præhabitũ est) tũc ex deo angelis & hominibus per CHRISTVM deo vnitis
constituta est ecclesia radicali cõsideratione. quare dormiens ecclesia tãq̃ media in-
ter angelos & homines cõsiderata est vt vmbra angelicæ/ & militãs vt vmbra dor-
mientis:licet dormiẽs ab humana viatrici ecclesia non separetur quousq; traduca-
tur in triumphantẽ. Vnde quo ad hoc considerari debet dormiens in conuersitate
esse cum militanti:quia in purgatione hincinde beatificandæ animæ epulantur. li-
cet illæ quo ad meritum dormiant/ istæ autem adhuc militent: sunt tamen in linea
peregrinantiũ. dormientes primi/quia absorpta est mors in victoria: & certi sunt de
præmio/& ea propter spiritualiores firmiori spe & indubitabili factæ secundũ gra-
dus meriti. militantes infra/in dubio in corporibus grossis quasi vmbræ præceden-
tes. et licet tota dormiẽtium multitudo sub infimo triumphantis existat/tanq̃ sint
purgatione indigentes anteq̃ ad patriam venire possint: tñ de tota peregrināntium
graduatione non talis ordo ascendendi est vt gradatim de infima militantium per
dormientiũ quisq; rapiatur/ & substituatur vltimo triũphantis. quoniã iste ascen-
sus versus vnionẽ ad verum caput:sit velox & tardus/altus & bassus/ex graduatio-
ne intrinsecæ adhæsionis ex parte meriti vel demeriti dependentis/ ex cuiusq; pro-
prio arbitrio libero sibi cõcreato. vt quisq; æque gaudeat principiis illis per quæ in
adoptionẽ filii dei peruenire posset: gaudeat certe sicut ex infimo gradu aut sacer-
dotum aut laicorum ob benemerita quis absq; graduationibus mediis ad præsiden-
tiam aut ducalem aut archiepiscopalẽ vel altiorẽ rapitur. Sed hæc missa faciamus:
vt ad viuentiũ hominũ ecclesiam nũc stilum conuertamus. Cap. VI.

EST autem in hoc corpore ecclesiæ concordantia inuestiganda in signaculo Triũ ordi-
trinitatis: quoniam reperiuntur tres ordines magni/vna mirabili connexi- nũ cõnexio.
one ad vnũ caput CHRISTVM. Primo diuinissimæ concordantiæ trini-
tatis & vnitatis:subalternatur sacramẽtorum connexio. Secũdo diuinæ concordã-
tiæ angelicæ qui sunt ministri diuinæ trinitatis:subalternatur sanctum sacerdotiũ:
quoniam sacerdotes sunt ministri sacramentorũ. Tertio subalternantur beatis spi-
ritibus in patria:homines fideles in via. & sunt sacramẽta illuminantia & purgãtia

est sacerdotiũ pastorale purgatũ & purgans: est fidelis populus qui purgatur & nõ
purgat ad modũ angelicæ/& consequẽter diuinæ trinitatis cõcordãti dispositione
ordinata.In sacramẽtorum admiranda hierarchia caput CHRISTVS/se cõmuni-
cat esfectis in hac via existẽtibus sub figura & in ænigmate/quẽadmodũ viæ cõuenit
et mortalitati nostræ:sicut se in triũphãti facie ad faciẽ cõmunicat absq ænigmate/
quoniam ita conuenit iuxta capacitatẽ vtriusq status. Et talis diuina sacramẽtalis
Augustin⁹ cõmunicatio habet hierarchicũ ordinẽ/quoniã tot sunt sacramenta/vt vult Augu-
stinus ad Volusianũ:qui dicit q nimis longũ esset de varietate signorum disputare
conuenĩẽter/quæ cũ ad res diuinas pertinẽt sacramẽta appellantur. Vnde in tot &
tantis sacramẽtis ita diuinitus pro nostra salute impertitis/ quoniã in vnũ CHRI-
STVM finaliter tẽdunt: ordo sanctus cõcordantialis vsq in supremũ sacramentũ
eucharistiæ existit/ad modũ quo in triumphanti omnis ordinatio tendit mirabili-
concordãtia vsq in CHRISTVM caput/per quẽ requiescit in deo æternaliter oĩs
curia.sic in hoc sacramẽto illius vnici capitis CHRISTI alia omnia sacramẽta vt in
Sacramẽtũ fine quiescũt:cũ sit sacramentum sacramẽtorum. Omne etiã sacramẽtũ imaginem
trinitatis gestat:quoniã in quolibet est sacramẽtũ tantũ/ est res tãtũ/& res & sacra-
mentũ simul.Quis cunctũ illam dulcẽ cõcordantiã ab vltimo signo in primũ sacra-
mẽtũ & intermediis/& in quolibet per se inuestigare potest? Nullus pro certo.Suf-
Sacerdotii ordo. ficiat ergo hæc pauca tetigisse. Subsequitur ordo sacerdotii qui p sacramẽta cha-
racterizatur : vt sit continuatio absq omni discissione media/totius ecclesiæ: & sic
gestat sacerdotiũ signaculũ sacramẽtalis indelebilis cõmunionis/ ordinis siue con-
cordantiæ ad superiora diuina.Et in hoc sacerdotio hierarchia est ordinata a põti-
Dionysius. ficatu summo vsq in laicũ:quẽadmodũ magnus Dionysius ecclesiasticã hierarchiã
describit.Et sicut homo constituitur ex spiritu/anima/& corpore:ita sacramẽta hu-
ius corporis ecclesię vnius sunt spiritus.& sacerdotium anima:& fideles vt corpus.
sicut enim anima partim adhæret corpori/& partim spiritui/& est mediũ/per quod
spiritus influit in corpus:ita & sacerdotiũ se habet ad fideles.quare totũ sacerdotiũ
Grego.Nazãzenus. est vt anima vna in corpore vno fideliũ. Vnde Gregorius Naziãzenus in apologe-
tico in principio vbi loquitur de corpore ecclesiæ / quomodo cõstituitur ex regẽti-
bus & rectis:dicit alios pastores dedit/& doctores ad perfectionẽ ecclesiæ. eos vide-
licet qui præ cæteris virtute animi pditi/deo familiarius assistant & id officii in ec-
clesia gerãt qđ vel anima in corpore/vel mens & ratio operatur in anima.in quo qđ
deest/& in quo abũdat velut in mẽbrorũ diuersitate consonantia facta per spiritum
perfectũ integrũ/atq aptũ ad omnia corpus existat/& dignũ qđ CHRISTVM ha-
beat caput.Hæc ille.Quare sacerdotio cõuenit virtus regitiua/ viuificatiua/& illu-
Cyprianus minatiua:quoniã sacerdotes sunt lux mũdi/& sal terrę.vnde vt dicit Cyprianus in
epistola de alcatore. ideo sal terræ dicuntur sacerdotes:vt ex ipsis omnis fraternitas
cœlesti sapiẽtia saliatur.Et sunt hierarchicæ ordinationes quo ad animationẽ in sa-
cerdotio. In hac cura regitiua psidentiali/quoniã licet oẽs supmæ hierarchiæ/ qui
episcopi sunt quo ad ordinẽ & pontificale iudicium æquales sint: est tamẽ discretio
gradualis quo ad regitiuã curã. & in hac psidẽtia: hierarchia cõsideratur ex quadã
cõcordãtia quæ est in vno & pluribus.Est enim vnus tãtũ episcopatus cuius quisq
partẽ tenet:& ordo differẽtialis quo ad psidentialẽ curã . Hoc vtiq erãt alii omnes
Petri plãtio apostoli qđ erat Petrus pari cõsortio honoris & potestatis pditi. sed Petrus platus
Cyprianus est cæteris/vt sit vnitas in cõcordãtia:vt Cyprianus deducit ad Nouatianũ scribẽs.
Hierony. Et Hieronymus cõtra Iouinianũ dicit:inter pares apostolos Petrũ ad psidendũ ele-

ctum:vt capite cõstituto/schismatis tollatur occasio. Vnde sicut episcopatus vnus:
ita vna cathedra/& vna præsidentia gradualiter & hierarchice constituta. De hac
vnitate cathedræ Optatus Milenitanus lib.2. cõtra Parmenianũ/ cõtra quẽ septem Optatus.
libellos scripsit:elegãter disputat/cũctos catholicos episcopos vnitatẽ cathedræ ne-
cessario tenere debere. Et quoniã hæc p̃sidẽtia a CHRISTO capite est ad vitãdum
schisma/& pacẽ fideliũ/ac vnitatẽ cõseruandã instituta: tũc habet suã graduationẽ
ad instar dominorũ tẽporaliũ figuratiue. Vnde hoc ẽ animaduertẽdũ secũdũ Hie- Hierony.
ronymũ/ꝙ sicut exercitus sibi capitaneũ cõstituit/& ille tũc omniũ consensum in se
gestans/vna p̃sidẽtialis publica persona existit: ita & episcopus/p̃sidens cõstituitur.
xciii.di.legimus. quare sicut respublica est cõmunis res populi/& res cõmunis ẽ res
ciuitatis/& ciuitas est hominũ multitudo in quodlibet vinculũ concordiæ redacta/
vt scribit Augustinus ad Volusianum de legũ diuinarũ imitatione:ita se habet p̃si- Augustin⁹
dẽs in curia pastorali ad modũ illius/cui respublica cõmissa est. Vnde cũcti qui sub-
sunt curiæ intelligũtur ita in p̃sidente vniti:ac si ipse esset anima vna & ipsi corpus Prælati cũ
qđ anima haberet animare. Vnde tales ita vniti cũ pastore ecclesiã cõstituũt: vt ele- subditis
ganter scribit Cyprianus ad Florentiũ & Papianũ cuius pars habetur.vii.q.i. scire vnio.
debes.Illi inquiẽs sunt ecclesia:plæbs sacerdoti adunata & pastori suo grex adhęrẽs. Cyprian⁹.
vnde scire debes episcopũ esse in ecclesia & ecclesiã in episcopo:et si quis cũ episcopo
nõ sit/ in ecclesia nõ est. Hæc ille. Idẽ dicit Cyprianus i epistola ad Corneliũ de quo Idem.
presbyteris:de quo plura inferius habẽtur. Vnde sicut ecclesia vniuersalis est cor-
pus CHRISTI mysticũ:ita pticulares ecclesiæ mystica sunt corpora suorũ p̃sidẽtiũ
qui CHRISTI legatione fungũtur. Sic Anastasius papa ad Ioãnẽ Hierosolymitanũ Anastasius.
cõtra Rufinũ scribẽs/de ecclesia Romana loquẽs dicit. mihi curæ nõ deerit euãge-
liũ fidẽ circa meos populos custodire/partesq; corporis mei p spatia diuersa terrarũ
quãtũ possum literis cõuenire:ne qua profanæ interp̃tationis origo subrepat:q̃ de-
uotas mẽtes immissa sui caligine labefactare conetur. hæc ille. Cõcor.xix.di.ita dñs.
Et hæc est radix vna propositi nostri:q; ecclesia est in episcopo per vnionẽ. & sic eps
eos figurat & repræsentat: quia publica psona quo ad illũ cõcursum. & hoc valebit
pro sequẽtibus. habet autẽ graduationẽ suã/ita vt Leo nonus in epistola quã ad du- Leo.ix.
os scribit Africæ episcopos dicẽs. Episcoporũ ordo vnus est q̃uis alii p̃ferãtur aliis/
siue ex eo ꝙ primas ciuitates & magis nominatas secundũ potẽtiã/aut leges sæculi
obtinent:siue ꝙ a sanctis patribus pro aliqua reuerentia dignitatis/aliquod priuile-
giũ dignitatis possident. Nã sicut omnis mũdana potestas his gradibus dignitatũ
a se inuicem distat.i.vt primus sit Augustus vel imperator/deinde Cæsares/deinde
reges/duces/& comites/atq; tribuni: ita & ecclesiastica potestas ordiata a sanctis pa
tribus inuenitur.dicente beato Clemente: in illis ciuitatibus in quibus olim apud Clemens.
ethnicos primi Flamines eorũ/ atq; primi legisdoctores erant: primates/vel patri- Primates.
archæ positi sunt:qui reliquorũ iudicia/& maiora negotia iuste diffinirent:qui etiã
non vni prouinciæ/sed pluribus præessent. deinde vbi Archiflamines erant Paga-
norũ/archiepiscopi constituti sunt Christianorũ:qui in singulis prouinciis p̃essent. Archiepi.
vbi vero metropolis erat/quæ interp̃tatur mater ciuitas/metropolitani erant/q de Metropo-
tribus aut quatuor ciuitatibus intra aliquã prouinciã maiori/ & matri aliarũ ciui- litani.
tatũ p̃sidebant. Vnde isti aliquando metropolitani tantũ nominãtur: aliquãdo ar-
chiepiscopi / si in ipsa prouincia maiores aliqui non fuerint. vbi autẽ minores ciui-
tates habuerũt tantũ flamines vel comites: episcopi sunt constituti. Porro tribuni Episcopi.
plæbis/non impune intelliguntur presbyteri / siue reliqui inferioris ordinis clerici. Presbyteri

His omnibus diuino & humano iure prælatus est pontifex Romanus, hæc ille. Hæc etiam sententia est Anacleti Clementis/ Aniti/ Iulii/ & aliorum Romanorum pontificum, et est multum notãda talis applicatio: quoniã ex ea constat q̃ præsidentialis ecclesiastica potestas superaddita sit temporali/ quemadmodum anima corpori, sic q̃ vbi fuerit temporalis coadunatio in regimine terreno/ supaddita est per viam pacis/ & concordiæ directiua præsidẽtia in CHRISTVM/ vt cuncta in vnũ caput potestatis supremæ/ conuenienti medio reducerẽtur. Restat alio loco istud dictum melius ponderare: nunc fundamẽtalia quædam tãgamus/ deinde de sacerdotio singulariter.

Cap. VII.

Hierarchię

SVperius cũ de ordinibus & choris hierarchicis diceremus/ diximus q̃ ad modum quo in tota hierarchia est supremũ/ medium/ & infimum: ita & in suprema parte cuiuslibet creatæ inueniũtur ordines varii/ quousq̃ ad vnũ primũ illius ordinis perueniatur. Recte/ sicut in angelica sunt tres ordines: & in primo ordine iterum sunt tres chori. & licet in quolibet choro ad hũc modum graduatio inueniatur: tamẽ hoc nunc intendo ad hoc/ vt vna continua cõcordialis connexio per totam hierarchiam inueniatur, ordinatissime tamẽ vltimus chorus est primi ordinis, licet primi ordinis illuminatio ita in eo incõmunicabiliter persistat/ vt ipsius ibi fluxus terminetur: tamen adhuc ille chorus est subsequẽtis primi alterius ordinis ita prælatione connexus/ vt absq̃ radio primi ordinis sibi actualiter radiũ sufficientis secundo ordini communicet/ vt sic sit vnus continuus dulcis tonus in ordine graduali continuo, ex quo trahe/ ad instar/ ac si ordo primus ad imaginationem fit xxi gradus spiritualis illuminationis/ qui sunt adeo actiui & redundantes in primo choro q̃ se nituntur cõmunicare secundo sed non possunt in totum: sic xx tantum recipit secundus chorus, & ille receptos nõ potest communicare totaliter/ vnde cõmunicat xix. Et quia in tribus punctis luminis consistit ordo: tunc non potest amplius infimus chorus in eodem ordine cõmunicare, quare quo ad ordinem: pure passiue se habet. Vnde xviii puncta quæ potest cõmunicare transeunt in ordinem inferiorem, & sic successiue vsq̃ ad vltimum chorum tertii ordinis/ qui habet xii. Et ex hoc nota. Quia deus est lux infinita: tũc omnis lux extra deum creata finita cõparatiue ad deũ vmbra est infinitæ lucis. & tanto plus vmbræ habet quanto plus a deo distat: licet in patria lumen æternum diuinũ sufficientissime iuxta omne desiderium quodlibet spirituum irradiando complectatur. Sic in nostro proposito in ordinibus religionis & illius partis ecclesiæ/ quæ spiritualior censetur sunt nouem chori ab episcopali choro vsq̃ monachalem. & supremus ordo cõstituitur: ex episcopali sacerdotali & diaconali. totus sacer medius: ex subdiaconali, acolytali/ & exorcistali mixtus. Infimus: ex lectorali ostiariali & tonsorali. nam sacer iterum ex diaconali subdiaconali & acolytali ordo comparatiuus concordantialis plus permixtus sanctitate: quoniam duos sactos habet choros. Item ex sacerdotali/ diaconali & subdiaconali ordo sacer: sub primo tamen ordine constitutus. & sic de aliis mixturis. monachatus autem ad tonsoralem chorum cõnectitur: quoniam est vt medium inter laicos & clerum.

Coleatio graduum.

Ordines religionis.

Cap. VIII.

Virtus regitiua.

Ordines ecclesiæ.

SImiliter iuxta superiora & virtus regitiua/ ex qua p̃sidentialitas & pastoralis cura oritur habet suos ordines: quoniã ex papali/ patriarchali/ & archiepiscopali constituitur primus ordo. Secũdus ex episcopali archidiaconali/ & decanali. Tertius ex sacerdotali diaconali & subdiaconali. & habet inter se suas permixtas graduationes & subalternas cõnexiones. Cur autẽ talis graduũ di-

uersitas necessario pro conseruatione vniuersi existat ad instar/sicut in coelestibus: vt magnus esset differentiæ ordo seruaret. habetur lxxxix. di. ad hoc. In rota eciam cathedrali vnitate hoc est aduertendū: q totū sacerdotiū ecclesiā & corpus vnū cōstituit. cuius quidē sacerdotii ordo est: vt anima/& spiritus sanctus/spiritus. Cōstituitur ergo ecclesia sacerdotalis ex corpore anima & spiritu. & quoniā sanctus spiritus per characterē ordinis sacerdotalia perficit: tūc sanctū est sacerdotiū. q aūt spiritus sanctus operetur in sacerdote: iā superius p Augustinū lib. ii. cōtra epistolā Parmeniani ostēsū est. Idē etiā Albertus magnus late sup symbolo in ope de officio missæ: ac per alios pene oēs doctores. Vnde licet multi doctores/sacerdotes/schismatici & hæretici sint & fuerīt: CHRISTI tamē sentētia verax est/qui sacerdotiū sanctū vsq ad sæculi cōsummationē in ipso/& in se ipso/dixit permāsurū. Quare corpus sacerdotale licet caducū/& mortale/& deuiabile in mēbris/nō tamē in toto: quoniā semp maior pars in fide/& lege CHRISTI permaneat. vt hoc Cyprianus eleganter deducit ad Nouatianū: vbi dicit. licet omnis homo mēdax: domin⁹ tamē verax. quare confessorū pars maior & melior stat in fidei suæ robore/ac lege/& disciplina dominicæ veritatis. & sicut per casum Iudæ dignitas apostolorū aliorum non est diminuta: ita etiā propter casum aliquorū sacerdotū a fide alii dignitatem non perdūt. hæc ille. Ex quo ad nostrum propositum fundamētū non paruū elicio: q maior pars sacerdotum in fide/& lege persistit. Et hæc est altera radix magna ad subsequentia.

Ecclesia. Alb.mag. Cyprianus Fides sacerdotum.

Cap.IX.

DEinde in præsidentialitate hoc cōsiderandū: q ipsa habet suū signaculū ex angelico spiritu/ex cathedra/& corpore. quoniam sicut sacerdotii potestas ab ipsa trinitate robur capit/& spiritu sancto regitur p mediū characteris ordinis/quia sacerdotiū summo sacerdoti subalternatur/& primæ diuinæ cōcordantiæ: sic pſidentialitas quæ ex sacerdotio fluit desidētinæ & cōparatiuæ/ad fideles per dispensationē subalternatur hierarchiæ angelicæ/& ad angelicā virtutē sacerdotiū per mediū cathedræ cōnectitur. præsidere & præesse angelos ecclesiis iam ex apoca. manifestū est: ac etiā reipublicæ/& principatibus doctores catholici tenent. ex illis quæ angelus ad Danielē locutus est: qui dixit. Ego veni ppter sermones tuos. princeps autē Persarum restitit mihi xxi diebus. Et ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium mihi. Et paulo post. Nūc reuertor vt prælier aduersus principē Persarum. cū enim egrederer apparuit princeps Græcorū veniēs. Et dicit sanctus Gregorius: quos (inquit) alios principes vocat gēriū nisi angelos? quia circa angelorū ministeria dispēsanda singulis quibusq gentibus angeli sunt prælati: & vni populo diuersi. quoniā populo Iudæorū captiuo in perside: angelus qui Danieli loquebatur prælatus fuit. & Michael: alteri Iudæorū populo nō captiuo. vnde patet prælationem istam sanctam angelicis spiritibus cōnecti per mediū cathedræ. quare sacerdotium ita ad præsidentiā relatū: habet suæ præsidentiæ animā scilicet cathedram/& spiritū scilicet angelum ad modum prioris. Vnde ex hoc trahitur q veritas pſidentiæ & cathedræ ex hoc est infallibilis: vt Augustinus de correctione Donatistarū tractādo hoc dictū CHRISTI. Super cathedrā Moysi/declarat. licet multi pestilentiales in cathedris sæpe sedeant. Et ex hoc surgit alia magna radix nostri propositi quomodo veritas cathedræ assit.

Angeli ecclesiis pſūt. Principibusq. Gregorius Augustin⁹. Veritas cathedræ.

Cap.X.

TErtio consideratur sacerdotiū quo ad officiū intercessionale: & hoc modo oritur officium ex ordine/& præsidentia permixtim. & tunc subordinatur beatis spiritibus in patria: qui fusas orationes ex officio/ex ordine/&

præsidentia resultato/offerunt pro illis quibus funduntur. & hæc operatio ex hac continuatione per officium sanctum suscipitur: licet persona offerentis accepta nõ

Oratio sacerdotis. fit. Et in hac consideratur radix quomodo oratio sacerdotis acceptior est: quia continuatur per officium ad sanctos qui in patria sunt. & sic penetrat vsq; in veritatem

Hostiẽsis. quæ CHRISTVS est. & hæc sunt notãda. De hoc dicit Hostiensis in summa de remiss. circa fi. Vna est ecclesia cuius pars militat in terris & in coelis: alia triumphat. et tota ecclesia desiderat animas deuotas adiuuari: de poeni. di. i. hi duo. & notat ibidem q; tria sunt in ecclesia quæ semper retinẽt suam efficaciã a quocũq; etiã peccatore fiant: scilicet virtus verborũ/virtus sacramentorũ/ & ecclesiæ desideriũ. xv. q. vi. c. si. xiii. q. ii. pro obeuntibus/deus enim ad supplicationẽ triumphantis/& suffragium militãtis mouetur: hæc ibi. Quia nunc habemus quomodo veritas sacerdotii radicata in triplici coelesti concordantia/ ad diuinã cõtinuatur per ordinem. vnde

Gregorius Nazianze. Gregorius Naziãzenus in apologetico dicit. Sacrosãcta mysteria ad instar coelestis imaginis celebrari: per q̃ vtiq; in terris adhuc positi coelestibus ordinib⁹ sociamur. Cõtinuatur ad angelicã per cathedrã/& ad beatos in patria p officiũ. & sic sacerdotiũ est vt anima vna in vno corpore fideliũ q̃ mẽbris cõmunicat viuificationẽ/vegetationẽ/& sensationẽ: & iuxta graduationẽ mẽbrorũ quibus p̃sidet/gradũ in p̃sidẽtia cathedrali sortitur. corpus aũt ex p̃cipatu mũdi cõpaginatur gradatim: cuius caput est respublica Romana. Vnde hierarchias illas mũdanas/corporis ordines/& choros facile quis ex supioribus habere potest: quare breuitatis causa supsedeo nũc/ in tertia parte de hoc dicturus. Et hic tãtũ est tenẽdũ animo/q; sicut anima residẽs in capite æqparatur põtifici Romanæ ciuitatis/cuius respublica sup̃mũ locũ mũdi obtinet: ita residẽs p̃portionaliter gradatim in aliis mẽbris/ alios põtifices repsentat/

Cyprianus iuxta graduationẽ & notã Leonis noni suprapositã. Et sufficiat p nũc cũ Cypriano ad Rogatianũ scire quomodo vna est ecclesia per totũ mũdũ in multa mẽbra diuisa: et vnus episcopatus multorũ cõcordi numerositate diffusus. & q; qualiscũq; ille est/ qui in illa non est extra CHRISTVM vitã & veritatẽ est: vt ipse ait. Post p̃missa

Ecclesia est oportet inestigare quæ verba CHRISTI ad ecclesiã & apostolorũ successores trahi debent: vt in illis fundetur radix ecclesiasticæ potestatis. Cap. XI.

NVnc vidẽdum de iis quæ ex præmissis solidis fundamẽtalibus considerationibus elici possunt: ad cognoscendũ viam in dubiis quæ in ecclesia oriri possent. Et primo ad verba CHRISTI quæ locutus est apostolis: sentẽtiam

Augustin⁹ CHRISTI verba. Augustini ad Esitium de die nouissimo notemus. quia dicit verba quæ locutus est CHRISTVS ad apostolos: oportet de successoribus intelligere. sicut illud. eritis odio omnibus gẽtibus propter nomẽ meũ. Et illud. eritis mihi in testes in Iudæa & Samaria & vsq; ad extremũ terræ. & sicut illud. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; in sæculi cõsummationẽ: qđ tamẽ eũ vniuersæ ecclesiæ promisisse quæ aliis morientibus aliis nascentibus vsq; in sæculi cõsummationẽ futura est/quis non intelligat! sicut eis & illud ait qđ ad eos omnino non pertinet: & tamen sic dictũ est tanq̃ ad solos eos pertineat. Cũ videritis abominationes. & cum videritis hæc scitote. hæc ille. Ex quo cõsiderãdũ q; verba CHRISTI ad apostolos/trahi debẽt ad ecclesiã. Et in hoc aduerti debet: q; aliquãdo CHRISTVS voluit ecclesię aperire mysteria tanq̃ ecclesiæ vnitæ/aliquãdo tãq̃ dispersæ. & quoniã Petrus senior erat inter apostolos/quẽ ideo ad vitandũ schisma & pacẽ conseruãdã apostolis p̃tulit/ vt dicit

Hiero. Hieronymus lib. primo cõtra Iouinianũ: tũc CHRISTVS Petrũ p̃positũ apostolorum sæpe alloquitur/vt principẽ in vnitate totã ecclesiã sibi cõmissam figurantẽ &

repsentārē. Nam nō dubiū: ecclesia vniuersalis claues habet ligandi & soluendi dū victa est. & nō repit̄ q̄ alibi CHRISTVS ipsi tradiderit/ nisi ibi ad Petrū loquēdo: tibi dabo claues/& quodcūq; ligaueris. Hoc Augustin⁹ xxii capitulo de agone Christiano prosequitur. Similiter illud dictū CHRISTI. Petre rogaui pro te vt nō deficiat fides tua. Et ibi. Portæ inferi nō p̄ualebūt aduersus eā. Vnde quia vt dicit Ambrosius. l. di. fidelior Petrus pro soliditate ecclesiæ petra dictus ē/ & ex eo petra quia ipse est qui primus in nationibus fidei fundamentū posuit: & tāq̄ saxū immobile totius operis Christiani compagē molēq; cōtinet. Ideo CHRISTVS de ecclesia loqui volēs: ad eū tāq̄ ipsam figurantē loquitur. Ideo ecclesiæ priuilegia solida ex iis quæ CHRISTVS tradidit & promisit & locutus est Petro: haurire debemus. Et vt breuiter aliqua tangātur: epistolā quā Alipius/Augustinus/ & Fortunatus ad generosum scripserūt notemus vbi habetur. Euangelizatū est enim tibi per vocē ipsius domini IHESV CHRISTI q̄ omnibus gētibus annūciabitur euangeliū eius: & tunc erit finis. euangelizatū est tibi per p̄phetas & apostolicas literas quomodo Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius q est CHRISTVS: cū ei diceret deus. In semine tuo benedicētur omnes gētes. Has ergo promissiones tenēti/si tibi angelus de coelo diceret/dimitte Christianitatē orbis terræ/ & tene partem donati: anathema esse debet, quia te a toto præcidere/& in partem contrudere conaretur: & alienare a promissis dei. si enim ordo episcoporū sibi succedētiū cōsiderādus ē: quāto rectius vere & salubriter ab ipso Petro numeramus/ cui totius ecclesiæ figurā gerēti dominus ait. Super hāc petrā ædificabo ecclesiā meā/ & portæ inferorū nō vincent eam. Petro enī successit Linus: Lino Cletus/& Melchiades ex Eusebio. In illo aūt ordine q̄ ducitur a Petro vsq; ad Anastasium qui hodie est & in eadē cathedra sedet etiam si quispiā traditor per illa tēpora subrepsisset nihil præiudicat ecclesiæ & innocētibus Christianis. in dominus p̄uidēs ait de præpositis malis/quod dicunt facite/quæ faciunt facere nolite. dicūt enim & nō faciunt. vt sit certa spes fidelis quæ nō in homine, sed in domino collocata/nunq̄ tēpestate sacrilegi schismatis dissipet. Hæc ibi.

Epl'a Alipii Augustini et Fortunati.

Cap. XII.

PVlchra documenta sunt in prætacta epistola complexa. Primo q̄ ecclesia vera/ est illa quæ est catholica & diffusa: & q̄ ipsa diffundetur ante diē iudicii per vniuersum orbē. Hæc etiam Augustinus latissime in epistola ad Esitium de die nouissimo. vnde licet dies iudicii extremi nō veniat: nisi prius Antichristus. Et licet sancti/ vt Cyprianus/Gregorius/Lactantius/varia scribant de fine mundi & Antichristi aduentu/immo Cyprianus eū proxime suo tempore venturū credidit vt scribit in duabus epistolis ad Demetrianū & Fortunatū: tamē an Antichristus in medio temporis venerit/et an mundus septem milium annorum curriculis vt Lactantius in. vii. lib. institutionū videtur opinari/ vel quando hoc euentae penitus incertum est/quia CHRISTVS ad apostolos qui ecclesiam constituebant dixit. Non est vestrū noscere tempora vel momēta quæ deus in sua posuit potestate. ¶Hoc tamē scimus ex apostolo ad Thessal. secūdū sanctū Hieronymū/vltima quæstione ad Algaziam q̄ prius totum Romanū imperiū debet desolari/ & discessio ab eo fieri sic q̄ omnes subiacentes ei ab eo recedent. Et similiter secundū glo. super illa verba Pauli: discessio ab obediētia Romanę sedis quo ad ecclesiasticos fieri debet ante ipsius Antichristi aduentum vt hoc multi doc. dicunt/ vnde ex hoc dicto & hodierna dispositione papatus & imperii: discretus/& sagax non multū temporis superesse arguit, licet tamen persecutio & multa de iis malis quæ præcedere debēt hodie

Antichristi aduentus.

Augustin⁹

videanrur/scimus tamen q nondũ statim finis/sed oportet vt nomen domini & ecclesia per totum mundũ & omnes insulas dispergatur. quare Augustinus aduentũ CHRISTI in nubibus tempore persecutionis: non in superficie literæ de aduentu eius in die iudicii/sed subtiliori penetratione de aduẽtu CHRISTI in ecclesiã dicit intelligendum. exponens quomodo in nubibus ecclesiæ cũ potestate magna tẽpore persecutionis veniet.& tunc mittet angelos suos & congregabit electos: de quo per

Lib.inquisitionis veri & boni.

eum late in præfata epistola ad Esitiũ (hæc alibi latissime in libello īquisitionis veri & boni prosecutus sum) cõcludens plus 600 annis de tempore superesse/ ac hoc tempore ad reformationem mũdum disponi debere. O deus si hoc nostro tempore leuare possemus capita nostra/& videre appropinquãtẽ redemptionẽ nostram: quia videmus ecclesiam nũq̃ ad eũ casum deuenisse in quo nunc est : vellet deus in sacra synodo Basilieñ electos suos esse congregatos/ & in tãta aduersitate & perplexitate in nubibus ibi congregatis ostendere aduentum maiestatis suæ. Cap.XIII.

Ecclesia catholica.
Opratus.

HAbetur itaq solidum refugiũ in dubiis omnibus: ex suprascripta epistola. quoniam hæc est catholica ecclesia veræ fidei quæ minus coarctata loco & diffusior per orbem. Ita Optatus.2.lib.contra Parmenianum: quomodo de Romano Melchiade papa/Materno Agrippinensi/Rethico Augustodunẽsi / Marino Arelatẽsi & aliis xix episcopis Eunomius & Olympius in Aphricam missi Carthagine xl diebus steterunt: & de studio partium strepitus quotidiani sunt habiti/ et nouissima sentẽtia ferebatur ecclesiam catholicam esse quæ per orbem est diffusa.

Augustin⁹

De hoc Augustinus & Cyprianus & sancti patres : scripta nobis maxima reliquerunt. Vnde ex hoc elicitur q quia fides nostra hodierna est concordans cum ea fide quæ fuit illis temporibus per orbem diffusa: necessario vera est/quia vna est fides inuariabilis licet de ducentis & xvii episcopis qui in Aphricanis partibus commorabātur/ & se in conciliis subscripserunt: nullus Christianus sit/ neq in oriẽtalibus partibus: tamen inter tot schismata & varias hæreses in fide Christiana nostra hæc vnica vera fides diffusior est / q̃ aliqua secta schismaticorum aut hæreticorũ. vnde ex hoc vnico argumento omnis hæretica prauitas victa iacet. Deinde habetur Petrum figuram gessisse ecclesiæ: contra quam portæ inferi non præualebunt. Et hãc sentẽtiã omnes prisci patres/et fatentur/et rationibus astruit. De hoc infra latius.

Cap.XIIII.

Cathedra sancti Petri vera &vna.
Opratus.
Idem.

HAbetur insuper q vna est cathedra vera et certa sancti Petri : in qua sedẽt omnes successores. Vnde quũ vna cathedra sit priuilegiũ vnius ecclesiæ et primũ/ secundũ Optatũ libro.ii.contra Parmenianũ/tunc est verum q nõ adhærens vnitati cathedræ/extra vnitatem ecclesiæ est/ xciii.dist. qui cathedrã. Dicit autẽ conformiter Optatus loco præscripto. Cathedra vna est: et negare non potes scire te in vrbe Roma Petro primo cathedrã esse collatam. in qua sederat omnium apostolorũ caput Petrus: vnde et cephas appellatus. In quo vno/cathedræ vnitas ab omnibus seruaretur: ne cæteri apostoli singulas sibi quisq defenderet/vt iam schismaticus eẽt qui cõtra vnam cathedram alteram sibi collocaret. ergo cathedra vnica est: q est prima de dotibus: et in ea sedit prim⁹ Petrus/successit Linus/Lino Clemẽs: cui Anacletus & sequẽtes. Damaso Siricius: q hodie noster est socius. Et infra. Cõtra portas inferi claues salutares legimus Petrũ principẽ nostrũ recepisse: cui a CHRISTO dictũ est/tibi dabo claues. Vnde est ergo q claues regni vobis vsurpare cõtenditis: qui cõtra cathedrã Petri/vestris præsumptionibus et audacii sacrilege militatis? Et infra. Igitur de dotibus ecclesiæ cathedra est prima: quã probauit

mus per Petrũ nostrã esse/quæ ducit ad se angelum. Angelus enim qui datur eccle-
siæ:ei non cõiungitur q se cathedrę Petri nõ coniungit. Et infra. Vos dico esse abs-
cisos palmites a vite:vos riuũ cõcisum a fonte. nõ enim potest origo esse riuus : qui
paruus est/et nõ de se nascitur.et arbor a ramo cõciso: exsectus ante arescit. Hęc il-
le. Magna sunt ista documenta:quoniã nõ est nisi vna cathedra per descensum suc-
cedentiũ vsq; in Petrũ:sup quem ecclesia fundata consideranda. quoniã certi sum⁹
q portæ inferi nõ præualebũt aduersus eam. Vnde ex hoc notandũ/q qui se Chri-
stianum esse fatetur/necessario cõfiteri habet cõnexam esse cathedrã suam ad succe
dentium cathedræ sancto Petro:et in societate illius cathedræ per vnionẽ esse/alio-
qui Christianus non est/ xxiiii.q.i.quicunq;. et.c.pudẽda in fine. et.c.schisma.xcii.
dist.qui cathe dram/cum multis simi libus. Est itaq; verũ vnam esse cathedrã Petri:
quoniã cathedra principatũ regitiuũ significat in ecclesia. et sicut in ipsa cathedra
Petri tres primi patriarchæ leguntur sedisse / scilicet Romanus/Alexandrinus/et Patriarchæ.
Antiochenus:ita et cũ illis omnes subiecti episcopi. Vnde dicit sanctus Gregorius Greg.
papa in Registro: excix epistola ad Eulogium Alexandrinũ. Suauissima mihi sancti
tas vestra multa in epistolis de sancti apostolorũ principis Petri cathedra locuta est
dicens/q ipse in ea nunc vsq; in suis successoribus sedeat:sed me quidẽ ego indignũ
esse non solum in numero sedentium /sed etiã stantiũ agnosco. sed ea quæ dicta sunt
in ea libẽter accepi:q ille mihi de cathedra locutus est, qui in Petri cathedra sedet.
Et infra. Vnde quũ multi sint apostoli/pro ipso tamen principatu sola apostolorum
principis sedes in auctoritate cõualuit:quæ in tribus locis vnius est. Ipse enim sub-
limauit sedem:in qua etiã quiescere/et præsentem vitã finire dignatus est. Ipse de-
corauit sedem:in quã euangelistã discipulum misit. Ipse firmauit sedem:in qua / vii
annis quis discessurus sedit. Quũ ergo vni⁹ atq; vna sit sedes cui ex auctoritate di-
uina tres episcopi nunc præsident quicqd ego de vobis boni audio/ hoc mihi impu
to:si quid de me boni creditis/hoc vobis imputate:quia in illo vnum sum⁹ qui ait.
Vt omnes vnũ sint/sicut et tu pater in me et ego in te:et ipsi in nobis vnũ sint. Hęc
ille. Et est epistola singulariter notanda: quoniam in vna Petri cathedra sedent tres
episcopi principes/quorũ summus est Romanus. et sicut omnes episcopi ad has se- Romanus
des tempore Niceni concilii/et ante cõiungebãtur/et post illa tempora omnes epi- Pontifex
scopi ab illis post hoc egressi sunt : sic est omniũ episcoporũ vnus episcopatus / vna summus.
cathedra/in qua primo sedet Romanus. Et iterũ licet aliqui/vt Liberius/Honorius Scismatici.
et alii in cathedra Petri aliquãdiu sedentes in errorẽ schismaticũ seducti ceciderint/
sedes tamen absq; vitio remansit. Maximum est istud qd menti tenendũ esse censeo
quia hæc est certa regula et secura firmitas/q sedes quæ originẽ receperunt a sede
Romana/cũ qua tanq̃ filiæ vniuntur: vna sedes siue cathedra censentur / licet tam
in successione directa in linea recta Romanorũ Pontificum/q̃ collateralium certi põ
tifices in hæresim ceciderint. Ab Abrahã enim in CHRISTVM gñationes p Mat
thęum secundũ lineã nominantur:licet non omnes in linea sancti fuerint/CHRI-
STVS tñ per eãdẽ attingebatur. Sic in ecclesia cuius hæc est figura: CHRISTVS
per rectã lineam pontificũ attingitur/malitia mediorũ præsulum nõ obstante. Est
enim ipsa linea siue cathedra sancta in CHRISTI aduentũ indefectibiliter duratu-
ra vsq; ad sæculi consummationẽ. Vnde qui se in Christiana fide esse putant/de illis
est regula Cypriani infallibilis:q maior pars semp in fide et veritate legis persistit/
et quicunq; se ab illa separat/ab ecclesia fideliũ se separat. Vnde Cyprianus ad Flo- Cyprianus
rentiũ et Puppianũ. Quid enim si exciderint quidã a fide:nunqd infidelitas eorum

fidẽ dei euacuauit/absit. Est eñi deus verax: oĩs homo mẽdax. Et vt legitur in euangelio: quũ cũ loquentẽ discipuli dereliquerũt/cõuersus ad duodecim dixit. Nunqd vos vultis abire: Rñdit ei Petrus/et dixit. Dñe ad quẽ ibimus/verbũ vitæ æternæ habes: et nos credimus et cognouimus/quia tu es filius dei viui. Loqtur ille Petrus sup quẽ ædificata fuit ecclesia/docens. quia etsi cõtumax et supba obedire nolentiũ multitudo discedat/ecclesia tamẽ a CHRISTO nõ recedit: et illi sunt ecclesia plebs sacerdoti/et pastor gregi adunati. Hæc ille. Bona est hæc doctrina: quia Petrus vt ecclesiam repræsentãs noĩe totius ecclesiæ locutus est. et tamẽ de ecclesia multi exciderũt: immo de apostolis Iudas. quare illi ecclesiã verã fideliũ cõstituũt: qui inter CHRISTI fidẽ se habere putantes/maiorẽ prẽ cõstituũt/et se suo pastori Petro coadunãt et eius cathedræ. Hanc sententiã ex supioribus manifestaui/relinquẽs pauca diffusius subnectere de hac re curabo. Nã licet CHRISTVS rogauerit vt nõ deficeret fides Petri/q p sua reuerentia exauditus est/ et licet hoc exponatur de fide ecclesiæ: tñ etiã p aliquos puta Albertũ Magnũ super eodẽ passu/ de fide Petri et eius successoribus intelligitur/quia in eis finaliter non deficiet. Per alios autẽ vt Gorra exponit/ intelligitur de fide ecclesiæ Romanæ. Cap. XV.

Cyprianus Leo.

PRo clariori intellectu intenti nostri reuocemus ad memoriam superius tacta secundũ sanctũ Cyprianũ et Leonem Nonũ: si ꝙ quisq̃ præsidens gradum præsidentiæ sortitur secũdum locum cui præsidet/et eius loci leges vel priuilegia. et ꝙ præsidens ita totã ecclesiam figurat sibi vnitam: ꝙ Cyprianus eam esse dicit in præside. Quo ad primum dicimus/quia vt scribit Ambro. ii.q.vii. beati. Roma principatum et caput obtinet nationum: et ita actum est diuino nutu/ vt vbi erat caput superstitionis/ illic caput sanctitatis quiesceret. Ergo Romanus episcopus eum præsidentiæ gradum habet: quem habuit apud ethnicos Roma. de hoc. lxxx. dist. vrbes secũdum Lucium papam/et secundum Clementem. c. in illis. e. dist. et talis ordinatio fuit diuinitꝰ inspirata secundũ Leonẽ in. c. illud. e. dist. de quo etiã. xcix. dist. pu ineiæ. deinde priuilegiũ diuinũ Petrũ prætulit aliis/cõcurrẽte tamen electione apostolorũ/secundũ Anacletũ et sanctũ Hiero. libro. i. contra Iouinianum. sed ex supioribus secundũ Augustinũ successores Petri in eadem cathedra sedent: ergo priuilegiũ cathedræ æquale nunc et tunc. quare ita vt Petrus princeps fuit apostolorũ: ita et Romanus põtifex episcoporũ princeps: quoniã in locũ apostolorum episcopi succedunt. Ad hoc infinita quasi habentur scripta. vnde ille principatus est sup omnes homines in ecclesia existentes/ q per fidẽ constituitur. est enim capitaneus in eo exercitu. Ita eñi scribit Leo Imparor ad Theodosiũ: et Valẽtinianꝰ ad Theodosiũ. Beatissimus Romanæ ciuitatis epũs/ cui principatũ sacerdotii sup oẽs antiquitas cõtulit: locũ habeat/ac facultatẽ de fide iudicare. Et ifra. Hac eñ gra et secundũ solennitatẽ conciliorũ/et Cõstantinus episcopus eũ p libellos appellauit ppter cõtentionẽ quæ orta est de fide. Itẽ Martianus et Valentinianus Leoni archiepiscopo Romæ gloriosæ ciuitatis/ tuã sanctitatẽ pricipatũ in episcopatu diuinæ fidei possidẽrẽ. de hoc. xii. dist. pceptis. xxiiii. q. i. quotiẽs. xvi. q. i. frater nr. vnde sic intelligo. ix. q. iii. aliorũ ꝙ oĩs fidelis papæ submittit: dũ totius corpis caput esse designetur. s. in fide/quia corpus ex fidelibus cõstituitur. sic dicit Hiero. ad Damasum. c. in. x. q. de cathedra. Si quis cathedræ Petri adhæret. meus est: et tamen hoc iudicium fidei non est semper in nutu vnius Pontificis distinibile: quia hæreticus esse possit. de quo inferius dicetur. immo in illo iudicio fidei in quo principatus eius cõsistit concilio catholicæ ecclesiæ subest. Cap. XVI.

Ambro.
Ro. caput ecclesiæ.
Ro. ponti. summus.
Leo.
Valentinianus.
Cõstãtinus
Martianus
Hiero.

VNde est aduertendũ/ꝗ Romana ecclesia capitur ꝑ sede aliquãdo et cõmu- Sedes.
niter.et fuere ab antiquo tempe Niceni cõcilii tres sedes:scilicet Romana/
Alexandrina/et Antiochena/licet Heliç siue Hierosolymorũ episcopus sp
honoraretur/vt habet.vi.c.Niceni concilii.xix.dist.Anastasius.lxvi.dist.quoniam
mos.et xxii.dist.sacrosancta.vnde post hoc etiã sedes Hierosolymorũ et Cõstanti-
nopolitana in gestis conciliorũ inueniunt.Vnde Cõstãtinopolitanus quodã pticu-
lari cõcilio ante Calcedonensequia noua Roma se patriarchã nominari obtinuit:
quando illæ quinq; patriarchales sedes vocant.xxii.dist.diffiniuimus.huiusmodi
materia quæstionis in Calcedonensi cõcilio legitur expedita:quoniã allegantibus
hincinde tam vicariis apostolicæ sedis ꝗ patriarcha Cõstantinopolitano/canonib⁹
iuxta decretũ iudicũ cõcilii diffinitũ fuit:sedẽ apostestolicã primatũ tenere debe-
re/quia ãtiqua Roma ẽ.et Cõstãtinopolitanã secũdũ locũ:quia noua Roma est.xxii
dist.de Constãtinopolitanç.licet Constãtinopolitanus isdẽ gaudeat primariç pri-
uilegiis.xxii.dist.renouãtes.Et licet Leo papa tunc multis scripturis visus fuerat re- Leo.
tractare illam partẽ diffinitionis:ꝗ Constãtinopolitanus secundũ locũ habere debe
ret/quia obuiabat cõstitutionibus Niceni cõcilii/quas infrĩgibiles scribit:tamẽ ita
visus obtinuit longo tpe.vnde in gestis vniuersaliũ cõciliorũ postsubsecutorũ:Con-
stãtinopolitan⁹ sp ꝑcedit Alexandrinũ.xxii.dist.renouãtes.c.se.et de priui.antiqua.
Et has quinq; sedes repio in gestis.viii.cõcilii vniuersalis Cõstantinopolitani septi-
ma actione quinq; capita ecclesiæ nominatas/et notantur sedes apostolicæ.i.q.vii.
conueniẽtibus:et in eis sedentes etiã papç vocant.vt ibidẽ in.§.item Cerasius.Quõ Papæ.
autẽ sint capita censenda infra dicet.Et sicut Papa Romanus sæpe vocatur patriar
cha:vt in gestis cõciliorũ/præsertim octaui vniuersalis habetur pene p totum.Sic
etiã alii patriarchæ papæ vocant:vt notat glo.xl.dist.si papa.et textus.xxii.q.ii.sa-
ne.§.item si Romanorũ.Sed nõ multũ ad ꝓpositũ.Hoc nũc notandũ:sedem prima- Prælatiõis
tum tenere sup oẽs.xxii.dist.de Constantinopolitanæ.et Hicmarus Remensis.cap. sediũ causç.
xv.cõtra Laudunẽsem scribit:ex breui põderosa diffinitione Niceni cõcilii:qua di- Hicmarus.
xit.antiquitas teneat oem talẽ ordinationẽ graduationũ:quç apud ethnicos fuit in
primatus/esse diffinitã spiritu sancto inspirãte,et ea ppter diffinitio Calcedonẽsis
concilii dicit secundũ canones Romanũ primatẽ habere:sed canonẽ illũ antiquitas
teneat in suis priuilegiis/vt quæ fuit graduatio principatus in ciuitatibus ethni-
cis/et eorũ archiflaminibus/et aliis ibi remaneat ille gradus.sed nõ dubiũ in capito
lio Romano pontificẽ maximũ in Iouis templo præpositũ:ita et gratiæ tẽpe.Vnde
Placida Augusta filio Augusto scribens dicit.Quia Roma maxima ciuitatũ et dña
oĩm terrarũ:ideo Petrus in ea prĩcipatũ ordinauit diuini episcopatus.Et ꝗ ex dis-
positione illa ciuitatũ antiqui primatias arguebãt/patet in disputatione.xii.actiõis
Calcedonensis cõcilii:vbi episcopũ Niceni sup Basianopolim ex curia prælatũ/mul
tis argumẽtis ex hoc fundamẽto cõuincere nititur/arguẽs.et in primo ca.Taurita-
ni concilii diffinitũ est.Qui ꝓbauerit suã ciuitatẽ metropolim esse vel fuisse:teneat
primatũ.Ecce primatũ ex ciuitate disponi/et ortũ capere primariũ.diffinitio enim
centũ quinquaginta patrũ/ac etiã post hoc Calcedonẽsis cõcilii sup prælatione se-
dis Cõstantinopolitanæ/post Romã habet illã causũ dicẽs.Etenim sedi senioris Ro
mæ ꝓpter imperiũ ciuitatis illius/digne pres priuilegia reddiderũt:eadẽ intẽtione
pmoti.adeo reuerẽdissimi epi æq; sanctæ sedi nouæ Romæ priuilegia tribuerũt/rõ-
nabiliter indicãtes imperio et senatu vrbẽ ornatã æque senioris Romæ priuilegiis
frui et in ecclesiasticis sicut illã habere maiestatẽ negociis/et secundã post illã existe-

re, ecce argumētū vix solubile: quod in Calcedonensi concilio approbatur. Et licet
imꝑatores priuilegia dederint exēptionis certis prælaturis: semꝑ tamē hoc ius an-
tiquitatis exēptū et saluū remāsit/ vt ibidem. Vnde quātū hoc dictū veritati inni-
tatur ex hoc poterit deprehendi: quia si ex sanctitate primi præsidentis/ aut loci re-
uerentia/ sediū primitiuitatē arguere deberemus: nō dubiū/ Hierosolymorū prima
foret. quoniā ibi pontifex maximus ecclesiam lauit in sanguine suo. Ita etiā sedes Ia-
cobi apostoli primi archiepiscopi: vt legitur prima actione. viii. vniuersalis concilii
de cuius cathedra Eusebius lib. vii. c. xvi. scribit eleganter. scriptores etiā suꝑ cano-
nicis epistolis caꝑpter Iacobi prælatas asserunt: quia primā Hierosolymorū sedē
habuit: quæ fuit prima christianitatis. sicut et Paulus Iacobū ꝓponit i quū de eccle-
siæ colūnis loquereꝶ. ¶ Deinde Alexādrina nō fortiꝶ ex primo præside secūdū locū:
quia Marcus nō pferꝶ sancto Ioanni CHRISTI dilectissimo. et Marcus Alexādriæ/
Ioānes Ephesi sedebat. nec tamen præfertur Ephesus Alexandriæ/ quo ad dignitatē
episcopatus: quia Alexādria vicit Ephesum sæculi dignitate. tamē ambo scilicet nō
tantū sæculi dignitatē/ sed et diuinā cām aliā cōcurisse in his sediū præeminētiali-
Innocētius. bus causis credēdum est: vt ad idē de Antiochena sede scribit Innocentius Papa ad
Alexandrinū/ vbi dicit. Vnde aduertimus nō tam ꝑ magnificētia ciuitatis hoc idē
attributū/ q̄ ꝙ prima primi apostoli sedes esse mōstreꝶ: tametsi a principio ita fuit/
ꝙ secundū loci dignitatē/ dignitas ecclesiastica sit distributa ꝑ sacra concilia et san-
ctos patres. nō tamē ꝓpter accrescentiā dignitatis tꝑalis: nisi ordinatio cōcilii in-
teruenisset/ crescit dignitas episcopi loci. vnde quādo Acatius dixit/ se episcopū re-
Gelasius. giæ ciuitatis esse/ et ꝓpter hoc dignitatē suā ita esse magnā ꝙ ab apostolico præsule
iudicari non possit: scribit Gelasius papa ad episcopos ꝑ Dardanā se risisse hoc di-
cens. Nunqd apud Mediolanū/ apud Rauennā/ apud Syrmū/ apud Treueros multis
temporibus nō cōstitit imperiū/ nunqd harū vrbiū sacerdotes vltra mensurā sibi-
met antiquitus deputatā quippiā suis dignitatibus vsurparūt/ vbi de hoc pulchra.
Anastasius. Idē de hoc Anastasius papa Alexandrino episcopo in epistola quæ incipit/ Onus et
honor. quæ dicit Antiochenā Romanæ cessisse: et ꝙ nō secundū voluntatē imꝑato-
rū/ sed pristinū ꝓuinciarū morē metropolitanos episcopos debere nominari. de qua
Ro. pontifi. principat⁹. x. dist. §. imꝑiali. Et quia de istis plura supratacta sunt: cōcludendū existimo/ Roma-
nā sedē ob sæculi dignitatē/ et diuinū priuilegiū/ et in augmentū fidei/ vt pax serua-
reꝶ: et ob tot exꝑimēta sanctorū ꝑsulū/ quorū successiue plus q̄ triginta ꝓpter fidem
martyrio coronabanꝶ: ꝑ conciliorū statuta primatū merito possidere. ¶ Cap. XVII.
Ecclesia Romana quid! CApitur autē aliquādo ecclesia Romana ꝑ proxime vnitis Romanæ eccle-
siæ/ sicut in libello Leonis Noni cōtra præsumptiones Michaelis Cōstāti-
nopolitani. c. xxxii. vbi dicit Romanā ecclesiā esse vt cardinē: in quo volui-
tur ostiū ecclesiæ/ et stabile semꝑ manebit. et eius clerici ꝓpter ꝓpinquitatē ad car-
Cardinales Cōstantin⁹ dinē: dicunꝶ cardinales. Et Cōstātinus imꝑator Agathoni papæ: vt in principio ge-
storū sexti vniuersalis cōcilii legitur/ scribit vt mittat tres ꝑsonas de sua ecclesia/ et
duodecim metropolitanos de toto suo cōcilio. Vnde potest ex hoc cōsideratio habe-
ri: ꝙ aliquādo sedes apostolica ꝑ pōtifice Romano capiꝶ. Aliquādo ecclesia Roma-
na ꝑ papa et eius diœcesis clericis et fidelibus. Aliquādo ꝑ oīb⁹ sub eius metropoli
et sede archiepiscopali cōstitutis. Ita enim legitur i multis vniuersalibus conciliis:
vocatus archiepiscopus Romanus. Aliquando ꝑ omnibus metropolitanis ecclesiis
ipsi tanq̄ patriarchæ et capiti in sede patriarchali præsidenti vnitis: vt in septima
actione octaui vniuersalis cōcilii: vbi de sententia cōcilii Romani loquiꝶ: dicit vica-

rius patriarchæ Hierosolymorū:spiritus sanctus q locutus est in Romanorū eccle
sia/locutus est et in nostra. Aliquādo p omniū fideliū ecclesia: quæ ad ipsam Roma-
nam/vt ad caput vnitur. vnde quū dicit/Romanā ecclesiam nunq̄ errare posse: hoc
est verū de tota vniuersali ecclesia vltimo modo capta. et deinde de patriarchali Ro
mana ecclesia etiā est verū. deinde de archiepiscopali est verū. deinde de episcopali
est verū finaliter. Sed istæ veritates graduationē habent: quoniā prior est infallibi-
lis/et fuit/et erit semp. secunda est hodie infallibilis eo respectu: quia vniuersalis ec-
clesia quasi totaliter sub patriarchatū Romanū est redacta. deinde cōsideratione se-
diū patriarchalium: tūc etiā est verior fides semp sub patriarchatu Romano: et ita
fuit/et erit/licet vniuersalis ecclesiæ in se maior sit pmissione CHRISTI firmitas.
deinde sedis archiepiscopalis vrbis Romanæ fidei veritas est adhuc plus fallibilis/
et adhuc plus episcopalis: licet a principio fidei patriarchalis Romanæ ecclesiæ in-
ter omnes patriarchales. archiepiscopalis inter omnes archiepiscopales/ et episco-
palis inter oēs episcopales maior securitas/et minor fallibilitas fuit. et ita erit vsq
in diem vltimū: quoniā vt legitur in gestis octaui vniuersalis concilii/ Bahanis fa-
matissimus præpositus curiæ et patricius dixit quō patriarchales sedes successiue
decrescendo redigi deberēt vsq ad vnū patriarchatū: et per illum iterū deus alios
patriarchatus reuocare deberet. Videmus iā pdolor vnū expletū/ det deus vt se-
cundū nostris tpibus viderimus. Et quia (vt dixi) ecclesia Romana aut ecclesia alia/
scilicet Constantinopolitana capit sæpe p ipsi vnitis subiectis ecclesiis: et hæc vnio
vocat apd Græcos synod⁹/apd nos cōciliū. Restat nūc de cōcilio aliqua subnectere.

LIBER.II. qui est de Concilio.

Cap. primum.



Vmma intentionis meæ est paucis varietatē et compa-
rationē synodorū et earū auctoritatē explanare: ac dein
de ex his quędā dubia soluere. Et primo. Synodus est p- Synodus:
prie cœtus seniū vel presbyterorū. Et dicit a syn qd est si
mul et hodos via: quia omnes vna via ad eundē finē ten
dunt. et est græcū/et interpretatur cœtus. xv. dist. cano
nes. §. synodus: et dicitur latine cōciliū. Vnde autē dica Concilium
tur Cōciliū Isidorus scribit: et habetur. xv. dist. canones.
§. concilii. et pprie: cōsistit in cōcordia. qui enim sibi dis-
sentiūt nō agunt conciliū: vt ibidem dicit. Est autē va-
ria synodus: quoniā graduationes suas habet a particu-
lari vsq ad vniuersalem p media varia. Vniuersale autē conciliū siue synodus vni-
uersalis secundū Bar. Brix. post Hug. xvi. dist. c. i. est: qd vel a papa vel ei⁹ legato cū Vniuersale
oibus episcopis cōstituitur. tamē hęc diffinitio forte nō est sufficiēs: quia potest tra
hi ad conciliū vniuersale sedis apostolicæ: de quo ifra pximo capite. In illo enim est
pprie de essentia: q legatus apostolicæ sedis ad minimū intersit/ si plenū et pfectū
esse debet. vt in di. §. porro. xvii. dist. regula. Hicmarus vero Remensis in. xx. ca. Hicmarus
de hac tractans materia afferit cuiusdā generalis concilii tpe Caroli in Francia de
veneratione imaginū celebrati/volumine. iiii eius libri ita haberi. Vniuersitas ab
vno cognominat: eo q vno multotiēs verso ppagat. Nā multitudo vnitate vel ten
te in vnū collecta vniuersitas efficitur. Et sicut vniuersalis ecclesia/ catholica dicit
græce: ita nimirū qcquid ab eius vnitate nō discessit/catholicum potest nūcupari. Catholicū
Omnis enim doctrina Christiana/vel qualibet cōstitutio siue traditio/talis esse de-

bet: vt vniuersali cõsentiat ecclesiæ. qđ nequaq̃ hæretici seruauerũt: qui p diuersas mũdi ptes aliquibus regionũ partibus coarctati cõuẽticula quædã statuerũt: quibus se et plures ab ecclesiastico consortio segregarũt. Quũ ergo duarũ aut triũ puinciarũ episcopi cõueniũt/et ea statuũt quæ catholicæ ecclesiæ cõueniũt: forte asse vniuersale dici potest, q̃uis nõ sit ab vniuersis mundi præsulibus actũ: sufficit q ab vniuersorũ fide et traditionibus nõ discrepet. Hæc ille. Et ibi de hoc plura. Vnde diuerso respectu vniuersale cõcilium potest nũcupari patrũ conuentus: aut quia rẽ tractant et diffiniunt catholicã/ecclesiasticã et verã patres: aut quia de vniuersali statu tractãt/aut de vniuersali causa certę/integræ/ee magnæ puinciæ et obediẽtiæ. secũdũ enim diffinitionẽ cõcilii: iudiciũ istud vniuersalitatis fit. Nam aut de causa quæ cunctis cõmunis est modo dicto: et tunc recte ee cõmuniter vniuersale dicitur quãdo p vniuersalem cõgregationẽ/vniuersalis catholica diffinitio fit. Aliud autẽ cõcilium licet vniuersale ppter cãm vniuersalem dicatur: tamẽ nõ pprie catholicũ vniuersale. vnde in Aphricano cõcilio vbi statuitur de hoc vltimo vniuersali cõcilio dicitur. Ne fatigandis fratribus sit anniuersaria cõgregationis necessitas: placuit vt quotiẽs causa cõmunis totius Aphricæ hoc exegerit/tũc vniuersale cõgregetur. causæ autẽ quæ cõmunes nõ fuerint: in suis prouinciis iudicent. et pprie illa dicitur vniuersalia: vbi aliqua diffinitio fidei cõtra hæreticos facta fuit. vt probat tex. c. dist. optatũ. licet omne vniuersale cõciliũ oporteat etiã canones pmulgare. xvi. dist. habeo. Sunt autẽ synodicæ cõgregationes differentes gradatim: a minima p media vatia vsq ad vniuersalem maximã. Nã curatus/suæ parochiæ synodũ cõgregat: et est supra eã dioecesana. supra quã: metropolitana. supra quã: puincialis regni vel nationis. supra quã/parochialis/et oĩm maxima vniuersalis ecclesiæ catholicæ. Et vt Leo ad Martianũ scribens in ea epistola vbi de directa vicis suæ legatione pro Calcedonensi concilio scribit/ait tunc nullũ censeri debet cõciliũ: quod non innititur veritati fidei/sed conciliabulum verius debet nuncupari. ¶ Cap. II.

Patrũ conuentus.

Cõcl. Africanum.

Synodorũ gradus.

Leo.

Conciliabulum.

Abet autẽ q̃sq præsidens in suo gradu sibi vnitos cõuocare: sine quo/aut eius vices gerente cõcilium nec plenũ/nec rite adunatũ censetur. vnde cũ Romanus põtifex supremus capitaneus militantis huius ecclesiæ/et princeps in episcopatu fidei existat: vniuersalia cõcilia sine eo rite/eiusve auctoritate regulariter nõ celebrãtur. xcvi. dist. vbi nam. xvii. dist. §. huic etiã. et. c. regula. Et Leo nonus in epistola ad Carthaginensem Petrũ: de hoc scribit. ad idẽ iii. q. vi. dudũ. et variis locis idẽ habetur. sicut nec sine metroplitano puincialis: aut sine patriarcha vniuersalis patriarchalis/aut sine episcopo dioecesana. ratio est manifesta: et diffinitiones sacrorũ conciliorũ in variis passibus hoc ostendunt. xvii. dist. regula cũ. c. abi sequẽtibus. xviii. dist. ppter et. c. si quis. et. c. se. Ad vniuersalẽ enim patriarchã spectat vniuersalis cõcilii cõuocatio. vnde Pelagius ad epos a Ioãne Cõstãtinopolitano cõgregatos. Relatũ est ad apostolicã sedẽ Ioannẽ Cõstãtinopolitanũ epm vniuersalẽ se scribere: vosq hac psũptione ad synodũ cõuocaẽe generalẽ. Ita dicit Marcellus papa et martyr in. v. c. decretorũ suorũ: Apostoli/eorũq successores dño ispirãte cõstituerũt: vt nulla fieret synod⁹ pter Romanæ sedis auctoritatẽ. Nã illius sedis eps iudex ẽ totius ecclesiæ nec aliqđ iudiciũ valet absq legitio iudice. hoc ẽt affirmat Damasus papa. c. ix. decretorũ suorũ. filr Athanasi⁹ et Iuli⁹ Ro. põ. Huic nõ est multũ superfluo insistere. vnde licet vniuersalia cõcilia sæpe legamus conuocata p imperatores/immo omnia octo (vt ex gestis haberi potest) vsq ad octauum tempore Basilii imperatoris Constantinopolitani conuocatum. xv. distin. cap. i. tamen in con-

Papã requirit conciliũ.

Leo.

Pelagius.

Marcellus.

Damasus.

ciliis fuit semp præsidentialis Romani põtificis auctoritas: sine qua vniuersale con
cilium nõ fuisset /dũmodo saltẽ interesse voluisset et potuisset. Vnde sicut pfecta p
uincialis synodus siue metropolica nõ est; vt scribiẽ penultima actiõe Calcedonẽsis
cõcilii/et cõis oĩm antiquorũ sentẽtia. Ita in pposito de vniuersali papa / dũmõ saltẽ
velit et possit: alioqui si expectatus nõ mitteret/vel nõ veniret /vel nollet /cõciliũ cõ
gregatũ/suæ necessitati/et ecclesiæ saluti prouidere debet. hoc pbat bene tex. octaui
vniuersalis cõcilii qui intitulatur diffinitio cõcilii ante aduentũ vicariorũ seniorũ
Romæ. vbi post plura. Quoniã dudũ expectati fuerũt vicarii seniorũ Romæ/ et am
plius expectare nõ sit iustũ: incõgruũ omnino putamus despicere fluctuãtẽ CHRI-
STI et saluatoris nostri ecclesiã p dilationũ dispositionẽ quæ illi debetur. hinc ergo
velut ex necessitate densitiamus. Ad idem legitur in gestis secundæ Ephesinæ syn-
odi/quando cõciliũ misit ad Iuliũ episcopũ Hylariũ diaconũ /et Dulcitiũ notarium
ambasiatores Leonis papæ notificando eis quõ in postcrastino die cõcilium sedere
vellet/rogãdo vt venire maturarẽt/ et ipi nõ venerũt: tunc Talasius episcopus Cæ
sareæ Capadociæ primæ dixit. Rememorare nos in hac ciuitate multã læsionẽ om
nibus religiosissimis et sanctissimis episcopis/et sanctis ecclesiis afferre /et non hoc
solum/sed et piissimus/et amicus CHRISTI imparor accelerari vult synodi finẽ: vt
cũ omni subtilitate ea quæ decernenẽ agnoscat. Quia igiẽ qđ decuit et cõuenit san-
ctæ synodo hoc factũ est /cõmoniti sunt p eos q directi sunt /ii qui locum tenent san-
ctissimi et deo amicissimi Leonis archiepiscopi et refutauerũt cõuenire nobiscũ: at-
bitror nõ esse necessariã dilationẽ/ sed si placet sctæ synodo nõ vltra ea quæ ad mo
ras ptinent pducanẽ. Hæc ibi. Ecce dixit q ea quæ ad synodũ ptinẽt scilicet moni-
tio ad pcessum sufficit/ maxime vbi venire refutauerit: tamẽ vt prefatus octaui cõ
cilii tex. pbat nihil præcipitanter fieri debet, sed longo tpe auctoritas Romani pon
tificis expectari debet; sicut ibi anno vno expectabaẽ et plus / et in iis quæ ad fidem
spectãt sine deliberatione de qua cõstet Romanæ ecclesiæ/ etiã in concilio rite con-
gregato licet absens adhuc sit auctoritas apostolicæ sedis pcedẽdũ nõ est. ¶ Ca. III.

ET q ex quinq patriarchalibus sedib⁹ plenũ vniuersale cõciliũ colligitur:
gesta octaui cõcilii clare docent. dicitur enim in termino illius cõcilii quõ
Basilius imparor p supremũ auxiliũ et gratiã quinq patriarchas ecclesia-
stici tabernaculi architectos a finibus orbis terrarũ conuocauit. et plura ibi de hoc.
qui textus infra in tertia pte habetur. et actione nona eiusdẽ cõcilii legitur synodũ
in receptione vicarii throni Alexãdriæ dixisse qui vltimo venit. Glorificamus deũ
vniuersorũ: qui quod deerat vniuersali synodo suppleuit /et nũc eam pfectissimam
demõstrauit. Ex quo habetur pfectissimã synodũ de capitibus totius ecclesiæ colli-
gi. vnde in cõuocatione octaui cõcilii nõ puto ponendũ: dũmodo saltem pſes sint q
ecclesiam vniuersalem repræsentẽt. sed si nec patres q capita ecclesiarũ sunt ibi ex-
istũt/nec cõuocatio legitima supremæ potestatis: nõ dubiũ in eo cõcilio vniuersalis
ecclesiæ repræsentationẽ esse nõ posse. vbi autẽ legitima pcessit cõuocatio/nec ad
huc patres qui capita existunt cõuenerũt: nõ crederẽ subito currẽdũ esse/ quia mul
ta concilia etiã rite conuocata errasse legimus/sed expectandi sunt patres/licet non
oẽs necessario expectentur/quoniam sufficit plures esse/et oẽs vocatos. Ita eñ legiẽ
sanctũ Ambrosiũ in cõcilio Aquilegiensi Palladio hæretico de fide dicere renuenti
propter absentiam orientalium episcoporũ: quia dixit solum in pleno cõcilio(quã-
le hoc esset) de fide respõdendũ/respõdisse. oriẽtales imparores cõuocarũt: et sic ve-
nire potuerunt: quare hæc allegatio est euagari. Vnde ad hoc q regulare sit cong

Papa recusante concilium haberi potest.

Materia fidei papã exigit.

Basilius.

Perfectissima synod⁹.

Ambrosius

ciliū vniuersale tunc palā/nō clādestine debet celebrari: vt ex quinta actione octaui cōcilii vniuersalis colligitur. Item libertas talis in eo esse debet: vt quisq̄ liberalem loquendi habeat facultatem: vt in .vi. concilio generali tpe Agathonis celebrato in prima actione/et in fine epistolæ synodicæ Agathonis legitur. Vnde quū Nicolao papæ de concilio Phocii numeroso obiectū esset/dixit. Nos quidē non tantū numerosum episcoporū collegiū Nicenī vel Calcedonēsis conciliorū/cęterorūq̄ sanctorū patrū synodicas constitutiones sequimur: sed illorū liberas veneramur iustas et diuinitus inspiratas sententias. Ex quo habetur/numerū patrum magnam auctoritatem pstare cū libertate loquēdi. Potius enim ei statur qđ a pluribus/q̄ qđ a paucioribus dictatur. xix. dist. in canonicis. xx. dist. de qbus. ii. q. vii. puto. et non est numerus adeo necessarius/sicut libertas et vnanimitas. xxxiiii. q. i. alienus. Vnde Agatho

Agatho. scribens Constantino loco prætacto de patribus in .vi. concilio cōgregandis verbū impunitatis et liberam loquendi facultatem vnicuiq̄ loqui volenti pro fide quam credit et tenet/concedite: quatinus ab omnibus manifestissime cognoscatur/ꝙ nullo terrore/nulla potestate/nulla cōminatione vel auersione quisq̄ ꝑ veritate loqui volens prohibitus aut repulsus existat. Et iterū. Oportet ꝙ priuatę causæ religiōis

Leo. obtentu nō exerceantur. Vnde Leo papa ad Theodosium imꝑatorē de errore synodi Ephesinæ dicit. Dū priuatæ causæ religionis exercentur obtentu: cōmissum est impietate paucorū quod vniuersam ecclesiam vulneraret. comperimus nō incerto nuntio cōuenisse ad synodū plures sacerdotes: quorū vtiq̄ frequentia cōsultationi et iudicio profuisset/si is qui sibi locum principalem vendicabat/sacerdotalem moderationem voluisset custodire. vt (sicut moris est) omniū sentētiis ex libertate ꝓlatis/id tranquillo et æquo cōstitueretur ex animo: quod et fidei cōgrueret/ et errātibus subueniret. In ipso autem iudicio nō omnes qui cōuenerant interfuisse cognouimus. Nā alios reiectos/alios didicimus intromissos: qui supradicti sacerdotis arbitrio captiuas manus impiis subscriptionibus dederūt: ꝙ nociturū statui suo scirent/nisi imperata fecissent. taléq̄ ab eo prolatā sententiā esse: vt dum vnus homo impetitur/in omnē ecclesiam sæuire videretur. quod nostri ab apostolica sede directi adeo impiū et catholicæ fidei contrariū esse viderunt: vt ad consentiendū nulla potuerint oppressione compelli/cōstanterq̄ (vt decuit) fuerint ꝓtestati/ nequaq̄ id quod constituebatur apostolicam sedem recepturā. Et infra. Omnes nostrarū partiū ecclesiæ mansuetudinem vestram cū gemitibus et lachrymis supplicant sacerdotes: vt quia et nostri fideliter reclamarunt/ et eisdem libellum appellationis Flauianus episcopus obtulit: vt generalem synodū intra Italiam iubeatis celebrari. Et infra. Quasi autē post appellationē interpositam hoc necesse postulatur/canonū Nicææ habitorū decreta testantur: quæ a totius mundi sacerdotibus sunt constituta. Hæc ille. Ecce nunc essentialia ad vniuersale concilium vbi vniuersalia tractari de-

Spūs sancti præsentia. bent ꝙ non secrete/sed publice omnibus liberrima detur audientia: et si tunc cōcordanti sententia aliquid fuerit diffinitū/per spiritū sanctū censetur inspiratū. et per CHRISTVM in medio cōgregatorū i eius nomine præsidentē infallibiliter iudicatum. Tale fuit Nicenū concilium/de quo legitur in gestis Calcedonēsis cōcilii: ꝙ spiritus sanctus manifeste ibi patribus consedit. Et subiungitur: spiritū sanctum ea ordinare: quæ in huiusmodi conciliis ordinantur. ergo q retractat ea: spiritus sancti cassat gratiam. Sancta synodus dixit. omnes hoc dicimus: anathema qui retractat. Talia fuerunt omnia orthodoxa concilia: quare in conclusione octaui concilii cum causa cur ei obediendū sit exprimatur/dicitur. per datā nobis potestatē a san-

cto spiritu a primo et magno pōtifice nostro. Et infra. Quis enim nesciat/ꝙ in medio sanctæ synodi fuerit incōpræhensibilis et incircūspectus CHRISTVS et dn̄s qui dixit: vbi duo vel tres fuerint congregati. Qꝫ maxima sit vniuersalis cōcilii potestas/patet ex eo ꝙ Helpidius vir spectabilis ad cōciliū Calcedonēse/dixit: vt in prima legitur actione/dixit enim. Hodie cunctorū deus verbū saluator vobis se ad iudicandū tradidit: et patitur iudicātes/et honorat potestatē decreti. Quale autē sit decretū hoc ex quo eā habent potestatē patres in cōcilio/in actione prima et quinta octaui cōcilii habetur: vbi dicit̄. Sanctissimi vicarii senioris Romæ / et nos q reliquarū sediū vicarii sumus/hæc oīa dissoluimus hodie gratia IHESV CHRISTI: q nobis dedit summi sacerdotii potestatē ligādi atq̧ soluendi. Vnde potestas ligandi et soluēdi Petro figurā ecclesiæ gerenti/tradita est. hoc ē decretū ex quo iudiciū synodi suam capit firmitatem. Et de hac auctoritate conciliorū Isidorus in principio libri sui/quem de synodis collegit/eleganter scribit: vbi videri potest. ℭ Cap.IIII.

Helpidius. Auctoritas concilii.

Isidorus.

Verū quia dixi/ꝙ si ex cōcordantia ꝑcedit definitio: tunc ex spū sancto processisse creditur/quoniā ipse est auctor pacis et cōcordiæ. et nō est humanū varios homines in vnū cōgregatos/in summa libertate loquēdi cōstitutos ex vna cōcordātia iudicare sed diuinū: ideo præsumi hoc omnino debet. Ita enim legitur in quinta actione octaui cōcilii: vbi dū de sententia cōcilii dicit̄/eā asserūt patres diuina inspiratione deprōptā: quia vnanimitate et cōcordia sanctæ synodi fuerit ꝓmulgata. et post terminū octaui vniuersalis Cōstantinopolitani Basilius imperator ad synodum dixit. Dicat nūc sancta et vniuersalis synodus/si oībus sanctissimis episcopis cōcordantibus atq̧ cōsentientibus præsens terminus sit deprōptus. oportet enim diuina quæq̧ cū vniuersorū cōsensu et cōcordantia in ecclesiasticis prædicari et cōfirmari collegiis. Sancta synodus dixit: oēs ita sapimus/oēs ita prædicam⁹ oēs cōcurrētes et cōsentientes ꝓmpte subscribimus: hoc est veritatis iudiciū/hoc est iustitiæ decretū. et ibi de hoc plura. ℭ Ecce cōcordātiā maxime in iis/quæ fidei sunt requiri. et quāto maior est cōcordantia: tanto infallibilius iudiciū. vnde vt in Calcedonensi cōcilio legitur. Maior pars semp regulariter vincat/et hoc iudiciū certi⁹ præsumatur. Tamē ex sententia præfata in fidei materia nō est tutū iudiciū/nisi maxima fuerit multitudo sacerdotū coadunata. tūc enī iuxta sententiā sancti Cypriani/quā maior pars semp ex decreto CHRISTI absq̧ errore ꝑmanebit: maioris partis sententia multū haberet præsumptionis/sic ꝙ si aliqua stabilitas absq̧ immutatione illius sententiæ in ipsis ꝑmaneret: fortius esset præsumptionis iudiciū. veritas enim ꝑmanet in sæculum sæculi: et falsitas seipsam aliquādiu cōseruare neq̄t. Vnde licet in synodis vniuersalibus plura necessaria sint: maxime tñ (vt præhabitū est) cōmunis oīm sententia. Vnde Leo papa ad synodū Ephesinā dicit. Pie et religiose Christianissimus impator habere voluit conciliū episcopale: vt pleniori iudicio oīs possit error aboleri. fratres nostros Iuliū episcopū/Renatū presbyterū/et filiū meū Hylariū diaconū/cūq̧ his Dulcitiū notariū ꝓbatæ fidei misi: q vice mea sancto cōuentui vestræ fraternitatis intersint/et cōmuni vobiscū sententia quæ sint dn̄o placitura cōstituant. Hæc ibi. Ecce cōmuni sentētia etiā legatorū cū aliis negocia sacri cōcilii vniuersalis definiri debere. de quo infra. Debet etiā sacrū cōciliū vniuersale regulis sancti spiritus tā in canone sacræ scripturæ ac præteritis conciliis aptis dirigi/maxime in negocio fidei: quæ vna et inuariabilis necessario sicut fuit permanebit: et scripturas rimari in dubiis/ sicut in sexto vniuersali concilio actum fuit et aliis multis/et tunc definitio ex allegatis sumpta/absq̧ errore necessario erit. vnde

Cōcordantia op⁹ esse.

Leo.

si ea non seruantur maxime libera omniū audientia: ac vbi aliqua attentarentur in synodis quae obuiarent fidei Romanae ecclesiae: praestario iuste ac simul et appellatio ad futurū aliud conciliū fieri potest: vt hoc est supius manifestatū. Et in epistola Leonis papae et synodi: quae in Roma conuenit ad Pulcheriā Augustā clarius hoc cōprobatur. vbi dicitur legatos apostolicae sedis in Ephesina synodo pp̄ter vim et metum de nullitate praestatos: et ab ea fide nulla iniuria separari velle: quā a sede Petri apostoli ad sanctam synodū detulissent. Ex hoc etiam elici potest fidem Romanae ecclesiae in nulla synodo vniuersali retractari posse. hoc verū de fide illius totius ecclesiae p̄ suā synodū sui scilicet patriarchatus dictarā: vt hoc infra aperiet. ¶ Cap. V.

Conciliabulorū erroris causa. Ariminēse concilium.

His cōsideratis si ad varia gesta cōciliabulorū animū applicauerimus: inueniemus quō neutrū in his fundamentis fuit vere fundatū. nam aut fuerūt secreta: aut humana industria fabricata: aut coacta timore. Vnde licet dicatur Ariminense cōciliū fuisse 830 episcoporū: vt Augustino contra Felicianū de trinitate scribente obiectū fuit: tamē nō inuenitur rite palam et libere cōgregatum et stabile fuisse in cōclusō. de hoc vero quomodo reuersi fuerit ad subscriptionē fidei Nicenę qui in Arimino fuerūt: Liberius papa et occidentales episcopi ad Eustathiū et Cyrillum scribūt in epistola quae incipit. Oprabile nobis. vnde Ambro. de patre et filio lib. i. c. viii. Audisti sancte impator qui talia asserūt iure eē damnatos. nō humana industria: nō cōpositione aliqua 318 episcopi ad conciliū venerūt Nicenū: sed vt in numero eorū per signū suae passionis et nominis dn̄s IHESVS suo se probaret adesse cōsensu: quando crux in 300: IHESVS in 18 est sacerdotibus. hoc in Ariminēsi concilio habuit prima confessio. et post Ariminense cōcilium secunda correctio epistola ad imparorē Cōstantinopolitanū missa testatur. correctionē secreta conciliā cōfirentur. f haec ille. Vnde Ambro. in epistola lxvii cōtra Maxentiū dicit: ea facilitate euanuisse dictata illius cōciliabuli qua dictata fuere. et quomodo hoc factū sit ipse ibidem ponit: et q̄ factione humana et coactione Cōstantii absq̄ libertate ita dictatum et subscriptum fuit: in multis scripturis inuenitur. Et licet Liberius papa tunc fuit: qui vt scribit August. cōtra Crescentiū Arrianae sectę se subscripsit: licet restiteret in principio: et pp̄ter hoc in exiliū missus esset. et habetur elegans disputatio Cōstantii imparoris et Liberii. rediit aurē de exilio victus: et consensit errori vt scribit sanctus Hiero. in chronicis: tamen nō repitur concilio illo per se: vel vicarios interfuisse. Vnde Damasus papa et ceteri episcopi in vrbe Roma cōgregati dilectissimis fratribus in Illyrico cōstitutis. Neq̄ enim praeiudicii fieri potuit per numerū Arimino cōgregarū: quādo cōstat: neq̄ Romanū episcopū cuius ante omnia debebat eos expectare decretū: neq̄ Vincentiū qui tot annis episcopatū inuiolabiliter custodiuerit: neq̄ alios talibus praebuisse cōsensum: maxime dū ist (sicut praediximus) qui per conuentionem declinasse videbantur: denuo vtentes meliori cōsilio haec sibi displicere testati sunt. Haec ibi. vnde multos defectus habuit illud cōciliabulum.

Ephesinum cōciliabulū.

Similiter de Ephesina secūda synodo hoc idē patet: quia etsi rite cōgregata fuit per praesentiā vicariorū Leonis papae: tamē defecit libertas: et absq̄ cōcordātia reclamātibus et appellantibus vicariis apostolicis: capta fuit erronea decisio: vt in gestis Calcedonensis concilii manifeste scribitur. quoniā q̄ se subscripserūt pastres: fatebatur metu corporis hoc fecisse: vt de hoc etiam Leo papa ad Theodosium imparorem et Pulcheriam Augustā scribit. Q̄ etiā legati apostolicae sedis ac alii q̄ cōcilio Phocii interfuerūr nō fuit potiti libertate: ex gestis octaui concilii vniuersalis habetur. simile habetur. xvi. q. vi. sane. Q̄ aurē particularia cōcilia vnius episco-

pí vel ꝓuinciæ correctionẽ capiant ab vniuersali. Augu. scribit / et habetur. ii. q. vii. puta / §. itẽ quũ Petrus. Vnde etiã de cõcilio lxxxvi episcoporũ / in quo sanctus Cyprianus. de quo August. ad Vincentiũ Rogatistam. et lib. ii. cõtra Donatistas. postea ꝑ vniuersale fuit correctũ. Dicit enim August. libro. i. contra Donatistas / volens stabili fundamento ex decisione vniuersalis cõcilii fidẽ probare. Iam ne videar humanis argumentis id agere: quoniã quæstionis huius obscuritas prioribus ecclesiæ tẽporibus ante schisma Donati magnos viros et magna charitate prædiros episcopos / ita inter se salua pace cõpulit disceptare atq; fluctuare: vt diu cõciliorũ in suis quibusq; regionibus diuersa statuta mutauerint: donec plenario totius orbis concilio / quod salubrius sentiebatur etiam remotis dubitationibus firmaretur. Et idem. Quomodo pticularia per plenaria / et etiã plenaria ꝑ subsequentia plenaria ob facti errorem corrigant: De vnico baptismo libro. i. Quis nesciat cõcilia quæ per singulas regiones vel ꝓuincias fiunt / plenariorũ cõciliorũ auctoritate quæ fiunt ex vniuerso orbe Christiano / sine vllis ambiguitatibꝰ cedere / ipsaq; plenaria cõcilia priora a posterioribus emendari: quãdo et aliquo experimẽto rerum aperitur quod clausum erat / et agnoscitur quod latebat. Hæc ille. Ex quo duo nota / ꝙ plenariũ cõciliũ est totius vniuersæ ecclesiæ. ita intelligitur ille. §. item quũ Petrus. scilicet ꝙ plenarium concilium vincit omnẽ auctoritatem. Similiter est notandũ experimento rerum vniuersale plenarium: posse deficere. Quomodo etiã varia talia fuerunt cõcilia quæ iudicando errarunt apud Augustinũ in epistola ad Elusium et Glorium / et ad cæteros de Donati parte missa / et aliis locis inuenitur. vnde in his omnibus est sententia Ambrosii vera / ꝙ secretiora ab vniuersalibus correctionẽ recipiunt / iuxta doctrinam Augustini de Christiana doctrina / libro. ii. cap. viii. ꝙ illa quæ vniuersaliter recipiuntur: præponi debent particularibus. Vides modo quanta vniuersalibus cõciliis auctoritas inest dum recte celebrantur. Vnde Augustinus lib. i. sermonũ contra Pelagianos primæ partis dicit: matris ecclesiæ hanc esse auctoritatem / ꝙ quisquis contra hunc inexpugnabilem murum arietat: ipse confringitur. De hoc etiam contra Faustum libro. xi. ait idem Augustinus. et plura de hoc applicari possunt scripta: sed hoc loco opus non est. ideo ad alia tendamus.

Cõcilia particularia ꝑ vniuersalia corrigunt. August.

Idem.

Cõciliũ plenarium.

Deficere potest in experiendo. August. Ambro. August.

Idem.

Cap. VI.

IN summa est hoc aduertendũ secundũ ꝙ ex conciliorum gestis legitur: ꝙ vniuersalia cõcilia de consensu Romani pontificis ac aliorũ patriarcharũ per imꝑatores sub articulis fidei cõgregabantur / et in loco cõgregationis in medio ponebant sacra euãgelia: lignũ sanctæ crucis / et aliæ reliquiæ. et omnes catholici episcopi ac abbates intromittebant vna cũ aliis laicis: quos ipsi vicarii sediũ adducebant / aut quos ipse imꝑator loco sui aut secũ adesse volebat. et ꝑ actiones distinctas secundũ dies res tractabantur / et ꝑ sessiones expediebantur: et in scriptis legebatur cuiusq; ꝓpositio in alto pulpito. Materia vero fidei prius tractabatur / et audiebat synodus vtriusq; ꝑtis allegationes. vidit originalia et prĩcipia librorũ et totius allegati capituli tenorẽ / ne syncopate allegatus sensus corrupte adductus forte foret / et cuncta ista mature palam et publice cum recognitione et librorum et allegationum perficiebantur: et secundum testimonia scripturarum decreuit synodus. Post hæc de pace ac reductione lapsorum / compositione litigantium / de parmum consensu: et vltimo iudicialiter præmisso partium in synodis compromisso de causis se intromittebat: vt reclamatio minus locum sibi vendicaret. et in qualibet actione in fine surrexit notarius: q dixit laudes imperatori per multa adiectiua /

Modus ꝓcedendi in conciliis.

comparando ipsum/aut Constantino aut Martiano: extollēdo mores & studiū religiositatis eius. Laudes etiā quiq; patriarchis dixit/& senatui/& synodo æternā memoriā. Statuta vero simul & semel in fine/& ante conclusionē publicabātur in duabus partibus synodi inferiori & superiori altavoce per episcopos/aut metropolitas. subsequebatur conclusio de omnibus gestis cōcorditer: in qua causa conuocationis et capta summaria cōclusio inserebatur/vna cū ꝓfessione fidei. & laici/& principes nihil definitiue dixerūt: sed sollicitādo/& exhortando/& dirigēdo interfuere. Vltimo subscriptio adiiciebatur: quæ varia quo ad ordinem inuenitur/sicut & sessionis ordo in aliis & aliis cōciliis. Post vicarios patriarchaliū sedium subscripserunt se in octaua synodo imperatores Basilius & Constātinus: deinde episcopi alii/ac insuper senatus ꝓfitebatur se acceptare synodū/& hoc fuit per notarios annotatū. Post hęc de conciliis generalibus/quæ sæpe vniuersalia dicuntur: vidēdum. in quo deceptio multorum recentiorum aperitur.

Ordo subscribētiū.

Cap. VII.

INuenitur prætereà vniuersale concilium/etiā alicuius magnæ prouinciæ/aut duarum sæpe vnitarum simul vocari: vt in Toletano quodā/& certo etiam Aphricano concilio, de quo supra legitur & infra de hoc latius. Inuenitur etiam occidentalis ecclesiæ concilium vniuersale nūcupari: vt in gestis concilii Aquilegiensis. Sanctus Ambrosius obiiciēte hæretico vniuersale concilium nō esse: respondit. vnde licet omnia concilia ꝓter vniuersalis ecclesiæ dicātur prouincialia. vt in di. ✠. porro. etiā cū legato apostolicæ sedis celebrato: vt ibidē. & cum patriarcha/vt in vltima actione Calcedonēsis concilii probatur: vbi Athanasius in concilio Antiochenis patriarchæ: quia ter vocatus nō venit/legitur in prouinciali concilio depositus. Et omnia concilia vocantur localia: præter vniuersalis ecclesiæ concilia. de quo vide tex. i. q. vii. conuenientibus/qui est secūdi Niceni concilii. Et dicit sex tantum vniuersalia cōcilia præcessisse: alia localia fuisse. et ꝗꝗ glo. dicat ideo illa generalia fuisse/quia apostolicæ sedis legati interfuerunt: tamen etiam si hoc argumētum sit bonū/scilicet absq; auctoritate sedis apostolicæ cōciliū vniuersale esse nō posse: non sequitur vbi ꝓsidet papa in cōcilio/vel eius legatus/ibi eē vniuersale concilium vniuersalis ecclesiæ. sextum enim Carthaginēse: in quo interfuerunt legati Zozimi papæ/Faustinus episcopus/Philippus/& Asellus presbyteri. & quoddā Arelatense: in quo interfuere secundum aliquos Theodotus episcopus ex Delmatia & Agathon diaconus legati Siluestri papę/& cōcilia prouincialia dicuntur. vnde Leo papa ad Theodosium Augustū: cōciliū vniuersale intra Italiam/sicut synodus quæ ob hanc causam Romæ conuenerat/mecū petit/clementia vestra concedat. hæc ibi. Ecce vniuersalē synodū per synodū vbi papa ꝓsedit ab imperatore intra Italiā petitam: qd est notandū. Et textus xvii. c. octaui concilii qui infra ponitur manifeste hoc probat: dum aliud dicat vniuersale conciliū aliud in quo papa/vt patriarcha ꝓsedit. sæpe conciliū patriarchale papæ/vniuersale siue generale dicitur: vt patet in caplo antiqua de priuil. vbi subscriptio noīat generale & textus vniuersale. licet frequētius dicatur generale ꝙ vniuersale. & similiter licet cōciliū vlis ecclesiæ ꝓprie dicaꝫ vniuersale. & ita frequēter noīcetur: tamē aliquādo vocaꝫ generale: sicut Leo papa i ep̄la quæ incipit. Omniū de approbatione fidei Calcedonēsis cōcilii noīat illud Calcedonēse generale. Et grego. i. di. quia sanctitas: noīat oīa quinq; vniuersalia. De isto aūt nostro generali Constātinus imꝑator ad Agathonē papā scribēs ꝓ sexto cōcilio dicit: vt mittat de sua ecclesia tres ꝑsonas/& suo concilio duodecim metropolitanos. Cui Agatho rescribit ꝙ iuxta defectum temporis ac seruilis prouinciæ qualitatem

Cōcilia ꝓuincialia.

Localia.

Vniuersalia.

Generale.

pro satisfactione obediẽtiæ mittit. & nisi longus prouinciarum ambitus/in quibus humilitatis suæ conciliũ constitutũ est fecisset:citius cõuocasset/& misisset vti hæc in gestis sexti vniuersalis concilii legũtur.Ex quo habetur papam vt quẽlibet patriarcham habere propriũ subiectũ patriarchale conciliũ:vt habetur ibidem in prima actione in.c.quod incipit piissimus.& sunt septẽtrionales/& occidentales de illo cõcilio prout ibidem in sexto concilio prima actione habetur magis particulariter.

Papa & patriarchæ ꝓpriũ habẽt cõcilium. Agatho.

Et enim per Agathonem/& suam synodum:scribitur sic ad Constantinũ. Constantino magno imperatori/Heracleo/ & Tyberio Augustis: Agatho episcopus seruus seruorum dei: cum vniuersis synodis subiacentibus concilio apostolicæ sedis. Omniũ bonoꝶ spes inesse dinoscitur dñi imperiale fastigium eius: a quo se coronatũ/& hominibus ꝓstitutũ ad salubriter gubernãdum agnoscit veram de eo confessionẽ/qua sola præ omnibus muneribus delectatur inq̃rit/ fideliter/& viuaciter amplecti desiderat. & hoc ideo præstantissimũ munus est a quo procedit omne quod bonũ est ad quem redigitur/quod de eius maiestate perceptum est,cuius spiritu perstruente in mentis arcanis & conualescente spiritali flagrantia/ præ intentionis radii circũquaq; perlustrant:& suauitatis odor de sacrificio cordis ascẽdit ad dominũ/qui tali munere complacatur. Vnde in terrestribus felicitatẽ donet/ & gẽtes subiuget vniuersas:quas ad veræ suæ cognitionis confessionẽ alliciat,quas subiectas Christiano imperio de potestate liberet tenebrarũ:vt felices faciat humiliatos/ quos infeliciter exaltari ad eorũ deiectionẽ permiserat.Quia vero piissime/atq; fortissime principũ Augustę:vestrę pietatis cum laude ammiramur deo dignũ ꝓpositũ:quomodo circa apostolicam nostrã fidem dignamini deo secretius satisfaciente/ non verbis fluentibus/nec loquacitate fallaci/sed diuina sua gratia cõmouente/ omniũq; ambiguitate sublata desideratis cognoscere/ quæ veritas orthodoxæ/atq; apostolicæ fidei contineat. Omnes nos exigui ecclesiarũ ꝓsules vestri Christiani imperii famuli/ in septẽtrionalibus & occiduis ptib⁹ constituti: licet parũ ac simplices sciẽtia / fide tamen per dei gratiam stabiles pro iis quæ per diuinã sacrã ꝑ acceptã cognouimus conregnante/ac disponente vobiscum cõditore & dispensatore omniũ deo exhilarati pro huiusmodi pio proposito cum intimis cordis fletibus gratias reddere cœpimus. q; tam laudabile/tam mirificum/tam saluberrimũ/tam singulariter deo præ omnibus sacrificiis acceptabile tranquillitas vestra creditur opus concupisse:quod multis q;dem pietate ac iustitia præditis regibus desideratum/ paucissimis tamen raroq; ad effectum deo placitum cum sinceritate apostolicæ fidei perduci potuisse demõstratur. Et infra. Præterea satisfaciendum est nostro exiguo famulatui apud serenissimorum dominorũ nostrorum clemẽtiam pro tarditate missarum ex cõcilio nostro personarum:quos dirigi per suam augustissimã sacram vestrum piissimũ vestigium iussit.primũ quidẽ q; numerosa multitudo nostrorũ vsq; ad Oceani regiones extẽditur:cuius itineris lõginquitas in multi tẽporis cursum portelatur/ sperabamus de Britãnia Theodorũ cõfamulũ/atq; coepiscopũ nostrũ magnæ insulæ Britanniæ archiepiscopũ/atq; Philippũ cũ aliis:qui ibidẽ hactenus demorantur/ exinde ad nostrã humilitatẽ cõiũgere. atq; vt diuersos huius cõcilii episcopos in diuersis regionibus constitutos ad generalitatẽ totius cõcilii seruilis nostra suggestio adunaret: ne si tantũ pars quod agebatur cognosceret/partem lateret/ maxime quia in medio gentium tam Longobardorum q̃ Sclauorum/necnõ Francorũ Gallorum/atq; Gothorum seu Britannorum plurimi confamulorum nostrorũ esse noscũtur:qui & de hoc curiose satagere nõ desistũt / vt cognoscãt qđ in causa apostolicæ fidei peragat.

qui quantū prodesse possunt dū in cōsonantia fidei nobiscū tenētur / nobisq; cōcor-
diter sentiūt: tanti (qđ absit) si qđ scandali in fidei capitulo patiātur / inueniuntur
infesti & contrarii. Nos autē licet humillimi / sūmis viribus enitemur: vt Christiani
vestri imperii respublica in qua beati Petri aplorū principis sedes fundata est / cuius
auctoritatē omnes Christianæ nobiscū regiones venerātur / & colūt / per ipsius beati
Petri apostoli reuerētiā omniū gētiū sublimissima esse mōstretur. Personas autē de
nostræ humilitatis ordine puidimus dirigere ad vestræ a deo ptegēdę fortitudinis
vestigia: quæ omniū nostrū / id ē vniuersorū p septētrionales / vel occiduas regiones
epōrū suggestionē: in qua & aplicæ nostræ fidei confessionē plibauimus / offerre de-
beāt: nō tāq; de incertis cōtēdere / sed vt certa & immutabilia cōpēdiosa definitione
proferre. hæc ibi. Ex quibus habes quomodo generale cōciliū patriarchale subiectū
Romano pontifici est constitutum in septētrionalibus / & occidētalibus prouinciis.
Aphrica etiā patriarchatui subest Romano. xii. dist. qs nesciat. Vbi enumerātur p-
Romanæ se-
di subiiciūt
omnes.
uinciæ Ro. sedi subiectæ. Vnde Flauianus Constātinopolitanus patriarcha ad Leo-
nem papā scribens / ait. Omnibus qui sub tua reuerētia cōstituti sunt / deo amatissi-
mis episcopis. de quo etiā per Leonē ad Theodosium in epistola quæ incipit: olim ab
initio. & pro hoc facit textus. ii. q. iiii. in omnibus / vbi dicit nostrorū episcoporū om-
niū. & xliiii. di. iuxta: vbi dicit oēs episcopi qui ordinationibus apostolicæ sedis sub-
iacent. Et Hilarius diaconus ad Pulcheriā Augustā in quadā epistola: tamen vt ha-
betur in epistola Nicolai papæ ad Michaelem imperatorē / tunc Thessalonicensis vi-
cem apostolicæ sedis habuit per Epirū veterē / & nouū Illyricum / Macedoniā / Thes-
saliam / Achaiā / Daciā / Riperensem / & mediterraneā / Misiam / Dardaniā / & Præualit:
et sic maximā partem / quoniam quasi totam Europam / & Aphricæ magnā partem
patriarchatus Romanus sub se habuit. Hoc autē cōciliū patriarchale habet summū
priuilegiū in eo q; vocatur Romana ecclesia / ad vnā Romanā sedē adunata. quoniā
in iis quæ fidei sunt nūq; errauit / neq; errabit. Legitur enim in septima actione vni-
uersalis octaui cōcilii: q; ea quæ sedes aplica synodice / regulariterq; decreuit: tanto
studiosius oportet amplecti / tāto solicitius obseruare / quāto satius noscitis quæ sta-
tuta fuerūt ab ea / hęc vniuersalē semp renuisse ecclesiā. ita vt cōtra singulos errores
in ecclesia exortos: prior hæc sedes primatus auctoritate sentētiæ terminū dederit.
Et ita demū vniuersalis ecclesia / licet aliquādo per aliquātū tēpus in quibusdā relu-
ctata sit: tamen demū probata probauit / & refutata refutauit. hæc ibi. Vnde ex hoc
et aliis ibidē habetur: papā in concilio suo / quæ fidei sunt vnanimitate & concordā-
Papa quæ fi-
dei sunt dif-
finite debet
tia coepiscoporum diffinite debere. dicitur enim ibi. decernētibus nobiscum: & si-
militer cōsiderātibus sanctissimis patribus coepiscopis nostris. de quo xix. di. Ana-
stasius. & xxiiii. q. i. loquitur in glo. Q; autē istud conciliū Romana ecclesia vocetur
ex superioribus patet: & in prima actione octaui vniuersalis cōcilii / vbi per legatos
papæ dicitur. legatur libell9 quē sancta Romanorū ecclesia exposuit: qui libellus in
concilio expositus fuit. & similiter in vi. actione in. c. quod incipit. Multæ quidē. vbi
dicitur. Synodū cū tota Romanorū ecclesia: Nicolaum papā anathema pronūciasse.
ista Romana ecclesia semp stabilis in fide permanebit: sic q; ei nō cohærētes / extra ca-
tholicā ecclesiā existūt: vt in gestis eiusdē cōcilii prima actione in libello per omnes
subscripto cōtinetur. Legitur enim ibidem: q; libellus quē Nicolaus papa in synodo
dictauit qui incipit. prima salus est rectę fidei regulā custodire. deinde a constitutis
dei & patrū nullatenus deuiare. Et infra. & non potest domini nostri saluatoris sen-
tentia ptermitti dicētis. Tu es Petrus / & super hanc petram ædificabo ecclesiā meā.

Hęc quæ dicta sunt rerũ probãtur effectibus: quia in sede apostolica/immaculata est semper obseruata religio/& sancta celebrata doctrina. & in fine. in qua est integra/& vera Christianæ religionis soliditas. ille fuit per Adrianũ ad cõciliũ Constãtinopolitanũ viii vniuersale missus: & oẽs se subscripserũt sic. Sequimur autẽ sanctã synodũ et amplectimur: quã beatæ recordationis papa Nicolaus/cui & ipse dñe coangelice summe pontifex Adriane subscripsisti ante sanctissimũ Petri apostolorũ eximii corpus celebrauit/simul & quã tu ibi ipse nuper egisti/& omnia quæ in iis statuta sunt secũdũ decreti vestri moderationẽ venerabiliter cõseruabimus/recipiẽtes quos recipiũt/& damnãtes omnes qui in illis damnati sunt. hæc ibi. Ecce duo notanda: sedẽ apostolicã pro tota synodo Romana capi. & ꝙ profitens Romanam sedẽ errare non posse: intelligere velit per sedẽ totam synodũ. Secũdo est notandũ Constantinopolitanam sedẽ sequi ĩ definitis ꝓsertim fidei Romanã: & vt habetur/per apocrisarium apostolicæ sedis/qui subscriptiones/& gesta synodi/præueniẽdo vicarios apostolicæ sedis/caute Romam detulit: tunc imperator Basilius/& patriarcha Ignatius pœnituerunt de illa subscriptione episcoporũ illius sedis Cõstantinopolitanæ/ne apostolica sedes ex receptis subscriptionibus maioritatẽ sup ipsam Constãtinopolitanam argueret/quoniã professio cauebat quomodo in omnibus sequerent apostolicã sedẽ. Ideo ꝓcurauit imperator: vt per custodes deputatos per eũ vicariis apostolicæ sedis caperẽtur clam illę subscriptiones: qđ factũ fuit. sed post hoc ex inductione vicariorum restitutæ fuerũt. & fatebatur imperator apostolicam sedem magistram esse in fide: et ne periculum interueniret perdendi/apocrisarius (vt prædicitur) secrete Romam eas cum gestis detulit/sequentibus vicariis qui spoliati fuerunt in via. Similiter/& in sexta synodo in prima actione/& aliis multis locis probatur stabilitas fidei Romanæ ecclesiæ. Ex istis habes duo quæ menti tenenda sunt: scilicet ꝙ concilium vniuersale/vel generale patriarchale: subest & subiectum est Romano pontifici. & hoc in subscriptione legatorum papæ/& sui concilii/in vi. & viii. conciliis deprænditur: quia legati concilii sequuntur factũ. ꝗ. huic etiam ver. illud xvii. di. Et sicut ipse habet principatũ in fide: & est iudex fidei (vt superi⁹ habetur) ita hoc suũ cõciliũ habet principatũ inter omnia patriarchalia cõcilia in fide. Vnde ex hoc secũdo habes iudiciũ fidei qđ per papã/& hoc conciliũ fit: esse tutissimũ inter omnia particulariũ cõgregationũ iudicia. Licet infallibilius sit & tutius iudiciũ vniuersalis cõcilii totius ecclesiæ. dicit enĩ imꝑator Martianus/vt legitur in prima actione cõcilii Calcedonẽsis: cogitãtes nõ esse tutũ absq; synodo/& vbiq; sanctarũ scripturarũ ꝓfulsibus quęstionẽ de fide renouare. Hodie aũt prohdolor catholicæ vniuersalis ecclesiæ & parochialis Romanæ sedis vnũ est cõciliũ: cũ tota ecclesia redacta sit ad illũ tantũ patriarchatũ. quare sicut semꝑ stetit iudiciũ ecclesiæ Romanæ (modo ꝓdicto captę) in vera fide: ita nunc amplius stabit infallibilius sententia CHRISTI/quoniã portæ inferorũ aduersus eã nũq̃ ꝓualebũt. Et hæc est altera radix nostri propositi. Romanus autẽ põtifex ad vrbẽ patriarchale conciliũ frequẽter solitus fuit cõuocare: sæpe etiã extra. Nam extra vrbẽ celebratũ fuit tẽpore Cõstantini secundũ Arelatẽse. in quo aplicæ sedis/Siluestriq; papę legati Claudian⁹ & habitus ꝑsbyteri/Eugenius/& Quinatus diaconi/& de oĩbus tũ Africæ/Mauritaniæ/Ciciliæ/Italiæ/Galliæ/Hispaniæ/Germaniæ/q̃ aliarũ omniũ prouinciarũ sub patriarchatu Romano legati interfuisse legũtur. Habetur enĩ synodũ seu cõciliũ Romanæ ecclesiæ esse/ad qđ de prouinciis legati iuxta ipsius papæ mãdata cõuenerũt: vti hæc in gestis vi synodi colligi possunt. Vnde vt ibidem colligitur. tũc suprascriptiones aliorum in

Sedes ꝓ tota synodo.

Cõciliũ vniuersale patriarchale subiectũ est ponti. Ro. Iudiciũ fidei ꝑ papã tutissimũ.

Subſcri-ptiones.

concilio exiſtentiū patriarchali annectebantur: per hūc modū. primo enim ſubſcri-
pſit Agatho ſic. Agatho epiſcopus ſanctæ dei catholicæ/atq; apoſtolicæ eccleſiæ vr-
bis Romæ: huic ſuggeſtioni cū generalitate totius apoſtolicæ ſedis concilii pro re-
ctitudine apoſtolicæ confeſſionis factæ/ ſicut ſuperius continetur/conſenſi atq; ſub-
ſcripſi. Et ſequitur. Andreas gratia dei epiſcopus ſanctæ Oſtienſis eccleſiæ/ in hanc
ſuggeſtionē quā pro apoſtolica noſtra fide vnanimiter conſtruximus:ſimiliter ſub-
ſcripſi. Et ita præciſe wilfredus epiſcopus Ebroicæ/ legatus venerabilis ſynodi per
Britanniam ſubſcripſit. vnde vt ibidē legitur. Felix Arelatenſis/& Taurinus diaco-
nus Celonēſis adiūcti fuerūt Adeodato pro tota Gallia: qui ſe omnes ſubſcripſerūt.
Ex quo habes modū cōgregationis/& deīde ſubſcriptionis/ & quomodo ex vnanimi
conſenſu prodire debet iudiciū:quod eſt ſingulariter notandū. Cap. VIII.

Dubium.

ET vt aliam non paruā difficultatē(ſemper ſub correctione)euacuem/quæ
habet dubiū hoc:an ſtatuta quæ in vniuerſalibus/ & aliis omnibus cōciliis
vbi papa per ſe/vel legatū p̄eſt/per ipſum papā auctoritatiue cōſilio cōcilii
cōcurrēte fiāt/an concordāter per cōciliū. Ideo oportet alias ſubſcriptiones extra
fidei materiā inquirere. de qua loquitur p̄cedens definitio Agathonis/ vt ſic ex illis
et aliis fundamēta eliciamus. & primo in omnibus vniuerſalibus vniuerſalis eccle-
ſiæ cōciliis inuenio legatos papæ/ abſq; differētia pariformiter aliis ſe ſubſcripſiſſe.
Vnde vnuſquiſq; epiſcopus vel dicit annuēs/vel cōſentiēs/vel ſtatuēs/vel diffiniēs:
ſubſcripſi. Ita pariformiter apoſtolicæ ſedis legati papæ: quia in octo vniuerſalibus
conciliis nō inuenio papā per ſe interfuiſſe. vnde vt ſciatur hoc dubium nō habere
pauca ex geſtis Calcedonēſis concilii:de depoſitione Dioſcori apponam. poſtq̄ enim
Dioſcorus tertio monitus noluit comparere: tūc Paſcaſius legatus Leonis papæ ad
ſynodū dixit. Volumus ediſcere a veſtra ſanctitate:qua pœna dignus ſit. Sancta ſy-
nodus dixit:quæ placita ſunt canonibus/fiant. Paſcaſius dixit. Iubet reuerētia veſtra
vt vltione canonica cōtra eū vtamur: cōſentitis an aliud placet? Sācta ſynodus di-
xit. etiam cōſentimus:nullus diſſentit/ totius ſynodi volūtas eſt vna. Iulianus ep̄us
Hipponenſis dixit ad legatos Leonis. petimus veſtrā ſanctitatē in eo q; magis inter
cæteros eminetis:habentes locū ſanctiſſimi papæ Leonis iuſtam in contumacē pro-
mulgare vindictā/ac regulis inſitā contra eū ferre ſententiā. oēs enim nos & ſancta
ſynodus cōcors efficitur veſtræ ſentētiæ ſanctitatis. Paſcaſius dixit:qđ placet bea-
titudini veſtræ vnanimiter proferatur. Maximus Antiochenus ep̄s dixit. qđ videt
ſanctitati veſtræ cēſendū:in hoc concordes efficimur ſimul. Poſt hoc legati apoſto-
lici pronunciarūt ſententiā:qua Leo papa depoſuiſſet Dioſcorū/ & eū damnaſſet. &
ſubiūgūt: ſancta hæc ſynodus/ quæ placēt canonicis regulis ſuper memorato Dio-
ſcoro decernere non moretur. Anatholius archiepiſcopus Cōſtātinopolitanus/ &
quiſq; de cōcilio ſentētiā dedit dicēdo:eū alienū iudico/omnis ſacerdotalis ſiue epi-
ſcopalis miniſterii. Ecce q; legati apoſtolici in cōcilio/quia primo loco exiſtunt prius
proferūt ſententiā/ſi ſynodus iubet: & per illos omnes ſecundū ordinem, & ex vni-
tate volūtatis & concordia dependet ſententiæ vigor. Vides etiam q; ſententia ſe-
dis apoſtolicæ depoſitionis Dioſcori iuxta canonicas regulas in vniuerſali ſynodo
fuit iterum examinata:quod ob ſequentia infra menti tenendum exiſtit. Habes for-
mam vniuerſalium conciliorum: pariformiter in aliis Romanorum pontificū con-
ciliis ſubſcriptiones factas reperio. Ita enim in concilio Martini papæ quod præceſ-
ſit ſextam vniuerſalem ſynodum reperio Martinum ſic ſcripſiſſe. Martinus ſanctæ
catholicæ/ & apoſtolicæ eccleſiæ epiſcopus vrbis Romæ: huic diffinitioni confir-

Legati papę primi ſentētiā rogant. Sentētia ſedis ap̄licæ examinat̄ iterum.

mationis orthodoxæ fidei/ et damnatione Sergii Constantinopolitani/ Pyrrhi/et Pauli statuens subscripsi.et sic Maximus sanctæ Aglegiensis ecclesiæ præcisse cōfirmando/dānando et statuendo vna cū CIIII episcopis se subscripsit quisq; in eadē forma.sic reperio in concilio/cui Gregorius papa iunior tempore Leonis et Cōstantini iunioris imparoris Romæ præsedit/subscriptiones factas. Gregorius sanctæ catholicæ et apostolicæ ecclesiæ vrbis Romæ episcopus:huic cōstituto a nobis ꝓmulgato subscripsi. Agnellus episcopus sanctæ ecclesiæ Ferentinensis:huic constituto a nobis ꝓmulgato subscripsi.et similiter subscripserūt episcopi numero xxi. presbyteri xiiii.et diaconi.iiii.Similiter in synodo Symmachi legitur. Nam tempore Theodorici regis ccxviii episcopi in cōcilio/Symmacho pręsidente in sexta actione legitur dixisse.sanctorū patrū statuta firmantes:expressis sentētiis sancimus.Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit:ꝙ si aliqui hæc transgressi fuerint: et talia præsumpserint quod sup his vobis videtur pari adunatione manifestate. quisq; surrexissent/et paulo post iterū consedissent: dixerunt.Si quis hæc hodie in hac sancta synodo prohibita/infringere præsumpserit:si clericus est/gradu ꝓprio careat.si monachus vel laicus:cōmunione priuetur.et infra.dum resedissent/facto silentio vniuersa synodus dixit:quisq; clericorū aut monachorū vel laicorū tam maioris ordinis q̄ inferioris/post hāc formā a nobis prolatam his decretis cōtraire ꝑsumpserit: statutis canonicis velut schismaticus ꝓpellat.et subscripserūt sic. Celius Symmachus episcopus sanctæ catholicę ecclesiæ vrbis Romæ:huic cōstituto a nobis inspirante dño peracto subscripsi. Laurentius episcopus sanctæ Mediolanensis ecclesiæ: huic constituto a nobis inspirante dño peracto subscripsi.Eulalius episcopus Syracusanæ. similiter omnes subscripserunt.Et in sexta actione dicit Symmachus Papa quō quædā statuta renouāda sunt et q̄dā corrigēda:subiūgens modo/quia deus ꝑ sentiā vrā votiuā mihi cōcessit:necesse est rem fieri firmā/ quā credo ecclesiasticis facultatibus cōuenire.et subscripsit :Celius Symmachus & reliqua.his cōstitutis synodalibus a nobis ꝓlatis et confirmatis subscripsi.et pariformiter omnes subscripserūt.Similiter reperio in concilio Papiæ celebrato per Bonifaciū papam contra clericos cōcubinarios/subscriptiones factas.Ecce quia omnis subscriptio consensit/ostendit et firmitatem.Ita legitur in sexto cōcilio Aphricani cōcilii:vbi Gennadius dixit.Quæ ab omnibus sunt dicta: ꝓpria debemus subscriptione roborare. et ab vniuersis episcopis dictum est:fiat/fiat/vt etiā vicarii senioris Romæ in conclusione octaui vniuersalis concilii dixerūt.Quoniā ꝓuidentia dei in prosperū finem omnia deuenerūt negocia ecclesiæ:oportet nos in scriptis manu propria hæc roborare/secundum synodicam cōsequentiā.vt hæc circa finem gestorū legūtur eiusdē concilii.Ideo ad firmitatem et cōsensum manifestandū/et ad omnia roboranda quæ actitabantur /episcoporū subscriptiones secundū synodicā cōsequentiam annectebantur in fine.Ita reperitur in Toletano cōcilio quodam.His vero omnibus finem et robur subscriptione nostra facientes.Et sequitur.Ego Eugenius Toletanæ ecclesiæ prouincię Carthaginensis ecclesiæ episcopus metropolitanus/his communibus decretis annuens subscripsi.similiter et alii episcopi subscripserūt. Ita in alio in quo fuit Isidorus dicitur.Omnia propria subscriptione vt ꝑmaneāt roboramus. et hoc inuenitur in fine omniū cōciliorum. Ex qua re sequitur iuxta subscriptiones præfactas vigorem statutorum canonū in cōcilio non ex papa nec capite cōcilii: sed ex vnico concordanti sensu vigorē habere. Talia enim statuta catholicæ ecclesiæ communi consensu edita; Nicena synodus redeuntes de hæresi voluit profiteri debere.

et de aliis non loquitur.i.q.vii.si qui voluerint.Et si aliquãdo reperitur papã de cõsilio cõcilii hoc statuisse (quod tamẽ nunq̃ legitur in antiquis cõciliis) hoc tamẽ de cõsilio affirmatiuo/ et per quod consensus habebatur intelligendum est. Nam nulli dubium/ quin prouinciale cõcilium statuere nõ posset ea/ quæ ad totam prouinciam spectant/ sine capite scilicet archiepiscopo: qui iudex est prouinciȩ/ vt notaƭ p archi. xvii.dist.grãabilia.ix.q.iii.c.i.et.ii.nisi nõ vellet vel nõ posset/ puta quia mortuus instet esse: vt notatur.xviii.dist.placuit.tamẽ statuta; quæ ipsis conciliis ꝓuincialibus dictata inueniũtur/ nõ eapropter ascribũtur metropolitano de cõsensu cõcilii: sed variis peritis/ qui in concilio fuerũt auctores canonũ/ vt hæc per ordinẽ habentur. xvi.dist.sexta.§.annotatio.nec propter auctoritatem dictantiũ fuerũt canones: sed quia aliorũ cõsiliũ cõcurrebat/ et similiter cõsensus qui ex subscriptione cõuincitur

Cap.LX.

Est supius manifestatũ/ q̃ synodalis auctoritas ex potestate ligãdi et soluẽdi ecclesiæ/ et sacerdotio a CHRISTO tradita: robur accipit cũ eo/ q̃ ĩ medio cõgregatorum ꝓpter nomẽ CHRISTI/ CHRISTVS indubie est/ et cõgregatis in vnũ spiritus domini inspirat. Est secundũ hoc in Nicena synodo definitũ/ q̃ quæ sunt per vnamquãq; ꝓuinciã/ synodus ꝓuinciȩ habet dispensare. ix.q. ii.episcopi.iii.q.vi.neminẽ.§.illa.et gubernare et administrare habet omnia ex eadẽ definitione Niceni concilii.ix.q.ii.nõ inuitati.Et omnia exorta intra ꝓuinciã a cõꝓuincialibus audiri debent et terminari/ vt in allegato.§.illa. Ex quo patet q̃ quia cõcilium ex consensu cõstituitur: quoniã vbi dissensio/ ibi nõ est cõcilium.xv.di.canones.§.synodus: tunc nõ potest radicalius fundamentũ inuestigari q̃ cõcordãtia. ecclesiastici enim canones: non possunt nisi p ecclesiasticã cõgregationẽ/ quæ syno-

Quæ decreta canones dicantur.

dus vel cœtus dicitur/ statui. Et ideo nisi/ quicũq; ille fuerit aut papa/ aut patriarcha/ decreta secundũ canones ecclesiasticos ꝓmulgauerit: nõ possunt illa statuta canones/ siue ecclesiastica statuta vocari. et nihil habent firmitatis cuiuscũq; ꝑticularis statuta/ nisi inquãtũ p acceptationẽ et vsum seu cõsensum cõfirmẽtur seu canonibus cõsentiant. vnde textus Leonis papæ de epistolis suorũ prædecessorũ. et.xix. dist.si Romanorũ.et Damasi papæ.xxv.q.i.omniũ: loquũtur de decretalibus et epistolis/ de canonũ disciplinis promulgatis.Nõ volo negare quin ex virtute et potestate diuina/ ac etiã præcepto quo obediendũ est præpositis/ et quo subiecti esse debemus regibus: superiores statuẽdi et ordinandi secundũ cõmissam curã habeãt potestatem. sed dico q̃ statutorũ obligatorialis virtus: cũ hoc requirit consensum per vsum et acceptationẽ. Statuta enim Aphricana nõ ligassent Gallos/ nisi Carolus ab Adriano papa in duobus breuiariis recepta ea ad Galliã detulisset: et sic Gallia acceptasset. Vnde in cõcilio Toletano 267 CHRISTI anno celebrato cõuersis oĩbus de Arriana hæresi ad fidẽ dicit synodus. Cõstitutionibus vero sanctorũ cõciliorũ Niceni Ephesini. Cõstãtinopolitani/ et Calcedonensis: quas gratissima aure audiuimus/ et consensione nostra vera approbauimus/ de toto corde et anima subscripsimus. Ecce dicit synodus/ consensione nostra. et in alio concilio Toletano. Hoc nobis placet/ vt si quis cognitis gestis Niceni cõcilii/ aliud q̃ statutũ est facere præsumpserit/ et nõ in eo perseuerandũ putauerit: tunc excõmunicatus habeatur/ nisi per correctionem fratrum se emendauerit. et frequẽter inuenitur in omnibus cõciliis confirmatio canonum præteritorum conciliorum per viam innouationis/ vt de consensu et acceptatione appareat: vt si forte abrogatio p non vsum introducta fuisset: sic toleretur.

Cap.X.

Est et illud manifestū: si cuiuslibet prouinciç dispositio ad eius synodum in omnibus spectat / ꝙ tunc nulla constitutio nisi approbata ꝑ synodū ligat. omnis enim lex debet patriæ/loco/et tempori/cōuenire. iiii. di. erit autem. xxix. dist. per totū. et hæc examinare habet synodus prouinciæ. loquor de positiuis humanis cōstitutionibus. oportet enim ꝙ omnia talia quæ ligare debent/cōtineantur in auctoritatibus sacrarū scripturarū/statutis episcoporū in conciliis editis/aut consuetudine vniuersalis ecclesiæ. alia omnia resecari debent. xii. di. omnis. et est textus Augustini. Ecce ꝙ excludit omnia alia. quare vigor ꝑticulariū statutorū quo ad hoc ꝙ subditi per ea ligētur: requirit vsum et acceptationem. vnde vsu leges firmantur et vtentiū moribus apptobantur. iiii. dist. leges. et hoc etiam verū in statutis Romani pōtificis: quæ per nō vsum vigorē perdūt/ vt ibidem probatur in. c. statuimus. et. c. deniqꝫ. Vnde est sciendū/ꝙ constitutiones quasi simul stationes de sen. ex. inter alia. licet aliter dicat Hosti. in sum. de cōsti. §. vnde dicatur. et proprie sunt canones qui ab omnibus seruari debent: vt in. c. i. de consti. in veteribus omnibus libris solum nominātur illi canones: qui per synodos cōstituti sunt. quoniā licet metropolitanus habeat curā et sollicitudinem prouinciæ. ix. q. iii. per singulas: tamen statuta generalia totam ꝓuinciā respicientia edere nequit/sed oportet ꝙ constituat id est cum aliis suffraganeis statuat. quoniā de hac cōcordia gaudet altissimus /et gloriatur in membris suis. ix. q. iii. archiepiscopus. vt vno ore cōcorditer glorificetur trinitas in ecclesia. e. cā. et. q. c. nullus. primas ibi enim est deus/ vbi simplex sine prauitate cōsensus: vt dicit Hormisda papa in epistola ad epos Hispaniæ. ¶ Ca. XI.

Primas cōcilii deus.

Et licet apostolicis salutaribus monitis sit obediendū. xii. di. apostolicis. et licet etiā sit fatendū Romanū pontificem potestatē statuendi habere /a deo vt notat glo. de elec. generali in. vi. et ꝙ hanc potestatē nemo ab eo tollere potest/ vt notatur. ii. di. c. ii. per archi. et anto. de but. de transla. c. i. quod tamē limitare intelligendū est secundū ea quæ in fine huius partis secundæ dicunt: tamen ad hoc ꝙ statutū eius liget nō sufficit /ꝙ sit publice ꝓmulgatū /sed oportet ꝙ acceptetur et per vsum approbetur secundū superiora /et ea quæ notantur de consti. super rubrica: vbi dicitur per doct. ꝙ ad validitatem statuti tria sunt necessaria: potestas in statuente/ approbatio statuti per vsum /et eiusdem publicatio. vnde videmus innumera apostolica statuta etiam a principio postꝗ edita fuere non fuisse acceptata. In quibus omnibus regula est quæ habetur. iiii. dist. §. hæc etsi legibus sint: quia communi vsu approbata nō sunt /se nō obseruātes transgressionis reos nō arguūt: alioqui his nō obedientes ꝓprio priuarentur honore. Tales enim leges siue statuta nullus dicitur cōtemnere vel transgredi: quia nondū efficax lex est, verū si lex foret et acceptata: qui eam non seruat /ex eo quia voluntas eius est non subiici rationi legis /tunc est transgressor ex contemptu. secus si ductus ira vel cōcupiscentia/ vt notabiliter dicit Archi. lxxxi. dist. c. quicunqꝫ. ex quo habetur/ ꝙ recte illa sunt canonica statuta: quæ sunt synodice cōstituta. quoniā synodus repræsentat secundū suam qualitatem /aut ꝓuinciam /aut regnū /aut vniuersalem ecclesiā. quicqd enim synodice sic constituitur: secum apportat et acceptationem et cōfirmationem / licet robur in vsu vigeat. quare omnia illa iura quæ loquuntur de statutis apostolicæ sedis xix. dist. præsertim. c. nulli phas. puto intelligi debere de statutis synodicis ipsius sedis: vt ibi tex. dicere videtur /aut saltē de ipsa sede quæ nō capitur ꝑ papa tantū /sed pro cardinalibus etiam hodie legatione totius Romanç ecclesiç / et etiam vniuersalis fungētibus. cuius qdē sedis papa os dicitur: quoniā per papā ipsa sedes loquitur.

Quæ statuta ligent.

Cōstitutio.

Ro. Pon. potestas.

Statuto vt liget tria necessaria.

Epistolæ apostolicæ.

Et ideo apostolicæ epistolæ vocantur illæ Romanorū pontificū epistolæ: quæ vigorem statutorum habent/quoniā per cōsensum synodi quondā metropolitanorū cōcurrentium annue ad sedem papa easdem dictauit. vnde in synodo Toletana anno CHRISTI 627 tempore Recaredi regis ex omniū episcoporū Hispaniæ et Galliæ collecta in primo capitulo statutorū præmissis capitulis fidei orthodoxæ/quoniam de Arriana hæresi reuertebantur omnes ad catholicā fidem: ita legitur. At nūc pace CHRISTI ecclesię/CHRISTI misericordia reparata: omne quod priscorū canonum auctoritas ꝓhibet/sit resurgente disciplina inhibitū/ et agatur omne qđ præcepit. ꝑmaneant in suo vigore cōciliorum omniū instituta/simul et synodicæ sanctorum præsulum Romanorum epistolæ. ac in alio concilio Toletano tempore Syseuandi regis celebrato. c. xvii. dicit. apocalypsis librū multorū cōciliorū auctoritas et synodica sanctorū Romanorū præsulum decreta Ioānis euangelistæ esse describunt: et inter diuinos libros constituendū decreuerunt.

Epistolæ synodicæ.

Ecce ꝙ synodicæ epistolæ decreta dicuntur. et ex hoc habetur approbationē librorū: quæ Gelasio papæ ascribitur/fuisse synodicam. vt hoc in Burcardo in tertio libro habetur/vbi dicitur lxx episcopos in cōcilio illo fuisse. et etiā illi textus Nicolai papæ Gelasii et aliorum qui dicunt sub excōmunicatione decreta per Romanū pōtificē ꝓmulgata ꝓ correctione morū ecclesiæ et disciplina: intelligi debent secundū Hicmarum subtilissimū archiepiscopū Remensem. cuius laudes idem Nicolaus papa. xi. q. iii. excellentissimus extollit de ꝓmulgatis. i. quæ papa vulgo promit de disciplinis sacrorū canonū vel ipsius synodici apostolici/quæ sedes apostolica sæpe dicitur/cuius ipse os est. sic intelligo. xix. dist. sol cū similibus. de quo etiā infra in quodā loco dicef.

Hicmarus.

¶ Dicit enim Damasus papa in epistola ad Stephanū archiepiscopū cōcilii Mauritaniæ/et vniuersis episcopis Aphricanæ ꝓuinciæ in epistola quę incipit: Lectis fraternitatis vestræ literis/sup ecclesiam vniuersalem papā habere episcopale ministeriū/et Romanā ecclesiam verticē ecclesiarum/et ꝙ vice Petri legatione/pro CHRISTO vtitur quisq; Romano pōtifice. et ꝙ in metropolitano cōcilio de omni cōcordia causę tractari debent omniū: sed definire summas quetelas causarū/vel damnare episcopos absq; apostolicæ sedis auctoritate/minime licet: quā omnes appellare si necesse fuerit et eius fulciri auxilio oportet. nam synodū sine eius auctoritate fieri non est catholicū: nec episcopus nisi in synodo legitima et suo tempore apostolica auctoritate congregata definite damnari potest. nec vlla vnq̄ cōcilia rata legūtur: quæ no sunt fulta apostolica auctoritate. Hæc ille. Et talia et cōsimilia ꝑ multos Romanos pontifices habentur.

Damasus. Papa sup totam ecclesiam episcopale habet ministeriū.

¶ Et quia potestas et si de papa tantū intelligi deberet: tunc oportet ꝙ intelligantur iuxta præmissa/ scilicet de statutis acceptatis vsu roboratis: et tunc redit in idem/ac si synodica foret constitutio. ritus enim vniuersalis ecclesiæ statutis episcoporum in concilio æquiparatur. xii. dist. omnis.

¶ Cap. XII.

Consensus et vsus canoni et legi vires parit.

QVātum hoc veritati innitatur/scilicet ꝙ vigor legis ex cōcordantia subiectionali eorū qui per eam ligantur subsistat: facile quisq; appræhendit ꝙ vires cōsuetudinis ex vsu tantū introductę aduertit. de cuius est tracta. xii dist. per totū: et præsertim in. c. ecclesiasticarū habetur. vnde veneramur introducta per cōsuetudinem/etiā vbi ignoratur an cuiusq; principis cōdendæ legis potestatem habentis consensus interuenit: ac etiam si vis cōsuetudinis etiā a tacito permissiuo consensu supioris ptim dependeret/sicut in multis legitime præscriptis cōsuetudinibus pticularibus/cōtra generales etiam præceptiuas humanas leges dici non oportet. tamē adhuc principiū vigoris ortū ab vsu: nullo præcedente consensu

immo in potestate etiam patriarcharũ videmus sacrum Nicenũ concilium ex moribus arguisse .lxv. dist.mos est.et.c.quoniã mos. dicens parilis mos est ecclesiæ Romanæ/scilicet sicut Romanus põtifex habet oĩm suorum episcoporũ potestatem:ita et Alexandrinus ex more habeat per Aegyptũ.cõsuetudo enim attendi in patriarcharum potestate iubetur.ix.q.iii.conquestus.et videmus quantũ Romanus pontifex vltra sacras antiquas obseruationes ex vsu et consuetudine subiectionalis obedientiæ hodie acquisiuit.Habetur breuiter ex præscriptis vna conclusio intenti ex practica subscriptionũ/ac etiã rationabiliter ꝓbata scilicet in cõciliis/Romanũ põtificem in condendis statutis generalibus eam nõ habere potestatẽ quã quidã adulatores eidem cõtribuũt:scilicet ꝙ ipse tantũ statuere habeat/aliis cõsulentibus.Nõ nego tamen papam ad cõsultationem respondere/suadere/et scribere semper potuisse:sed dico de statutis quæ vim canonũ habent/et decretis quæ ligant vniuersaliter in ecclesia.an etiam hodie ex longa cõsuetudine introducta papa solus vniuersaliter statuere possit/ꝓ nunc nõ examino:tamẽ dico etiã si hoc posset/ nõ est cõtra propositũ nostrũ.in quo solum ad hoc tendimus:ꝙ canonũ statuendorũ auctoritas nõ solum dependet a papa/sed a cõmuni consensu.et contra hanc cõclusionem nulli præscriptio vel consuetudo valere potest:sicut nec contra ius diuinũ et naturale a quo ista cõclusio dependet. Sed ꝙ nõ distat præsidentia Romani pontificis quo ad hunc effectũ in generali vel vniuersali cõcilio a præsidentia Metropolitani in prouinciali/immo in vniuersali cõcilio totius vniuersalis catholicæ ecclesiæ:hæc præsidentia minor est quo ad auctoritatẽ agendorũ/q̃ in patriarchali. In patriarchali vero metropolitano in ꝓuinciali:recte comparatur et equiparatur iuxta præhabita.quare apud antiquos frequenter Romanus põtifex/archiepiscopus nominatur. In vniuersali autẽ vniuersalis ecclesiæ præsidẽtiæ Romano põtifici nõ tantũ attribuitur sicut eidem in patriarchali aut metropolitano in prouinciali/secundum ea quæ inferius dicentur.

Papa nõ solus statuere potest.

Cap.XIII.

Videbitur fortasse aliquibus nouũ istud qui legerunt scripta Romanorum pontificum:quomodo plenitudo potestatis sit apud Romanũ pontificem/ et ꝙ alii omnes vocati sint in partẽ sollicitudinis de vsu pal.ad honorẽ. et ꝙ Gelasius/Siluester/et Nicolaus ac Symmachus/et alii Romani pontifices dicunt: quomodo papa de omnib⁹ ecclesiis iudicet/et de eo nullus.et quũ potestas papæ sit diuina a deo ipsi tradita per verba:quodcunq; ligaueris . vt notat Fr.iii. de consti. cũ omnis.et eapropter vt vicarius CHRISTI ꝓsidet ecclesiæ vniuersali de transla. c.i.et.ii.et quũ ipse summam illam habeat potestatem/et etiam reperiatur subditos quorũcunq; episcoporũ absq; negligentia episcopi proprii et iudicasse et absoluisse et ad eum sine medio appelletur:potestas statuẽdi dependet a potestate iurisdictionis/vt no.archi.in præfato.c.cũ omnis.tũc absurdum est dicere:ꝙ adhuc aliqd plus ad vigorem cuiuscunq; statuti requiratur:q̃ eius voluntas.quod enim placet principi legis habet vigorem.Insup non habet dubiũ dictũ doct.in.c.quũ accessissent. et etiã in.c.quũ omnes.de consti.rectorẽ cuiuslibet vniuersitatis exercitiũ iurisdictionis habere/remanente etiã ipsa iurisdictione in habitu apud vniuersitatem. sed papam esse rectorem nauiculę sancti Petri/et vniuersalis ecclesię:nemo etiam dubitat. quare vigor constitutionum ab eo dependet:quũ sine rectore vniuersitatis statuere nequeat. Talia et similia possent per allegationes longas adduci:sed breuiter tangendo quia cũcta ad ista fundamenta reducũtur quæ cõtradici possunt/ et maxime ex istis Gelasius papa/et ex gestis I epistola ad vniuersos episcopos per Dardanium Gelasius.

Argumẽta ꝙ apud papam sit plenitudo potestatis.

cõcludit ꝙ apostolica sedes sine vlla synodo more maiorum absoluit/ iniqueᵃ a syno-
do damnatos.& similiter sine synodo habuit quos oportuit damnandi potestatem.
tamẽ anteꝗ̃ procederet de damnatione loquebatur Acatii hæretici/ & fundat se pa
pa in damnatione generalis synodi:quæ hæresim damnauit.in quam Acatius inci-
dit: ac si papa fateretur Acatium a sede apostolica absq; synodo non fuisse damna-
tum/nisi in sentẽtiam damnationis synodi hæresim/in quam incidit damnantis in-
cidisset:ac si apostolica sedes executa fuisset prius latam sententiam xxiiii.q.i. Aca-
tius cum duobus.c.sequẽtibus.Sed pro inuestigando veritatem illius/ an scilicet de

Verũ iurisdictio oĩs a papa.

iure positiuo omnes prælati inferiores papa diriuatiue:scilicet ab ipso papa iurisdi-
ctionem habeant/vt notant doc.in.c.quæ ab ecclesiarum præsertim dominus fr.iii.
oporteret primo si hoc verum foret /Petrum aliquid a CHRISTO singularitatis
recepisse/& papam in hoc successorem esse.Sed scimus ꝙ Petrus nihil plus potesta-
tis a CHRISTO recepit aliis apostolis xxi.di.in nouo xxiiii.q.i.loquitur.nihil enim
dictum est ad Petrum/quod etiam aliis dictum nõ sit.Nonne sicut Petro dictum est

Petro nihil qđ nõ aliis dictum.

quodcunq; ligaueris super terram.Ita aliis quęcũq; ligaueritis/& ꝗ̃ Petro dictum
est.tu es Petrus/& super hanc petram.Tamen per petram CHRISTVM quẽ con-
fessus est intelligimus.et si Petrus per petram tanꝗ̃ lapis fundamenti ecclesiæ intel-
ligi deberet : tunc secũdum sanctum Hieronymũ/ita similiter alii apostoli fuerunt
lapides fundamenti ecclesiæ. de quibus habetur apocal'. penulti. vbi per xii.lapides
fundamenti ciuitatis Hierusalem sanctæ ecclesiæ:nemo dubitat apostolos intelligi
debere. Et si Petro dictum est:pasce oues.tamen manifestum est ꝙ illa pascentia est
verbo & exemplo . Ita etiam secũdum sanctũ Augustinũ in glo. super eodem verbo
oĩbus idem præceptũ est ibi . Euntes in vniuersum mundum Math. & Marc.vlti.
nihil reperitur Petro aliud dictum quod potestatem importet aliquam . Ideo recte
dicimus omnes apostolos in potestate cum Petro æquales.Insuper est ad memoriam
reducendum ꝙ in principio ecclesiæ fuit vnus tantum episcopatus generalis absq;
distinctione dioecesum per orbem diffusus vii.q.i. Nouatian⁹.§.Item episcopatus.
Et propter hoc notatur in c.i.de transla.§.ꝙ ad esse episcopi non requiritur ꝙ sit il-
lius vel illius loci episcopus:sed sufficit ꝙ sit generalis ecclesiæ.sicut Paulus & Bar-
nabas qui dũ mitterentur:generaliter missi sunt lxxx.di.quod die dominico.vt hoc
notat Ostiensis in summa de transla. de quo etiam superius aliquo loco latius dictũ
reperitur. Vnde cum potestas ligandi & soluendi : in qua fundatur omnis ecclesia-
stica iurisdictio sit immediate a CHRISTO /vt notat lo. an.in c.i.de renunc.li.vi.
de poeni.di.i.verbum cum similibus. Et quia ab illa potestate ligandi & soluendi est
diuina iurisdictionis potestas : patet omnes episcopos / & forte etiam presbyteros

Epĩs eadem iurisdictio.

æqualis potestatis esse quo ad iurisdictionẽ.licet non executionis:quod quidẽ exer-
citũ executiuũ sub certis positiuis terminis clauditur/ & restringitur propter me-
lius:& cũm cũ maiori pace pducendi omnes hoĩes ad finem suũ/scilicet deũ/ ob quẽ
finẽ finaliter omnis potestas & iurisdictio/ & statuta humana per media proportio-
nata tẽpori & loco tẽdere debẽt. vnde cessante causa statuti illius quæ habet distin-
ctionẽ terminoꝝ/& ꝙ nullus alterius terminus ingrediatur/puta vel ob neglig ẽtiã
inferiorũ/vel necessitatẽ:tũc cessant illa positiua iura.& hoc videmus dũ sumus ex-
tra humana positiua iura in naturali scilicet iure tẽpore necessitatis: quãdo tũc oĩs
sacerdos a quocũq; delicto/etiã a papa excõmunicatũ/& qualẽcũq; absoluit.vnde ad
ministratio necessario ptim erit de iure positiuo quo ad gradus maioritatis/& mi-
noritatis.ꝙ enĩ dioeceses sunt distinctæ/& vnus eps sup presbyteros ad vnitatẽ cõ-

seruandā cōstitutus: hoc est de positiuo iure. Deo tamē inspirante xciii.di.legimus.
et xcv.di.olim.quare dicimus secundū Osti.in summa de ma.& obe.φ oēs epi vnius
sunt potestatis:& dignitates q̄ supra sunt/scilicet archiepiscopalis/ patriarchalis/& Eporū omnium potestas vna.
papalis sunt administrationis/vt est glo.in allegato c.in nouo.& ii.q.vii.puto.Maio
ritas aūt administrationis q̄ quidē administratio a iurisdictione dependet:ex cōsen
su subiect.onali partim cōstituitur sicut dicimus electū in eligētes(ex eo quia habet
administrationē ordinariā) habere iurisdictionē,ita notarur in c.i. de renunc.li.vi.
cardinales nomine vniuersalis ecclesiæ papā eligere: & per hoc φ se per illā electio-
nē vniuersalis ecclesia subiicit electo/administratio illa in ipso cū illa translata iuris-
dictione in eū per electionē facit eū papā.nō nego tamē diuinā potestatē concurrere
auctorizantē & confirmantē: vt ibi notatur/& certo loco inferius præsertim in fine
partis tangitur.Ex quibus patet iurisdictionē in Romano pontifice ita constitui ex
diuino priuilegio & electione/ sicut in aliis administrationem ecclesiasticam habē-
tibus. & sicut gradualis maioritas principatus etiam eodē modo cōstituitur ex di-
uina ordinatione & electione siue cōsensu subiectorum:vt dicit tex. in nouo allega-
tus Petrum apostolis volentibus a CHRISTO principē constitutum/sic & in aliis
administrationē habētibus:quæ quidē administratio per ecclesiā distributa & ordi-
nata legitur.vt notat Osti.in sum.de transla.& no.in c.pastoralis de iis quæ fi.a pla.
xiii.q.i.ecclesiis.Quare hoc solū singularitatis in Petro inuenimus φ ipse fuit ma-
ior in administratione ad quam volentibus apostolis a CHRISTO est electus: quia Petrus in quo maior.
senior vt vult sanctus Hieronymus contra Iouinianū lib.primo. Verum licet Ro- Hierony.
manus pon.principaliter successor sit sancti Petri:tamē nō possumus negare omnes
epos esse eiusdē successores.Petrus primo pontificatū sup apostolos accepit/ vt in p̄
allegato.c.in nouo.Cū autē episcopatus sit principatus super sacerdotiū:vt p̄habitū
est.quare dicere habemus principatū ecclesiasticū successione quadā a primo prin-
cipe scilicet Petro depēdere. & sicut principatus Petri a legatione CHRISTI/ depē
debat ita & omniū episcoporū/vt dicit Anacletus in eodē c. in nouo. quare qui eos
audit/CHRISTVM audit.& non dicit qui eos audit papā audit:imo apostolicū p-
ceptū habēt oēs episcopi regēdi se/& gregē/in quo spiritus sanctus eos posuit ad re-
gendā ecclesiā.& ex illo iudiciū synodi ipsis creditum est:quia principes sunt & re-
ctores ecclesiæ. Q; etiā principes qui inter episcopos eligūtur ad archiepiscopatū
vel primatū sint Petri successores:patet per hoc qđ dicit idē Anacletus in epistola
ad oēs epos & sacerdotes quæ incipit.Benedictus deus,dicit enī.beati apostoli inter
se statuerūt vt episcopi singulariū gentiū scirēt quis inter eos primus esset:quatin⁹
ad eū potior eorū sollicitudo pertineret.Nā & inter apostolos quædā fuit discretio:
et licet oēs essent apostoli / Petro tamē cōcessum est a domino: & ipsi inter se idipsū
voluerūt vt reliquis oībus p̄esset apostolis/ & cephas id est caput & principiū tene-
ret apostolatus/qui & eandē formā successoribus suis/& reliquis episcopis tenēdam
tradiderūt.hæc ille.xxii.dist.sacrosancta. Ecce φ forma data est per apostolos:φ si-
cut ipsi Petrum prætulerunt/ita primas super alios constitui debet. quare primas
ita succedit Petro sicut alii episcopi apostolis: & sicut de primate dictum est ita &
de archiepiscopo dici debet φ ipse est successor Petri. Dicūt quidam recētiores Pe-
trum apostolos misisse ad particulares prouincias:volētes ex hoc trahere φ exerci-
tium potestatis ligandi & soluendi fuit a CHRISTO/Petro datum.& per Petrum
aliis. Anacletus papa in eadē epistola nō ita dicit:sed dicit apostolos a CHRISTO
electos/& eo iubente dispersos. Insuper Romani pontifices præsertim Symmachus

Non solus papa sed & epi a deo iu dicantur & plenitudinē potestatis habēt.

papa & alii scribunt Romani pon. a solo deo iudicari. Nonne idē Anacletus in epistola quę incipit: quoniā apostolicę. A depiscopos Italiæ dicit summos sacerdotes id est episcopos a deo iudicari. & idē Pius papa vi.q.i.aues. vnde qualem intellectū hoc habet de papa: scilicet φ a subiectis iudicari non possit talē & aliud de episcopis. Similiter si textus dicit papā habere plenitudinē potestatis / & alios in partē sollicitudinis vocatos: ita etiā possumus de quolibet archiepiscopo patriarchave dicere. vt dicit. §.i.ix.q.iii. Si dicis papā subditos episcoporū absoluere & ligare: dico idem in aliis quādo consensus proprio tū interuenit. actus enim aliter nullus / per cōsensum aut gratificationē ppri sacerdotis in hac materia validus efficitur. ix.q.ii. Lugdunensis.c.nullū: &c.epm. Cum ergo vsu cōmuni sit hoc introductū / & ex vsu cōsensus elicitur / patet: φ efficacia huius / vigorē ex cōsensu recipit. Vnde cum nullus teneatur obedire nisi in concessis a canone xviii.q.ii. hoc tantū ix.q.iii. conquestus: & cum non reperiatur canon alicuius cōcilii papā hoc posse appellatione nulla interposita: oportet ad consuetudinē vsum & consensum istud resoluere. Papa enim non habet ex canone φ lædere possit iurisdictionē episcoporū: quia esset ordinē turbare xi.q.i. peruenit in fi. Igitur non legitur antiquos Romanos pōtifices se de his intromisisse / & talia cōcessionalia / & alia cōsimilia cōcessisse: & forte non fuisset pmissum. vnde si conciliū Aphricanū / cui se subscripsit sanctus Augustinus / nō admisit appellationē a synodo ad papam: quia nō inueniebatur in canonibus hoc cōcessum / sed in Nicena synodo definitū causam terminari debere a synodo vbi orta fuit: vt habet vi.q.iiii. si quis episcopus criminaliter vt hæc legitur in epistola eiusdem cōcilii ad Zozimū papā. similiter illi / textū.ii.q.vi. si episcopus qui ascribitur cōcilio Sardicēsi φ appellari possit / & legatus papæ ad prouinciā mitti deberet: vt patet ex eadē epistola / & in epistola ab Bonifaciū papā per idem conciliū scripta noluerūt admittere / immo dicunt se in nullo concilio reperisse / licet Faustinus legatus apostolicæ sedis concilii Niceni / & in allegato loco dicatur Sardicensi cōcilii fore: quomodo tūc admisissent ista / & ea quæ hodie exercibitārer fiunt / sed quia consensus ex vsu longæuo hoc nūc introduxit valida illa sunt quo ad animarū salutē φdiu patiuntur: tolli autē possent per conciliū. & hoc reformatio deposcit. Si dicis vltra de potestate dispensatiua papæ in canonibus ex eo arguendo potestatē statuendi: nihil cōcludis quia etiā episcopus & presbyter dispēsant in canonibus poenitētialibus. xxvii. q.vi. tempore poenitudinis. & episcopus in aliis poenalibus. l.di. si quis presbyter. i.q.v. q.vlti. ix. q.ii. Lugdunēsis. nec facit dispensatio canonibus piudiciū ix.q.i. ordinationes. & q.ii. Lugdunēsis ar.c. psc. l.di. quare nihil concludit argumentū. Nec illud φd de rectore dicitur obstat: quia si sine rectore vniuersitas statuere non posset exercitio iurisdictionis apud eū existēte / nō tamē sequitur eo quetso rectorē sine vniuersitate / in qua est habitus / & potestas statuere posse. Nec ex iurisdictione recte arguitur / quia potestas alligandi licet alligetur iurisdictioni: non tamē ad eā sequitur: nō omnis habēs iurisdictionē habet condēdi potestatē. Sed omnis habens condendi potestatē habet iurisdictionē. Sic dicimus omnē synodū patrū quia habet condēdi potestatē statuta habere etiā / & iurisdictionē. Vnde quia ex φhabitis patet radicem canonū quo ad ligandi vigorem in consensu existere: alioqui nisi ex vsu valide argueremus / & nisi abrogatio per nō vsum introduci posset nō foret salus. Quis potest scire / vnde symbolum nostrū additionē & mutationē a symbolis. iiii. cōciliorū absqz anathemate recepit: aut de sacramentis certis ecclesiæ vbi in cōciliis introductio facta sit? Legitur enim in gestis concilii nono anno Constantini tertii Romæ φsidente Martino papa

Appellatio a synodo ad papā nō admissa.

Rectori sine vniuersitate statuere nō licet. Nō ōis habēs iurisdictionem habet cōdēdi potestatē.

et c.v.episcopis celebrato in principio Martinũ papam de Leone papa/ & quomodo per synodũ Calcedonensẽ eius scriptũ approbatũ foret dixisse:sancta Calcedonensis synodus definiuit/ hoc est dicere omniũ sanctorũ chorus, quoniã qđ vna sanctorũ patrũ synodus iudicare videtur: tam omnes synodi q̃ vniuersi omnino confirmare patres noscũtur/vtpote in vno codẽq; verbo fidei vicissim per indissolubilẽ cõsonãtiam & concordantiã cõstituti.Hæc ibi.At quomodo euaderemus innumeras pœnas latæ sentẽtiæ in canonibus positas excõmunicatiõis/depositionis/& huiusmodi nisi in iis oĩbus cõcordia & cõsensus vsus/ & nõ vsus nos iuuarẽt/vnde in c.i.cuiusdã Toletani cõcilii dicitur. Si qua i anterioribus sunt neglecta rediuiuã ordinationis censurã obtineãt:quatinus dũ iis quæ in cõciliis sunt decreta/sed abusione temporũ hactenus dimissa/& ad cultum fidei pertinent studiũ religiosæ obseruationis impẽdimus dei misericordiã facilius impetremus. ecce q̃ neglecta prodũt ordinationis censurã:quæ alia acceptatione reuiuiscit:vnde diuturni mores cõsensu mẽtiũ approbati legẽ imitãtur xii.di.diuturni/& vbi auctoritas deficit mos populi & maiorũ instituta pro lege sunt seruanda c.di.in his. In tali etenim consensu fundantur synodalia statuta.vnde Gregorius papa in pfessione quatuor conciliorũ dicit quia dũ vniuersali cõsensu sunt cõstituta se & non illa destruit quisq̃s psumit/aut soluere quos ligant/aut ligare quos soluũt.Synodus enim nõ solũ auctoritate eorũ qui sunt præsentes definit;sed omniũ vt dicit Gregorius vniuersali consensu ea esse statuta quæ per epos qui psentes sunt alios repsentãtes statuũtur.vnde in fine cuiusdã Toletani cõcilii legitur.Si quis autẽ rã nostrũ q̃ eorũ qui nũc sanctæ synodo ex puincia defuerũt/huic tã salubri ordinationi obuiare præsumpserit vel sollerter adimplere neglexerit:cõuictus totius fraternæ charitatis habeatur aliquãdiu extraneus. censentur enim illi psentes aliis rite ad synodũ spectãtibus cõuocatis:cõmuni legalitate omniũ auctoritatẽ habere ex pmissis:& probãtur hæc cxviii.c.secũdi Aphricani cõcilii infra ponẽdo vbi habetur q̃ legati aliorũ nomine plenã tribuũt cõcilio auctoritatẽ. Et hæc pars nõ habet dubiũ.Cõcilia tã vniuersalia totius ecclesiæ/q̃ vniuersalia regnorũ Hispaniarũ Galliarũ/vel Aphricæ:tã vnius prouinciæ semper potuisse sibi ipsis canones statuere sicut Bonifacius ad Rusticũ Narbonẽsem scribens dicit partes in Nicena congregatos sibimet canones statuisse: hoc est toti mundo seu vniuersali ecclesiæ quam ipsi ibi repræsentabãt. sicut synodus prouincialis collecta sibi prouidet de canonibus per prouinciã necessariis.ita si septem Galliarũ prouinciæ conuenirẽt possent septem prouinciis prouidere: etsi omnes mundi prouinciæ conuenirent/sicut tunc quælibet potest/sibi prouidere possunt per cõmunẽ concordiam omnes omnibus prouidere.& mirum est dicere non posse omnes congregatos cum plena auctoritate legatorũ cum quilibet per se posset.quilibet autem per se sine papa non dubium sibi prouidere potest:ergo & omnes eo regulariter nõ spreto volenti & potenti interesse Romano põtifice ac alio ad synodum spectante/cum tamẽ maioris sit auctoritatis synodus plurium prouinciarum q̃ vnius vt in cap. sequẽti dicetur.Et dum hanc partem defendimus q̃ papa nõ est vniuersalis episcopus/sed super alios primus/& sic sacrorũ cõciliorũ nõ in papa/sed in cõsensu omniũ vigorẽ fundamus:tũc quia veritatẽ defendimus/& vnicuiq; suũ honorẽ reseruamus recte papam honoramus lxxxxix.di.c.ecclesiæ.

Mos cõsuetus vim leges haber.

Synodus oẽs repsentat.

Papa nõ est vniuersalis eps: sed primus.

Cap.XIIII.



D hæc vt melius quilibet cõtentetur annecto aliam considerationem quã licet diffusius desideraret explicari: breuitati studens/ac legẽti complacere/distincte perstringam eandem.Omnis constitutio radicatur in iure na-

Cõstitutio oĩs ab iure naturali.

turali: et si ei contradicit/ constitutio valida esse nequit ix. di. cum ergo. & c. cõstitutiones. vnde cũ ius naturale naturaliter rationi insit/ tunc connata est omnis lex homini in radice sua. Ideo sapientiores & præstantiores aliis rectores eligũtur/ vt ipsi e sua naturali clara ratione sapientia & prudentia prædita/ iustas leges eliciant/ et per eas alios regant/ & causas discutiant vt pax seruetur sicut sunt responsa prudẽtum ii. di. Ex quo euenit ꝙ ratione vigentes sunt naturaliter aliorum domini & rectores: sed nõ per legem coerciuam/ aut iudicium qd̃ redditur in inuitum. vnde cũ natura omnes sint liberi/ tunc omnis principatus siue consistat in lege scripta/ siue viua apud principem/ per quem principatum coercentur a malis subditi/ & eorum regulatur libertas ad bonũ metu poenarum: est a sola concordantia/ & consensu subiectiuo.

Principat⁹ a consensu est.

Nam si natura æque potentes & æque liberi homines sunt: vera & ordinata potestas vnius cõmunis æque potentis naturaliter/ nõ nisi electione & cõsensu aliorum constitui potest/ sicut etiam lex ex consensu cõstituitur ii. di. lex. viii. di. quæ cõtra. vbi dicit pactum inter se gẽtis/ aut ciuitatis. generale pactum societatis humanæ est obtemperare regibus suis. ecce quia pacto generali cõuenit humana societas velle regibus obedire: tunc quia in vero regiminis ordine ipsius rectoris electio fieri debet. per quam electionem constituatur rector iudex eligentium: tunc ordinata et recta dominia/ & præsidentię per electionem constituũtur. & etiam sic constituti iudices sunt generales eligentium/ vt secũdum Ostiensem in summa/ & alios doctores hoc alibi notaui.

A quib⁹ appellare liceat.

Et quia sunt generales illi iudices ab ipsis vsq; ad summũ/ appellationes interponi possunt: quia singulariter in qualibet causa definitiores ex consensu specifico electi non sunt. Sed si in particulari causa electi a partibus forent: tũc appellare non liceret regulariter. vt habet x. canon Aphricani concilii. sane si ex cõsensu partium iudices electi fuerint: etiam a pauciori numero q̃ constitutum est nõ liceat prouocari. & habetur ii. q. vi. Iudex iuste iudicare debet quare ipso iure sententia est nulla si contra leges/ vel canones promulgatur. de sen. & re. iudi. c. i. cum cõcor. ibi allegatis in glo.

Papa nõ potest contra canones iudicare: nec canones cõdere per se.

nec etiam apostolicam sedem legitur vnq̃ cõtra canones iudicasse. vt in epistola Bonifacii papæ ad Zachariam in ea epistola: cuius initium est confiremur. & in multis allegationibus infra positis. Imo iudicium ipsius per concilium plenarium iterũ examinatur: vt inferius ex gestis/ & auctoritate Augustini declaratur. In vanũ autẽ examinaretur si omne id ius esset qd̃ pontifex Romanus vellet: quia tunc iniuste sentẽtiare nequiret. quare oportet ꝙ eius iudicium canonibus stringatur quibus subest: & per quos examinatur sententia/ an secũdum eos sit iusta necne. Præterea canones radices habent in naturali iure/ contra qd̃ etiam princeps potestatem non habet. igitur nec contra canonẽ in eo fundatum & accessorie ad ius naturale sequentem. & quia hoc ita est: quomodo debemus dicere in potestate iudicis esse condere canones & statuta/ quoniam si hoc ita foret: nõ posset iudex si canonum condendorum potestatem per se haberet/ vnq̃ argui de iniusta sentẽtia. Sentẽtia enim ius foret. ergo semper iusta. Sed quia lex debet esse rationabilis/ possibilis/ consuetudini patriæ non aduersans iiii. di. erit autẽ. non possumus legem dicere nõ acceptam vsu vtentium/ etiam in quocunq; foro ciuili/ vel canonico. e. di. leges. & c. sequentibus. quare si vsus requiritur approbatorius legũ/ vt dicit c. leges nõ possumus ex noua lege reum iuste condemnare: quia peccare in eam non potuit quæ nõdum fuit. oportet itaq; ꝙ in approbatam legẽ per mores & vsum acceptam deliquerit. Vnde ex hoc clare patet legem & canonem esse regulam omnis iudicantis: & ꝙ omnis lex siue canon supra quẽcũq; iudicem iudicãtem existit. Tunc vlterius si ca-

nō,ex concordātia vsu & acceptatione approbatur: tunc firmitas cuiusq; constitutionis ex acceptatione est,quare ex concilio cōmuni recte ecclesiastici canones dicūtur.ecclesia enim congregatio est.nō potest vnus recte ecclesiasticos canones edere. Vnde euenit q videmus in conciliis canones ex concordi acceptatione/consensu/& subscriptione edi. Decretales autē/aut decisiones iudiciales Romanorū pōtificum/aut dubiorū in emergentibus/ non ex volūtate pure potestatiua robur firmitatis & iustitiæ recepisse:sed quia secūdū canones ita cōuenit easdē decisiones fieri/quę sunt norāda.Ita intelligo xv.di.sancta Roma.§.Item decreta.& xix.di. in canonicis cū similibus:& de hoc etiā alibi diffusius pſertim in fine huius secūdæ partis/ac in principio tertiæ/& in fine eiusdem.

Cap.XV.

IAm ex præhabitis constat omniū constitutionū ligandi vigorem cōsistere in concordia/& consensu tacito vel expresso:qui ex vsu/aut eorum qui cæteros legatione quadam/aut præsidentia in potestate habēt dictamē. Sicut enim episcopus cū capitulo ecclesiā diœcesanam facere dicitur:quia alios omnes illa collectio in potentia habet/qui de eadem ecclesia sunt. quare reputantur cuncti in istis.Sic & metropolita cum suffraganeis ecclesiam prouincialē constituit:& patriarcha cum metropolitanis patriarchalem . vnde cuiuslibet collectionis auctoritas extendit se per omnes:in ipsa collectione repræsentatiua in potentia existentes. Romanā aūt ecclesiā dicimus ex papa & metropolitis adiūctis constitui/secūdū antiquas obseruātias:quia illi annue ad ipsum patriarchale caput cōcurrebāt. & quia nūc illis metropolitanis/ac vniuersali obseruātia consentiēte/cardinales de diuersis regionibus assumpti: legationē ac vicē omniū habēt/tā in eligendo Ro.pon.q̄ consulēdo vniuersali Ro.ecclesię: dicimus recte Ro.pon.in cūctis vniuersalē Romanam ecclesiā respiciētibus/sine ipsis nihil facere debere. et si qua fecerit: impune nō posse acceptari.verū est q hæc cardinalium taciti cōsensus vniuersalis Romanæ ecclesiæ potestas indigeret reformari/& ad ordinē expressæ legationis reduci: vt de hoc aliquo loco tactū est.Ex pmissis etiā intellectus huius q Ro.pōtifices sæpe allegant/vt Damasus papa in epistola ad Stephanū archiepiscopum concilii Mauritaniæ/& alii Ro.pon.xvii.di.regula/scilicet nullā ratā synodū/quā ipsius apostolicæ sedis nō firmat auctoritas: facile haberi potest/quoniā de sede loquitur. & verū est nullū iudiciū cuiuscūq; synodi vbi nō est auctoritas apostolicæ sedis firmū esse/quia semp appellari potest a iudicio illius synodi ad apostolicam sedē.Ita de patriarchis Flauiano et Ignatio/& aliis Cōstātinopolitanis / & Athanasio Alexādrino/& aliis legimus ad apostolicā sedē apparatū.vnde si synodus aliqua damnauit/quē etiā patriarchā illius synodi definite pter appellationē quæ ab ea interponi potest ad apostolicā sedē absq; confirmatione eiusdē sedis:rata nō est. & cū dicitur q absq; synodo ipsa sedes apostolica iniuste in synodo damnatos restituere potest: hoc verum est/absq; scilicet vniuersali synodo vniuersalis ecclesiæ. quia si in patriarchali synodo/aut Cōstātinopolitana/vel Alexandrina/ aut alia magna prouinciali/Gallicana/ vel Hispana/quis damnaretur:apostolica sedes quæ (vt sæpe dictū est) ex Romanā ecclesiā faciētibus et repsentātibus cōstituitur/modo pacto superioritatē cōtinet /& de ipsis agnoscere potest synodicis definitis.Ita legimus Nicolaū papā de Ignatio p Phociū damnato in sede apostolica collecta synodice cognouisse. Ita Martinū papam de Pyrrho & Sergio:& ante illos Iulium papā de causa inter Eusebiū & Athanasiū Alexandrinū et ita in omnibus legimus obseruatū.& hæc est vera sentētia/scilicet q sedes apostolica:in cognoscēdo supeminet omnibus synodis/dempta ipsa vniuersali vniuersalis

Damnati iniuste i synodo quomō per papā restitui possint.

ecclesiæ cuius ipsa sedes pars est, quare absq; synodo vniuersalis ecclesię de definitis omniũ synodorũ inferiorũ cognoscit. vnde vt legitur in sexta actione octaui cõcilii in responsionibus quas Metrophanẽsis episcopus Smyrnæ ad argumẽta Zachariæ Calcedonẽsis/ de Appiario restituto per ecclesiã Romanã cõtra sentẽtiã Aphricani cõcilii/ scilicet ꝙ ipsa nõ fuisset accepta in Aphrica: tunc sententia Zozimi papæ in synodo de absolutione Appiarii prius in synodo Aphricana damnati/fuit demũ admissa, licet ipse ad eandẽ suã ecclesiã primã/ ꝓpter scandalũ non fuisset admissus: sed datę ipsi a synodo fuere literæ cõmendatitiæ/ꝙ in omnibus aliis ecclesiis sacerdotio fungi posset. quæ nota propter certa quæ de hac materia superius & inferius cõtinentur, & pro eodẽ est epistola Bonifacii papæ ad Eulaliũ Alexandrinũ episcopũ de reconciliatione Afrorũ notãda: quia dicit Aureliũ Carthaginẽsem cũ collegis suis tẽpore Bonifacii/& Cælestini in supbiã (instigante diabolo) cõtra Romanã ecclesiã erectos: sed modo ꝓfessos omnes libellũ synodi tẽpore Iustiniani celebratę qui icipit prima salus quẽ supra habui. & licet illa epistola sit multũ notãda/ quia pulchre loquitur in principio quomodo ecclesia ad instar cælestis militiæ disparẽ concordãtiã habeat hierarchicã/ in qua ad vnũ primũ/scilicet papam Romanũ deuenitur: tamẽ durũ videtur illud qđ dicitur I eadẽ/Valeriũ cũ collegis errasse, quia ccxvi. episcopi inter quos Augustinus fuit/in vnã sentẽtiã cõcordarũt: quã etiã scriptis firmarũt/ vt supius declaratũ extitit, et si postea reducti sunt ad recognitionẽ auctoritate sedis/quo ad appellationẽ/& cognitionẽ: nõ esset ꝓpterea dicẽdũ eos prius errasse/ nisi hoc intelligerẽt sic/ꝙ ipsa Aphricana ecclesia in hoc errauit ꝙ Sardicẽsis cõcilii statutum non acceptauit, quoniam vt superius quodã loco dictũ est/ Augustinus non reputauit illud conciliũ catholicũ/sed potius Arrianũ: tamẽ quia tota ecclesia eius statuta admisit vt legitur in gestis octaui vniuersalis cõcilii/ tunc & Afri etiã idem facere debebãt quo ad receptionẽ statutorũ catholicorum non habendo respectum ad statuentes, fuit autẽ in Sardicensi cõcilio in honorem memoriæ sancti Petri statutum/gratuatum ad Romanũ episcopum appellari posse: ꝓponẽte & ꝓmouẽte Horosio Cordubensi epo/legato apostolicæ sedis in illa synodo/vt hoc habetur vi. q. iiii. qđ si aliquos/qđ est valde notãdũ, quoniã ille tex. probat ex dispositione synodica ob honorẽ memoriæ sancti Petri Romanũ pontificẽ ꝑlatũ in iudicando particularibus cõciliis/nõ nisi per formã ibi traditã/scilicet ꝙ ipse potest sentẽtiã approbare sed nõ improbare nisi ꝑ nouã synodũ. & ꝓbat ille textus administrationẽ papæ valde a iure positiuo/& cõsẽsu synodico depẽdere. Forte diceres etiã hæc regula de vlĩ cõcilio vniuersæ ecclesiæ vera est: quoniã nec illius synodi etiã cõstitutiones absq; apostolicæ sedis/imo Ro. pon. auctoritate ratæ subsistũt. fateor de cõstitutionibus fidẽ tangẽtibus verũ esse/ꝙ si sedis apostolicę auctoritas nõ interueniat ratæ nõ sint/imo & ipsius põtificis cõsensus itervenire debet cũ sit princeps in epatu fidei/sic & in aliis oĩbus cõstitutionibus/quoniã ipsæ robur a cõcordia synodica recipiũt. Nã etiã minimus suffraganeus in ꝓuinciali/aut canonicus in epali/aut metropolitanus in patriarchali synodo est ideo de suæ synodi essentia: quia robur ex omni cõcordia depẽdet, sicut Damasus papa cõciliũ Ariminẽse ex hoc multũ arguit: quia Vincẽtius q lõgo tẽpore fuit eps/ & alii epi cõsensum non dederũt. Imo credo nullum dubitare: quin actus qui habet formã essentialem secũdũ quã fieri debet fit inualidus/ illa non seruata, sic crederẽ papam ordinatis cardinalibus secũdũ prouinciarũ legationem (sicut alibi tetigi) etiam vno solo excluso vniuersali statuto vniuersalem Ro. ecclesiã respiciẽte/nihil agere debere, Igitur nõ habet hoc dubiũ in capite synodi/ scilicet

Sine papæ cõsensu nihil cõstituẽdũ de fide.

metropolita in prouinciali/& papa in generali vel vniuersali. Vnde sicut quocunq; alioqui tenetur synodis interesse/& volēti/& potēti spreto: iudiciū synodi/quia non recto ordine charitatis processit/reprehendi posset. ita fortius in capite. non tamē est hoc verū ꝙ in synodo rite cōgregata/admissis admittēdis/& rite celebrata: auctoritas ita etiā ab ipso capite depēdeat/ꝙ nisi in quācunq; definitionē cōsentiat/ꝙ tūc illa definitio sit nulla. quia tūc iudiciū non esset synodi/ sed vnius tantū. qđ implicat. & quia quisq; ad synodum pergens: iudicio maioris partis se submittere tenetur. quia hanc psupponit ꝙ maior pars regulariter vincit: tūc synodus finaliter ex cōcordia omniū definit. Licet varia sint etiā particulariū vota quādo iuxta maiorē partē cōcludit: nulla tamen conclusio/maxime in materia fidei esset secura/nisi ad vnitatem vota reducerentur/sicut in omnibus conciliis legimus actum. & cum isto intellectu posset satisfieri volenti recte auctoritates/quas Romani pontifices in suis epistolis ponunt intelligere. Dico Romani pontifices/quoniam in conciliis patrum de illis omnibus inuenire potui: quæ prædictis positionibus meis ad plenum non concordarent.

Cap.XVI.

Qui ad cōcilia & subscriptiones sint admittendi.

Verum quia multi dubitare videntur/quæ personæ ad concilium admitti et similiter ad subscriptionē debeant. Ideo hoc est considerandum: ꝙ licet Aegyptiaci qui de Alexandria cum Dioscoro Calcedonam venerūt cum aliis in Calcedonensi concilio de hoc quæstionem habuissent/& sæpe clamatum fuisset/vt in gestis eiusdem concilii legitur ꝙ concilium episcoporum esset/& alii expelli deberēt: non tamē legitur ibi ea propter non episcopos expulsos. in quinto vniuersali cōcilio legitur ꝙ oēs ad lectores vsq; se subscripserūt. in vi. & viii. legitur presbyteros/& monachos/imperatorē/& senatum/& diaconos se subscripsisse: & semper in sessionibus & subscriptionibus in loco principalis domini recipiebantur iuxta c. præcipim⁹. xciii. di. vbi text⁹. & xciii. di. c. a. tamē i vi. In Cōstātinopolitana synodo vbi subscriptiones ponuntur Agathonis papæ/& eius concilii: non legitur alios ꝗ episcopos/aut eos repræsentantes subscripsisse diffinitiue. vnde diffinitio & statuendi potestas forte semper episcoporū de iure fuit xi. di. omnia vbi textus dicit statuta in conciliis episcoporum recipi debere. & licet alii vocati abbates/& monachi etiam se subscriberent: non tamen hoc generaliter factum legitur cum verbo diffinitiuo/ de quo. i. q. vii. conuenientibus: vnde in vniuersali concilio dū de fide tractatur mirandū satis cū laici inueniantur admissi: cur nō episcopi admitti ad non tātū cōsulēdū sed ad simul statuendū & subscribendū/si saltē valentes & intelligentes forent/non deberent. In aliis autē vbi non secundū vnanimitatē: sed vocū pluralitatē definitio expectatur: ibi discretio/& prudētia/ & auctoritas merito pōderari debēt ne fatuorum iudiciū (quorum infinitus est numerus) numero vota sapientū vincat. quare nec laicos/nec indifferenter clericos puto admitti debere: sed electos/& doctos viros ecclesiasticos/nō puto etiā in iudicio spernēdos. cū bonū reipublicæ tantū ꝗrat/& nō obstat vndecunq; veniat dū saltē inueniatur. laici vero qui in vniuersali concilio vbi de fide quomō definiri debet admissi legūtur/vt infra habetur in xvii. canone. viii. vniuersalis cōcilii. & xcvi. di. vbi nō etiā aliis gestis i cōcilio se subscribūt: sed vt testes. vnde legitur in gestis viii. cōcilii actione quarta. Senatores magnificētissimi & gloriosissimi principes per Bahanū patriciū/& ppositū dixerūt ad conciliū: imperatores nostri sancti miserūt seruos suos/qui senatus vocantur/qui voluntate dei honoratus est secundum omnia/vt simus discreti eorū quæ geruntur auditores. Si vultis ergo a nobis sicut se habet ordo synodicus in fine sanctæ vniuersalis hui⁹ synodi

Laici se ve testes subscribunt.

exigere proprias subscriptiones per me indignũ seruũ sanctorum imperatorum nostrorum cuncti fratres mei/& compatricii dicunt sanctissimo domino nostro patriarchæ/& sanctissimis vicariis senioris Romæ/ & orientaliũ sediũ: nisi audiuerimus et ab ipso Phocio stante in conspectu nostro/& episcopis eius/vt in conspectu nostro obseruantur ora ipsorum ex canonicis/& synodicis præceptionibus/ non scribet manus nostra vnã literã in synodo ista. audiant iudicata per Nicolaũ papam in synodo Romana: et si nihil contradixerint/sanabitur mundus ex condescensione ipsorum. si hoc autẽ factũ non fuerit: scimus quia nostri non egeris ad subscribẽdum in fine a vobis gestorum. ecce ꝙ laici subscribere se/vt testes habentes in concilio id quod iustitiæ ratio postulat: & recte se subscribãt exigere possunt a concilio. & hæc sufficiãt pro ista materia.

Cap. XVII.

Concilium vniuersale vtrũ sit supra papã.

Er ea quæ superius habẽtur satis ad quæstionem quæ difficilis reputatur/ an scilicet vniuersale conciliũ sit supra papam facile potest responsio dari. Nã vniuersale siue generale conciliũ patriarchale subiectũ semper legitur Romano põtifice suo modo: sicut ex superioribus/& subsequẽtibus patet. Et sicut in vi. cap. Niceni concilii de Alexandrino/& aliis sedibus definitio habet. lxv. dist. mos post hoc omnia concilia idẽ dicunt. Vnde de hoc vniuersali concilio credo verũ esse ꝙ nisi in fide Romanus pontifex errauerit: ꝙ tũc iudicari per concilium non posse.

Papa fidelis a cõcilio iudicari negt.

q̃diu enim fidelis est: caput remanet. quare ab inferiori potestate iudicari nõ potest: quoniam illotum omniũ habet potestatem iuxta definitionẽ vi. cap. Niceni concilii et cũ hoc remanet totius alterius partis ecclesiæ aliorũ patriarcharũ caput in vnitate ecclesiæ catholicæ: q̃ per fidẽ est. vnde recte sicut metropolitanus ꝑ suã synodũ iudicari nõ potest: iuxta definitionẽ x. canonis. viii. vniuersalis concilii: & notatur de ꝓben. graue. & xi. q. i. si clericus. vbi archi. metropolitanũ: quia caput cõcilii prouincialis per ipsum conciliũ puniri non posse/nisi in fide erret. Vnde Anacletus papa in epistola ad omnes episcopos/quæ incipit. Benedictus deus. doctor/vel pastor ecclesiæ: si a fide exorbitauerit erit a fidelibus corrigendus: sed pro reprobis moribus magis est tolerandus q̃ distringendus. & intelligit per fideles subditos/ vt patet ex textu immediate sequenti. & ratio est manifesta quare de illis intelligi debeat quia pastor ecclesiæ ab ecclesia quę grex ouiũ est: non potest corrigi. sed si infidelis fuerit: pastor non est. & tunc corrigendus est per anathema/ & subtractionem obedientiæ et non habet dubium in hæresi damnata/quia in sententiam incidit semel damnatæ prauitatis: vt de Acatio Gelasi⁹ papa ad Anastasium imperatorẽ scribit. & ad vniuersos episcopos per Dardaniam. dicit enim pro constitutione antiquæ obseruationis cunctos semel damnatæ prauitatis participes vniuersalis ecclesia duxit esse refutandos: sicut Nicena synodus Arrium damnans/omnes Arrianos includit. Si vero non esset damnata hæresis: tunc quousq; constet per sentẽtiam eum hæreticum esse ab eo recedendum non est: iuxta dictum x. canonem. potest tamen propter errorem in fide: & secrete corrigi per subditos pastor/& superiori denunciari. vnde Fabianus papa in epistola ad orientales/ quæ incipit. Exigit dilectio: dicit. *Si enim deuiauerit a fide episcopus: erit corrigendus, primo secrete a subditis. ꝙ si incorrigibilis (quod absit) apparuerit: tunc erit accusandus apud primates suos/aut ad sedem apostolicam. pro aliis vero actibus suis magis est tolerandus a subditis suis q̃ accusandus. Hæc ille.* Si vero hæreticus foret: tunc quia anathema est in hæresi eo ipso/ non ex iure positiuo/quoniam hæreticus ob errorem in intellectu/& pertinaciam in voluntate a toto corpore ecclesiæ se separauit: vt dicit sanctus Cy-

Papæ mores reprobi tolerandi subditis.

Papa ob hæresim nõdũ damnatam non est reiiciendus.

prianus.& habetur.i.q.si quis (inquit) de ecclesia hæretica præsumptione exierit
a seipso damnatus est iiii.q.v.c.i.xxiiii.q.i.c.i.ii.& iii. vnusquisq́ etiam particularis
etiam laicus se ab ipso hæretico separare tenetur:& per ipsam separationē ipsi dicit
anathema.eo modo legimus laicos in concilio anathema dixisse damnatis publicis
hæreticis/& singulares homines/ etiā extra conciliū Ro.pōtificibus hæreticis ana-
thema dixisse.sic superiores & maiores in administratione: dū hæretici fiūt per in-
feriores dicitur deponi:quādo illi propter anathema qđ incidit ob hæresim ab eo-
dem separātur. vnde cū p subtractionē obediētiæ cesset superioris administratio/&
quia superioritas illa/vt in archiepiscopo/ primate/ & papa/in administratione cō-
sistit/cessante administratione recte depositi cēsentur:sicut in c.i.de renūc.li.vi.no-
tat Io.in no. quādo constat papā administrare nō velle: tūc iam censetur renūciasse
papatui/quia papatus in administratione cōsistit.vt notatur xxi.di.in nouo.ii.q.vii.
puto.cessat autē administratio:subtracta omniū obediētia ꝓpter hæresim.Igitur &
papatus in materiali subiecto/scilicet hæretico deficit.tali modo legimus Liberium
papā/& Marcellinū p separationē & obediētiæ subtractionē depositos. Sic & quisq́
patriarcha etiā Romanus indirecte deponi a suis quodā subiectis ꝓpter damnatā
hæresim in quā incidit.Ita puto omnia illa iura xl.di.si papa xvii.di.§.hinc etiā xxi
di.inferior.& c.nūc autem & consimilia intelligi debere.tamen q̄q̄ metropolitanus
non iudicetur a suo concilio vt præhabitum est: potest tamen ab eodem reformari.
hoc probat tex.coniuncta supræscriptione ii.q.vii.sicut inquit ix.q.iii.si autem.& c.
saluo.Eodem modo crederem generale Romanæ sedis concilium papam reformare
posse per eundem textum qui dicit:caput concilii per concilium reformari debere
ad hoc bene facit xviii.di.§.episcoporū vbi probatur ꝙ cōciliū etiā inefficax in casu
ad definiendū:est nihilominus efficax iuxta antiquos canones ad corrigendū & re-
formādū.& hoc nō videtur habere dubiū in canonibus vniuersaliū cōciliorū catho
licæ ecclesiæ latæ sententiæ:quoniā ad illas oēs catholici obligātur / vt infra ponetur
latius in anc.statutis cōminatorialibus illorū cōciliorū ac aliis omnibus quorūcūq́
conciliorū statutis/ nisi per omissionē se papa ad eorū obseruationē obligasset.clarū
est hoc/locum in papa non habere: & suo modo reddēdo singula singulis in aliis pa-
triarchis/& archiepiscopis dicendum/ scilicet ꝙ corrigi possunt secundum statuta
latæ sententiæ maioris auctoritatis in suo etiā cōcilio per viā declarationis de inci-
disse/ad modū quo in papa dictū est/ aliter non nisi exhortatorie. *Sed an vniuersale
conciliū ꝓprie captū/scilicet qđ vniuersam catholicā ecclesiā repſentat sit supra pa-
triarchas/& Romanū pontificem credo dubium esse non debere.vnde licet legatur
in pluribus locis potestatem Romani pontificis a CHRISTO esse:tamē in plærisq́
locis habetur / ꝙ primatia Romanæ ecclesiæ super oēs ecclesias/ est ex decretis apo-
stolorū /& eorū successorū/vt habetur in q.vi.dudū.& iudices Calcedonēsis concilii
dū de priuilegio primatiæ inter Romanā & Constantinopolitanā ecclesias quæstio
suborta esset iusserūt canones ꝓduci/& sententiarūt iuxta canones/primatū habere
Romā antiquā.facit xvii.di.§. huic etiā.* *Et similiter q̄q̄ inueniatur papā vicarium
CHRISTI in scripturis:inuenitur tamē etiā eū vicē/& legationē Petri habere ii.q.
vii.in sancta.Et multa de similibus dici possent quomodo varietas fuit.alii enim epī
papā cōsociū noiarūt vt Optatus/alii cōsacerdotē vt Ambrosius/& alii patrē in cō-
cilio Ephesino/& cōciliū Taurinū/alii fratrē/alii epm/alii archiepm/alii patriarchā.
Sed hoc nobis sufficit/ꝙ licet Romanus pōtifex vt successor Petri a CHRISTO ma
gna habeat priuilegia/& altā potestatē ex sede & cathedra quæ priuilegia cum sede*

Vniuersale cōciliū proprie captū supra papā est.

Papæ variæ cōpellationes.

stabilia sunt: tamē primitiuitas illa qua Romanus pontifex primas est omniū ecclesiarū partim etiā ab hominibus & canonibus est/iuxta superius dicta. dicit enī Anacletus papa: q̄ dū Petrus prīceps apostolorꝫ cōstitueretur a CHRISTO/ apostolorꝫ cōsensu factū. xxii. di. sacrosancta. nō est enī dubiū Antiochenū patriarchā sedē habere ex successione ī sede Petri: & tn̄ primatē ex hoc tātū nō eē/ quoniā Antiochena cessit Romanæ. vnde Marcellus papa Antiochenis in epistola q̄ incipit sollicitudinē omniū: dicit. Si enī vestra Antiochena q̄ olim prima erat/Romanæ cessit: nulla est q̄ eius non sit subiecta ditioni/ ad quā oēs quasi ad caput epi qui voluerint fugere/ eāq; appellare poterūt. hæc ibi. vnde in synodica Leonis noni/ad Petrū Antiochenū patriarchā sic scribitur. Ab apostolica tua sede nostrā catholicā cōsulēdo perpēdimus tuā prudētiā nolle deuiare a dominico & omniū sanctorū patrū concordi decretorꝫ quo īuiolabiliter cūctis in toto orbe terrarū ecclesiis sancta Romana ecclesia & apostolica sedes caput ꝓponit/ ad quā maiores & difficiliores causæ omniū ecclesiarum definiēdæ referātur. Sic oīa venerāda cōcilia/ sic leges humanæ promulgāt: sic ipse sanctus sanctorū/ rex regū/ dn̄s dominātiū cōfirmat. quatinus ibi principalis dignitatis/ & totius ecclesiæ disciplinæ venerabilis apex ꝓfulgeat/ & ꝓcellat: vbi ipse vertex/ & cardo apostolorū Petrus/ carnis suæ resurrectionē beatā in nouissimo die expectat. nimirū solus est ꝓ quo ne deficeret eius fides/ dn̄s & saluator asseruit se rogasse dicens. Simon/ Simon. ecce sathanas expetiit vos: vt cribraret sicut triticū. ego autē rogaui pro te/ vt non deficiat fides tua. & tu aliquando conuersus: confirma fratres tuos. Quæ venerabilis & efficax oratio obtinuit/ q̄ hactenus fides Petri non defecit nec defectura creditur in throno illius in sæculū sæculi: sed confirmabit corda fratrum variis cōcutiēdo fidei periclitationibus/ sicut hucusq; cōfirmare non cessauit. hæc ille. Vnde nō puto vniuersale conciliū illa priuilegia primitiuitatis a Romana sede iuxta aliorum conciliorū definitionē tollere vnq̄ velle. quoniā dicit idem Gregorius cōtra ꝓsumptionē Michaelis Cōstātini. c. xxxvi. quisquis Romanæ ecclesiæ auctoritatē vel priuilegia euacuare seu minuere nititur: non hic vnius ecclesiæ/ sed totius Christianitatis subuersionē/ & interitū machinatur. Cuius compassione vel sustētatione vlterius respirabunt filiæ a quouis oppssæ: vnica illa suffocata matre/ cuius refugiū appellabūt/ ad quā refugium habebūt/ ipsa enim Athanasiū: ipsa oēs catholicos suscepit/ fouit/ defendit/ & propriis sedibus pulsos/ restituit. hæc ille. Sed quia sedentes in ipsa sede ab hominibus assumūtur/ deuiabiles & peccabiles nūc maxime mundo ad finem tendente/ & malitia excrescente: sua potestate ad ædificationem data ad destructionem abutuntur. quis dubitare potest sanæ mentis absq; veræ potestatis & priuilegii sedis diminutione vniuersale concilium tam in abusum/ q̄ abutentem potestatē habere pro suiipsius conseruatione/ & totius ecclesiæ salutari ordinaro regimine: tamen dicere q̄ vniuersale conciliū etiā super primatia ecclesiæ Romanæ cognoscere/ & definire non possit credo male dictum esse. quoniam expresse Calcedonense cōcilium se de hoc intromisisse & iudicasse in gestis legitur. quare vniuersaliter dici potest vniuersale cōciliū reꝑsentationē catholicæ ecclesiæ habere potestatē īmediate a CHRISTO: & esse omni respectu rā supra papā q̄ sedē ap̄licā. Et hanc sentētiā probāt plura gesta & canones/ & rationes. Nam disceptatio quæ in Calcedonensi concilio facta fuit super primatia probat hoc: similiter & definitio Niceni cōcilii in eodē cōcilio Calcedonensi ꝓ parte Romanæ sedis ꝑducta. Ac etiā q̄ in plenariis conciliis gesta & iudicata per Romanū pontificem etiā synodice inueniuntur repetita & examinata: vt in Calcedonensi concilio iudicium Leonis

Antiochena sedes Romanę cessit

Vniuersale cōcilium in papā abutētem priuilegiis potestatē haber.

Iudicata ꝑ papā in cōcilio vl'i iterū discussa.

contra Dioscorum.et in.vi.synodo iudiciũ synodicũ Martini papæ contra Pyrrhũ
et Sergiũ.et in.viii.synodo vniuersali iudiciũ Nicolai et Adriani Romanorum põ
tificum cõtra Phociũ cum similibus multis. Vnde Augustinus in epistola ad Glo- August.
rium et Elusium/quæ incipit/Dixit quidẽ apostolus.Postq̃ tractauit de sentẽtia lxx
episcoporũ contra Cecilianũ:et quomodo illa per Milchiadem papã et certos alios
episcopos p Constantinũ impatorem eidem adiunctos retractata fuit. dicit φ oppo
nentes se contra sentẽtiã Milchiadis papæ et sociorũ dixerũt:quasi malos se esse iu-
dices ppessos.quæ vox est omniũ malorũ litigatorũ quũ fuerint etiam manifestissi-
ma veritate supati:quasi nõ eis adhuc iustissime dici possit.Ecce putemus illos epi-
scopos qui Romæ iudicauerunt/nõ bonos iudices fuisse/restabat ad huc plenarium
vniuersæ ecclesiæ cõciliũ:vbi etiã cum ipsis iudicibus causa posset agitari :vt si ma
le iudicasse cõuicti essent:eorũ sententiæ soluerentur / quod vtrũ fecerint/probent.
nos enim nõ esse factum facile probamus ex eo/φ totius orbis cõmunicat ei: aut si fa
ctum est/etiam ibi sunt victi. Hæc ibi. Ecce sententiã Augustini/scilicet post iudi-
cium etiam papæ Romani/vniuersale cõcilium totius orbis supeminere approbato
rium vel absolutoriũ etiam in ipsos iudices. quã sententiam in multis locis. xix.di.
in canonicis.ii.q.vii.puto.§.item quũ Petrus.et aliis locis in hoc opusculo allegatis
ipse August.dicit. Nec habet hoc dubiũ quũ CHRISTVS dicat Petro/si ecclesiam
nõ audierit:sit tibi sicut ethnicus. Vnde manifestũ est φ non obediens ecclesiæ aut
concilio eius eam repræsentãti/debet esse Petro et eius successoribus sicut ethnicus
et publicanus.et hoc probari potest auctoritate sancti Gregorii papæ i epistola 214 Grego.ad
in registro:vbi postq̃ repræhendit Ioannẽ patriarcham Constantinopolitanũ de eo ecclesiam
φ se vniuersalẽ patriarchã scripsit in fine. Et nos quidẽ quibus p ausum temerariũ refert.
culpa cõmittit/seruamus qđ præcipit veritas dicens: si peccauerit.et reliqua.si ec-
clesiam non audierit:sit tibi sicut ethnicus et publicanus.Ego itaq per responsales
meas semel et bis verbis humilibus hoc quod peccat in totã ecclesiam corripere stu
dui/per me scribo:quicqd humiliter facere debui/nõ omisi sed i ea correptione de-
spicior.restat vt ecclesiam debeam adire.Hæc ibi.Ecce Gregoriũ papam fateri quo
modo correctio fraterna eo modo ad eũ spectat/quo CHRISTVS mandat scilicet
vt vltimo ecclesia adeatur/tanq̃ supremu iudiciũ.Similiter et aliç plures dispositi-
uæ ordinatiões de Romanorũ sede/quæ in diuersis cõciliis vniuersalibus factç sunt
et manifestum est illas dispositiones a maiori auctoritate robur cepisse/quare maior
vniuersalis cõcilii auctoritas.deinde canon.viii.cõcilii de potestate patriarcharum
qui etiam de patriarcha Romano loquitur.et similiter canon eiusdem concilii/ qui
incipit:diuina hoc pbant.nam dicit iuste ac cõgruenter hæc sancta et vniuersalis
synodus definit et statuit:φ nullus laicorũ/aut monachorum/aut aliquis de catalo
go clericorum ante diligentẽ examinationem et synodicam sententiam a cõmunio
ne se separet proprii patriarchç/licet criminalem quãlibet eius causam se nosse præ
tendat.nõ dicit de hæresi:quia licet recedendũ nõ sit/vt dicit textus iste. et.ii.q.vii.
sacerdotes.et.viii.q.iiii.nonne.tamen hoc verũ nisi in hæresi.quia etiam si toleretur
attento φ in damnatã hæresim incidit/tunc excõmunicatus est.xxiiii.q.i.c.i.et glo.
allegat cõcordantias in præfato.c.et in.c.Anastasius.xix.di. quare ab eo semper re-
cedendũ.vt ibidem in glo.et Adrianus papa in synodo in tertia allocutione. et ha-
betur.vii.actione.viii.cõcilii.et quia textus iste in aliis criminibus intelligitur/ergo Papa iudi-
papa per synodũ in criminibus etiã aliis q̃ hæresi iudicari potest. hoc etiam proba- cari potest
ri potest per dictũ sancti Petri ad Clemẽtem : vt habetur in epistola ipsius Clemen- et deponi.

tis ad Iacobũ: vbi dicit Petrũ sibi dixisse/ dũ eũ successorẽ substitueret. neq; enim iudicẽ aut cognitorẽ seculariũ te cõstitui voluit hodie CHRISTVS: ne prouocatus præsentiũ hoĩm curis/ nõ possis verbo dei vacare. Si enim mũdialiũ curis fueris occupatus: teipm decipies/ et eos q te audiunt. non enim poteris quæ ad salutẽ ptinẽt plenius singulis qbusq; distĩguere. Et ex eo fiet: vt et tu tanq̃ q nõ docueris quæ ad salutẽ hoĩm ptinent/ deponaris: et discipuli p ignorantiã pereant. Hæc ibi. Non volo tamẽ astruere Clementẽ in veritate ita scripsisse: quia satis veridice habet/ illũ Iacobũ ante Petrũ octo annis martyrio decessisse/ vt infra in tertia pte dicetur. Sed quia ecclesia non spernit hanc epistolã qd sufficit: tũc manifestũ est etiã papã ex negligentia deponi posse/ quia dicit deponaris. quare habet ppositũ. Ecce ergo q canõ in sentẽtia synodica oẽs patriarchas æquiparat. et p gesta concilii illius satis aperte cõstat/ semp papã patriarchã Romanũ nũcupari. et si nõ est dubiũ quãlibet criminalem cãm alterius cuiuscũq; patriarchæ p synodũ definiri posse: sic et Romani patriarchæ. Et q patriarchæ æquiparent in depositionibus/ facit. xxii. di. definiuim⁹. pbat etiã idẽ tex. viii. cõcilii. x. canonis ad depositionẽ metropolitanorũ vel eorum correctionẽ oẽs vicarios æqualiter se habere. Vnde gesta cõcilii Calcedonẽsis in vltima actione/ et aliis locis/ ac alia gesta cõciliorũ: pbant tam alios patriarchas q̃ papã Romanũ cũ eorũ concilio episcopos vel archiepiscos deposuisse. Oportet igit illa iura quæ loquunt solum deponere posse episcopũ: intelligi in suo scilicet patriarchatu. Et vident allegata gesta Calcedonensis cõcilii de depositione Anastasii pbare patriarchã nõ cũ cõcilio/ sed cõsensu sui cõcilii depositiones facere debere. Dicunt enim episcopi Antiocheni concilii. Nos deposuimus Athanasiũ a clero ecclesiæ suæ accõmodatũ: quia ter vocatus nõ venit. vnde idẽ qd dicit Archi. xxii. dist. qua traditione papã sine concilio quẽ deponere posse. oportet intelligere secundũ ea quæ inferius quodã loco habent. hoc verũ sine cõcilio vniuersalis ecclesiæ/ vel etiã sine patriarchali: vbi priuãdus seu deponendus incidit in pœnã latæ sententię. Sed vt hoc scilicet papam vniuersali cõcilio totius ecclesiæ subesse clariori definitione idem cõcilium. viii. vniuersale explicaret ĩ canone. xxi. qui incipit/ Dominicũ sermonẽ. in. §. porro. cuius ps habetur. xxii. dist. definiuimus dicit/ q vniuersalis synodus cũ cõuenienti reuerentia quãlibet quæstionẽ de Romanorũ sede exortã audire tenetur/ et in ea pficere aut pfectũ facere: nõ tñ audacter sñiam in Romanũ pontificem dicere. Ecce q licet omnẽ quæstionẽ de sede apostolica exortam definire habeat vniuersale cõcilium: hoc tamẽ ob primatiã et reuerentiã capitis cũ cõuenienti reuerentia/ et nõ audacter sententiã dicẽdo facere debet. quare manifestũ est ex his vniuersale cõcilium simpliciter supra papam esse. nec amplius de hoc opus est exempla producere: quum habeamus varia decreta sacri Basiliensis concilii/ et etiam Constantiensis: quõ papa dicat subesse conciliis. et licet Constantiense tantũ in tribus casibus loquatur: clarum est/ q omnes canones facti/ aut amplius factibiles ad ipsos reducuntur. Nonne in quinta sessione huius Basiliensis concilii fuit definitum/ nullum per se vel procuratorem incorporatũ extra locum concilii etiam auctoritate apostolica trahi posse. quare hoc/ nisi quia hoc cedere posset in præiudiciũ concilii. Si ergo auctoritas Romani pontificis in particulares personas/ quando præsumitur hoc vergere posse in præiudicium concilii/ non potest: quis dubitat totum cõcilium supra papam esse? Talia plura decreta sunt huius concilii quæ hoc probant: scilicet citationem et monitionem papæ et huiusmodi.

Decreta cõcilii Basiliẽsis.

Cap. XVIII.

Verum vt pfundius videamus huius veritatē:reuocemus ad mentē supius de repræsentatione pſidentiū dicta. Et dicamus/quia potestas ligādi et soluendi/et infallibilitas et indeuiabilitas ppter CHRISTI assistentiā/vsq; in cōsūmationē sæculi/est in ipsa catholica vera ecclesia. Quū autē Romanus pontifex sit membrū illius ecclesiæ/quæ corpus CHRISTI mysticum est:et infallibilitas nō cuilibet membro/sed toti ecclesię pmissa est:tunc nō dubiū/potestas indeuiabilis ligandi et soluendi totius ecclesiæ est supra potestatē Romani pōtificis/q̄q̄ ab eodem principio ligandi et soluēdi/potestas tam ecclesiæ/q̄ papæ fluat. et nō dico hoc verū tantū de ipsa tota ecclesia sacerdotali:q̄ est vt aīa vna totius ecclesię. hoc verū est ex CHRISTI pmissione et legatione:quia sacerdotiū a spū sancto positū est ad regendum CHRISTI ecclesiam/vt dicit Petrus apostolus. Pascite in vobis. quare ipm sacerdotiū actu vel virtualiter cōgregatū/vtitur præ tota ecclesia/et omnibus membris eius:de quorū numero papa est sua legatione/quā a CHRISTO habet totā ecclesiam pascendi. Verū quia vniuersale cōciliū est cōgregatio siue ecclesia de membris vniuersæ catholicæ ecclesiæ cōgregata/et repræsentat ex hoc vniuersam ecclesiam:tūc considerandū est/q; Romanus pōtifex etiā habet figuratā et repræsentatiuam psonā vnius vniuersæ ecclesiæ. vnde August. sup Ioannē sup illo verbo. Tu vocaberis cephas. ait sermone. vii. Magnū quia mutauit ei nomē/et fecit de Simone/Petrum. Petrus a petra. petra vero ecclesia/ergo in Petri nomine figurata est ecclesia. Idem sermone. xi. et sermone vltimo:vbi dū de ecclesia loqueret̄ August. dicit/Cui⁹ ecclesiæ Petrus apostolus ppter apostolatus sui primatū gerebat figurata generalitate psonam. qđ enim ad ipm pprie ptinet natura/vnus hō erat:gratia/vnus Christianus:abundantiore gr̄a/vnus ideo q; primus apostolus. Sed quādo ei dictū est: tibi dabo claues regni cœlorū/et qđcūq; ligaueris/vniuersam significabat ecclesiam. vnde Petrus accepit nomē. nō enim a Petro petra:sed Petrus a petra. sicut nō CHRISTVS a Christiano:sed Christianus a CHRISTO. Ideo pprie ait dominus. Super hanc petrā ædificabo ecclesiam meā. quia dixerat Petrus. tu es CHRISTVS filius dei viui. sup ergo hanc petrā:quā cōfessus es/ædificabo ecclesiam meā. petra autem erat CHRISTVS:supra qđ fundamentū etiā ipse ædificat⁹ est Petrus. ecclesia autē quæ fundatur a CHRISTO claues ab eo regni cælorū accepit in Petro:id est potestatē ligandi et soluēdi peccata. Q; autē p ppprietatē in CHRISTO ecclesia:hoc est per significationē Petrus in petra/quia significatione intelligitur CHRISTVS petra/Petrus ecclesia. Hæc ille. Et p hoc textus Augustini. xi. q. iii. qui illud. et Leo. ix. dist. ita dn̄s. et archi. xxiiii. q. i. qđcūq;. et. c. quicunq;. xxi. di. decretis de poeni. di. §. si es CHRISTI Petrus. et Aug. de agone Christiano. c. xx. et I Homil'. de transfiguratione. et de verbis dn̄i li. i. sermone. xiii. et sermōe. xiii. de apostolis Petro et Paulo. et li. ii. q̄stionū veteris et noui testamēti. q. lxxix. et libro homiliarū/homilia. xlvi. et in psal'. cviii. sermōe. xiii. et Amb. de cura pastorali. et Ansel. sup illo verbo Matth. Nā paupes sp habebitis vobiscū. Et qm̄ hoc ita est/q; Petrus a petra/et petra ecclesia q̄ significat CHRISTVM/et ppter hoc est corpus eius mysticū:ideo patet quomodo CHRISTVS est veritas petra figura siue significatio CHRISTI ecclia. huius aūt petræ figura siue significatio Petrus. vn̄ sicut CHRISTVS est veritas:cui⁹ figura et significatio est petra siue ecclia. ita petra est veritas:cui⁹ significatio et figura est Petrus. Ex quo clare patet/eccliam supra Petrū eē:sicut supra illā est CHRISTVS. Recte sicut dicim⁹ vetus testamentū esse figurā noui/et nouū testamētū eē veritatē in ordie ad vetus/et sic supra vet⁹. et nouū eē figurā gl'iæ/ vbi sola veritas: sic nouū

Potestas ligandi.

August. Nominis mutatio. August.

Ecclesia supra Petrū.

testamentũ est veritas et figura. veritas: respectu inferioris. figura: respectu supio-ris. sic et ecclesia catholica. Deinde ex hoc patet / ꝙ sicut Petrus vnice et cõfusissime figurat ecclesiam / q deuiabilis est: ꝙ tunc inter petrã et Petrũ sunt plures graduationes repræsentationũ et significationũ / quousq; in petrã deueniatur a cõfusissima repræsentatione et figura / vsq; in veritatẽ ꝑ media certiora et veriora. Vnã autem ecclesiam significare et repręsentare nõ potest / nisi vnus aut vna cõgregatio: quam Græci synodũ dicũt. ex hoc euenit ꝙ in synodis vniuersalibus cõsiderari debet / an sit ordinata cõgregatio: quæ ex vnione synodica repræsentare habeat vniuersalem ecclesiam / puta ex papa / patriarchis / et ꝓuinciatũ capitibus. Vnde qñ ita iuxta præmissa supra / cõtigit vniuersalẽ ecclesiã synodũ ordinate cõgregari / nõ dubiũ quãto illa synodus minus cõfuse plus tenendo in veritate repræsentat / tanto eius iudiciũ plus a fallibilitate versus infallibilitatẽ tendit / et sẽꝑ maius est iudicio vnici Romani põtificis eũ cõfusissime figurãtis. antiquũ est hoc ꝓuerbiũ: facilius inueniri qđ a pluribus quæritur. Quare papæ iudiciũ minus stabile / et magis fallibile pręsumi / q̃ ipsius et aliorũ. et hoc nõ habet dubiũ. Et præmissa videnẽ ꝓbari ex lxxii. epl'a sancti Ambro. quæ est Romani põtificis / et nõ Ambrosii: vt ex ipsamet epl'a habenti respectũ ad imediate ꝓcedentẽ ꝓbaẽ. est enim lxxi. epistola sancti Ambrosii ad Theophilũ / quæ incipit. Nõ habet qđ vrget Euagrius: et habet quod metuat Flauianus. ideoq; refugit examẽ. dẽt fratres dolori iusto veniã: quia ꝓpter ipos vniuers⁹ orbis cõcutiẽ: et illi tamẽ nostro nõ compatiũtur dolori. Et infra. Grauis toto orbe stabat discordia: cui bonæ pacis naufragio sancta synodus Capuensis tandẽ obtulerat portũ tranquillitatis / vt oĩbus ꝑ totũ Orientẽ dareẽ cõmunio catholica cõfitentib⁹ fidem. et duobus istis tuæ sanctitatis examen impertirẽt fratribus et cõsacerdotibus nostris ægyptiis cõsedentibus; quia hoc verũ iudiciũ arbitrati sumus. Et infra. Sane referendũ arbitramur ad sanctũ fratrẽ nostrũ Romanæ sacerdotẽ ecclesiæ: quoniã ꝓsumimus te ea iudicaturũ / quæ etiã illi displicere nõ queãt. ita enim erit vtile consultũ sentẽtiæ / ita pacis et quietis securitas: si id vestro statuaẽ cõcilio. Et infra. Quod ecclesia Romana haud dubie cõprobauerit: læti fructũ hmõi examinis comprobamus. ¶Post hoc sequiẽ epistola: in qua est responsio ipsius papæ ad scripta illorũ iudicũ a concilio deputatorum / secundũ ꝙ cõsuluit Ambrosius / ꝙ ipse requiri deberet. Et in principio dicit papa (cuius tamẽ nomẽ in meo codice nõ reppeti) ꝙ ꝑ veritate vel modestia de Bonoso episcopo suã sententiã sciscitarenẽ. Et infra. Aduertimus ꝙ nobis iudicãdi forma cõpetere nõ potest. nam si integra esset synodus: hodie recte de iis quæ cõpręhendit vestrorũ scriptorũ series iudicaremus. vestrum est ergo q hoc recepistis iudiciũ / sentẽtiã ferre de oĩbus. Et infra. Vicẽ enim synodi recepistis / quos ad examinandũ synodus elegit. Deniq; quũ Bonosus episcopus post iudiciũ vestrũ misisset ad fratrẽ nostrũ Ambrosiũ: q eius sententiã cõsuleret interdictã sibi ecclesiam irrũpere atq; ingredi. respõsum est ei / ꝙ nihil temerandũ foret: sed oĩa modeste / patiẽter / ordinate / gerẽda. neq; cõtra sñias vras tẽtãdũ aliqd: vt qđ videreẽ vobis iustitiæ cõuenire / statueretis / qbus hãc synodus dederat auctoritatẽ. Ideo primũ est: vt ii iudicẽt / qbus iudicãdi facultas est data. Vos eñ totius (vt scripsimus) synodi vice decernitis: nos q̃si ex synodi auctoritate / iudicare nõ conuenit. Et infra in fine. Vnde vræ normã expectamus sñiæ. Hæc ibi. Ecce papã fateri / si integra foret synodus / hoc est si nõ cõmisisset iudiciũ aliis: ipẽ de causa iudicare potuisset. sed quia synodus cõmisit aliis: dicit se nõ posse / et ex auctoritate synodi sibi non cõuenire. qđ est notandũ. qm̃ ex hoc clare ꝓbaẽ / auctoritatẽ synodi supra papã esse:

Gradus inter petrã et Petrum.

Prouerbiũ.

Epistola Ambrosii.

Epl'a papæ Ambrosianis insetta.

Synodus supra papam.

et etiã commissarios synodi vicem totius synodi gerẽtes papę in cõmisso præferri. fuit credo ille papa sanctus Damasus q̃ hanc rescripsit: quoniã vt ex immediate sequenti epistola lxxiii habet/tunc Damasus illis temporibus fuit. vbi dicit Ambro. Nã et ante bienniũ misit ad me sanctus Damasus Romanæ ecclesiæ sacerdos/iudicio dei electus. Quare cõcluditur vniuersale cõciliũ rite adunatũ/ licet graduationes inter se habere possit: quo ad iudicia est tamẽ semp maioris auctoritatis / et minoris fallibilitatis/q̃ papæ tantũ. Ex quo seqtur corollarie/vniuersale cõciliũ etiam in alio q̃ hæresis casu papã deponere posse. sicut hoc etiã de Benedicto xii. et Ioanne xxiii. legitur, et hoc pbatur ex. c. i. de renũc. lib. vi. Quia si papalitas ab hoc subiecto materiali scilicet isto homine est iudicio ipsius papæ dũ se inutilem iudicat remouibilis/vt ibidẽ. et hic habetur maioris auctoritatis esse cõcilii iudiciũ q̃ papæ tãtũ et minus fallibile: tunc clarũ est/q sicut papa tũc potest ex causa legitima cessare ab administratione/ita etiã subiecti cõmuni cõcilio possent ex eisdem causis in præstãdo obediẽtiã cessare/quãdo inutiliter administraret. dũ enim prælatus eligitur: eligitur vt præessendo psit. i. q. i. §. ecce cũ honore. viii. q. i. qui episcopatũ. xxviii. q. i. iã nũc de renũc. nõ cũ pridẽ. §. porro. xxiii. q. iiii. qsqs. vnde quãdo inutilis est tũc conditio tacita/secundũ quã cõsensus interuenit: et cessante causa pꝑter quã electio facta est/præstãt illã auctoritatẽ sic ipsi cõcilio. a fortiori/q̃q̃ seipm in illo c. primo papa habere dicit. et nõ habet aliquis ratione vtens in hoc dubiũ/quin maior sit potestas ipsius cõcilii ecclesiã repræsentantis in papalitatẽ: vt secundũ vtilitatẽ ecclesię/ materiale eius subiectũ disponatur/q̃ in iudicio vnius hoĩs in ipsam papalitatem sibi noĩe ecclesiæ et pꝑter ipsam adiunctã. Posset forte dubiũ esse/an cõcilium exercitiũ administrationis a vero et vnico papa ad tempus/vel ad beneplacitũ tollere posset nõ pꝑter impotentiã cõcilii/sed pꝑter rei contradictionẽ: quũ ex supioribus pateat et etiã inferioribus/papatũ in libera administrãdi potestate tantũ cõsistere. vnde illa sublata: videtur papatus sublatus. tamẽ quia in Cõstantiensi/ et isto Basiliensi cõcilio certa decreta sunt cõtra papã edita sub suspensionis pœna: negare nõ possum/ papã suspẽdi posse. licet ego prima frõte nõ vellem negare/illa suspensione nõ obstãte in foro cõscientiæ: vbi est propria supma potestas papæ/q̃diu papa est vere absolutum esse/et ad illam potestatẽ hanc suspensionẽ extendi nõ debere/ quia illa videt diuinitus papatui annexa: licet præter illã potestatẽ, omni alia quæ a iure vel hoĩe aut foro extrinseco depẽdet/quo ad exercitiũ careat. Verũ si conciliũ expresse exercitiũ ligandi et soluendi ab eo etiã in foro pœnitentiali p suspensionẽ tollere vellet: tũc oporteret dicere/aut ipm depositũ p tunc/aut qd aliud esse papatũ: q̃ liberã administrationẽ sup omnes ligandi et soluendi. qd pdictis cõtradiceret/et nouũ esset.

Iudiciũ cõcilii infallibilius iudicio papæ.

Papa nõ hęreticus deponi potest

prælat⁹ inutilis deponi potest.

Papatus in quo consistat.

Papã suspẽdi posse q̃renus verũ sit

¶Ex his et supius tactis manifestũ est/quia qsqs præsidens figurata generalitate subditos figurat: modo quo papa cõfusissime totã ecclesiam. pꝑpiquiore autẽ modo suũ patriarchatũ. adhuc pꝑpiquiore suam metropolim. adhuc certiori suum diœcesim. adhuc certiori suum clerũ. et vltimo quasi in vno corpore suum quotidianum consilium figurat. vnde euenit vt cardinales aut legati prouinciarũ qui assistũt Romano põtifici: principalia mẽbra et ps corporis papæ dicantur. Deinde etiã est ex hoc manifestũ/q quãto pticularior est præsidentia/tanto certior est repñtatio/quæ apd ipm præsidẽtẽ est/et minus cõfusa. vnde pꝑter hoc/ quia vt dicit Hiero. ad Rusticũ vii. q. i. in apibus. oĩs ordo ecclesiastic⁹ rectorib⁹ vtitur in qbus demũ ad vnũ deuenit. Isti autẽ rectores per consensum iure diuino et naturali cõstitui deberẽt. et vt Anatius papa dixit/tũc oportet vt q oĩb⁹ pesse debet: ab oĩbus eligat. lxvi. di. archiepũs.

Hiero.

Eps non est qui non electus.

et q̄ nullus detur inuitis: vt infra dicet. quoniã secundũ sanctũ Leonẽ nulla rõ sinit vt inter episcopos habeat nõ electus. Ad hoc enĩ vt vnũ corpus in cõcordãtia cõstituat ex subiectis et p̄sidẽte ratio et naturale ius sil' et diuinũ exigũt in hac spirituali vnione matrimoniali cõsensum mutuũ: quẽ ex omniũ electione et electi cõsensu depræhendimus. recte sicut inter CHRISTVM et eccl'iam sp̄ualem matrimoniũ ex cõsensu cõstituit. vt vii. q. i. sicut et aliis. c. ibidẽ. et similib⁹ multis. lxii. di. et lxiii. di. et xxiiii. q. i. pudẽda. et. lxiii. dist. metropolitano. vñ licet inuitis tradi possũt sacramẽta / nõ tñ matrimoniũ: quia ibi cõsensus est de essentia. xxvii. q. ii. §. i. et. xxxii. q. ii. §. i. et notat glo. i. q. i. cõstat. eccl'ia autẽ est vxor siue sponsa presbyteri. xxi. q. iii. sicut. cũ sil'ibus infra. de hoc infra plura dicent. vnde sic recta ordinatio seruari deberet: tunc

Curati eligendi sunt.

textus cõcilii Toletani. l. i. dist. q in aliquo. et. lxii. dist. nulla. et dist. in noĩe dñi cũ filiibus seruari deberẽt: vt plebani et curati eligerent / aut saltẽ de eorũ cõsensu vtiliter p̄uideret. vt lxvii. di. reliqui. lxiii. di. si in plebibus. et deinde cõcurrẽte eorundẽ laicorũ cõsensu clerus episcopũ. lxiii. dist. plebs. et. c. nosse. et episcopi cũ cõsensu metropolitani. lxvi. di. archiepi / et metropolitani p̄uinciarũ cũ cõsensu ep̄orũ legatos prouinciarũ asciscentes Romano põtifici / q cardinales vocarent: et illi Cardinales papã de cõsensu metropolitanorũ / quantũ possibile foret. Si autẽ ob p̄icula diuturnæ vacãtię nõ videret vtile cõsensum expectare / qd̃ tũc fieret sicut hactenus meliori ordine: hoc mõ Romanus põtifex secũ cõtinuũ haberet cõcilium ordinate rep̄ntatiuum vniuersalis ecclesiæ / cũ quo absq; dubio eccl'ia optime regeret. Vñ qñ sub pœna excõmunicationis latæ sentẽtiæ canõ. xxvi. viii. vniuersalis cõcilii statuit patriarchale iudiciũ p̄ firmo seruari debere dicit iustũ rationabile et sine suspicione esse: eo q̄

Epi olĩ cardinalibus maiores.

apud eũ honorabiliores quiq; colligant. et nõ dixit canõ de cardinalibus Romanis: quoniã vt colligitur ex canone præsul iũcto. c. nullã. ii. q. v. tũc episcopi semp p̄cedebant cardinales: quoniã maiores eis sunt. vt ii. q. vii. q̃q̃ in glo. quoniã cardinales de clericis Romanis sacerdotes et diaconi fuerũt. vt ibidẽ. et lxxix. di. si qs pecũia. et c. oportebat. et c. si quis ex epis. Cardinalitas enim quandam eminentiã significat / vt p̄bat tex. xxiiii. dist. presbyteri. vbi cardinalis põtifex p̄ metropolitano ponitur. et hoc etiã p̄batur. xciii. dist. a subdiacono. et supius dictũ est secundũ Leonẽ nonũ / et p̄ archi. xxii. di. sacrosancta. vbi dicit papã inter cardinales numerari. et q̄ episcopi dicant etiã cardinales. xxi. q. i. relatio. vii. q. i. pastoralis. lxxi. di. fraternitatẽ. sed text⁹ præallegatus loquit de metropolitanis et legatis p̄uinciarũ: q ad patriarchale cõcilũ iuxta canonẽ xvii. tenebant concurrere. quare in finẽ vniuersalis boni regiminis quia plena vniuersalia cõcilia difficulter colligunt: hanc putarẽ primã radicẽ refor-

Cardinales ex legatis p̄uinciarum cõstituendi

mationũ / vt cardinales ex legatis p̄uinciarũ cõstituerent. quorũ cõciliũ cũcta grauia / aut ordinationi vniuersali canonũ obuia / cũ subscriptione tã papæ q̃ cardinaliũ expedirent: vt ex subscriptione certa sciẽtia et strictũ examen interuenisse videret / vt sic debita canonibus seruatet reuerẽtia / et nihilominus vtilitati et necessitati in p̄ticulari casu succurreret. Fungunt enim Cardinales vice metropolitanorũ. xxiii. di. in noĩe dñi. et notat Hosti. in sũ. de pœn. et re. §. tui papa. vet. alii dicũt. Igit sicut metropolitani p̄uinciarum p̄ electionẽ prouincialiũ constituũtur: ita et cardinales qui eorum vices gerunt / iuxta prænarrata cõstitui debent. et maxime hoc tempore istud necessariũ foret: quoniã nõ sicut antiqtus metropolitani et epi / q̃q̃ forte iurẽt adhuc ex forma antiqua. vt c. episcopi et se. xciii. dist. annuatim ad papã cõueniunt. quorũ cõcilio solebant Romani põtifices in decidẽdis arduis vti. et fuit huiõi obseruatio adeo stricta / p̄serti de metropolitanis / vt legit in xvii. canone. viii. vniuersalis

concilii/q ipsi neq praeter duas synodos puinciales/neq principū saeculariū voca-
tione poterant excusari.hodie autem etiā si in curia forent Romana:tanq alieni ad
consilium papae nō vocātur.quod absurdū est:maxime quando vniuersalis ecclesiae
casus aliquis/vel alius quoquo modo ecclesiam vniuersalem respiciens tractat. qua-
re necesse foret tales legatos puinciarū Cardinales cōstitui ex multis vtilibus cau-
sis: quas quisq intelligēs facile concipit/ qui cursum Romanae curiae aliquo pacto
cognoscit.

Cap.XIX.

SI iura ac dicta sanctorū patrū/quae loquitur nullum ad praesidentialem eu-
tam ordinari debere/nisi electū ab iis qbus praesidere debet/ seruarent/ vt
suae praesidentiae originē ab iis se habere cognoscat qbus praeest/et sic absq
supbia in amore pascat:tunc videremus quō ex ordinatis gradualibus electionibus
ad hoc recte deuenitur.quod supius p sanctū Augu.dictū est: scilicet q de petra/ id August.
est ecclesia fideliū Petrus oritur.nō q potestas praesidentialis quae in praesidentibus
est/a populo totaliter ortū capiat.sed sicut praehabitū est superius:tunc sacerdotiū
qd est vt anima ī ecclesia militāti.anima autē secūdū eius motiuā et sensitiuā partē
cōsiderata educit de potentia materiae. secūdū autē rōnalem eius ptem cōsiderata:
a deo est.Sic sacerdotiū capit ab inferiori populo fideliū illam praesidentialē motiuā
vegetatiuā/et sensitiuā potestatē:quae potestas exit de potentia materiae subditorū
p voluntariā subiectionē.a deo autē p sacramēta capit potestatē rōnalis animae:quae
de sursum venit/ vt sic possit in dulci cōcordantia supna potestate p mediū electae
et traditae potestatis influere in corpus subiectorum/quae ad salutarem vnionē cum
CHRISTO capite pficiūt. Vnde Hormisda papa episcopis Hispaniae. Ne benedi-
ctio quae p impositionē manus a deo esse creditur/pretio cōparet: qs nobile putet esse Hormisda.
quod vendidit/iustum sacerdotibus ordinādis tenere etiā seruet electio:vt in graui
munere populorū diuinū credat esse iudiciū. ibi enim deus: vbi simplex sine praui-
tate consensus.Haec ille.Et qq summorū sacerdotū delectionē sibi deus reseruauit:
electionē tamē eorū fideli populo cōcessit.lxxix.di.c.si.et ille gratia diuina praefert: Electio sum
q cōmuni cōsensu eligit.viii.q.ii.dilectissimi.de quo infra latius. Et pulchra est haec morū fideli
speculatio:quō in populo oēs potestates/tā spirituales in potentia latent/q etiā tem poplo data.
porales et corpales.licet ad hoc q ipsa praesidētialis potestas in actu cōstituat.neces-
sario desup cōcurrere habeat radius formatiuus q hanc cōstituat in esse. quoniam
omnis potestas desursum ē.et loquor de ordinata potestate. Sicut recte terra est sex Terra.
elementorū:de ea tamē potētia mediāte influentia caelesti/ varia vegetabilia et sen-
sibilia educūtur.quare nō inepte abbas Ioachim sup Apocalyp.dicit/ populū/patris Abbas
figurā/clericos singulares/filii/et religiosos/spiritus sancti gestare. quoniā sicut filius Ioachim.
a patre: ita clerici a laicis. et sicut spiritus sanctus ab vtroq: ita religiosi a laicis &
clericis procedunt.

Cap.XX.

ALiō occurrēte dubio/an ita p decreta vniuersalis cōcilii papa ligari possit. Dubium.
Q, i cōtrariū nō possit:facile ex scriptis potest respōderi.quoniā si vniuer
sale cōcilium pprie acceptū est supra papā(vt praedictū est)solutū est du-
biū.vnde q̄uis papa in.c.significasti de elect.supra cōciliū.et.c.proposuit de concess.
prae.supra iura esse se dicat,hoc est verum de concilio generali suo: vbi vt patriar- Cui cōcilio
cha psidet.et de iuribus ibi aut alioqui in aliis pticularibus cōciliis p eū editis. licet papa praese
ob principatū sup oēs de ecclesia epikiam fatear ita sedi apostolicae alligatā/q tolli rat:et cui
quo ad pticulares casus nō possit/qn dispēsare/et iterpretari liceat saepe ob vtilitatē non.
et necessitatē ī aedificationē ecclesiae/et solū ad illū finē. Q, autē canones vniuersalis

Papa canones abolere nequit.

conciliorũ tollere non possit/vel mutare/vel aliquid in cõtarariũ cõdere. textus est notabilis.xxv.q.i.cõtra statuta.vbi Zozimus papa dicit: contra statuta patrũ aliqd condere vel mutare/nec huiusmodi sedis potest auctoritas. Et idem Zozimus Aurelio/et vniuersis episcopis p Aphricã/et p Gallias.cõstitutis dicit. Cũ aduersus statuta sanctorũ patrũ venitur: nõ tantũ illorum prudẽtiæ atq; sententiæ quę in æuũ victura sanxerunt:sed ipsi quodãmodo fidei et catholicæ disciplinæ irrogatur iniuria.Quid enim tam sanctũ et venerabile est/sicut penitus nõ exorbitare ab itinere maiorũ:quorũ canonũ statuta veluti quædam fundamenta sunt ferendis fidei nostræ ponderibus/Hæc ille.Hæc etiam ꝓbantur ex eo ꝙ Damasus papa ad Paulinũ scribens/iubebat ad fidem reuertentes se subscribere debere:non tantũ fidei Niceni concilii symbolo/sed et canonibus.pro quo facit.c.i.ii.et.iii.ca.dist.et quia textus supra allegatus dicit contra statuta patrũ:id est canones . vt est tex.xx.di. de libellis.qui textus in fine cum dicto Zozimi bene cõcordat.quia dicit ad effectũ/suumq; ꝑfectũ sancta euangelia vtiliter retinere vel credere nõ ꝓbatur/qui sanctorũ statuta(quos canones dicimus) non obseruat.

Grego.

Et sanctus Gregorius papa i Registro ad Ioannẽ episcopũ Larissenorũ in epistola q̃ incipit.Frater noster adoramꝰ.in fine dicit.Hæc enim cõsona sanctis patribus definitione sancimus:vt q sacris nescit obedire canonibus:nec sacris administrare:nec cõmunionẽ capere/ sit dignus altaribus. Et tales canones qui ita ab omnibus venerari debẽt: in vniuersalibus cõciliis cõstitui oportet.xvi.dist.habeo librũ.et vocantur generalia : vt de canonibus Calcedonensis concilii Gregorius in Registro ad Secundinum in epistola quæ incipit.Dilectionis tuæ /dicit:vbi ait.sancta Calcedonensis synodus vsq; ad definitionẽ fidei et prolationẽ canonũ de generalibus causis locuta est post ꝑlationem canonũ specialia certamina episcoporũ sopire curauit.Hęc ibi.Talia statuta vniuersalem statum ecclesiæ respicientia/papã retractare nõ posse notat Archi.xix.dist. ita dñs in fi.facit.c.sunt quidã et alia capitula ibi posita.xxv.q.i.Et iterũ.papa est pastor hominũ:cui proprie dictũ est.Pasce oues.sed regulæ et canones vniuersaliũ conciliorũ sunt editi pro correctione morũ.xxxi.dist.Nicena igitur.et illis papa obedire tenetur:et illis in pascendo vti debet/quoniã diuino cõsultu saluberrimos canones edidet sit/ vt ait Leo.iiii.papa.xxv.q.i.Ideo.Vnde supaddit cõcilium constantiense vniuersale /ꝙ nisi obedierit/puniri possit:quia nullam sedem magis exequi oportet vniuscuiusq; synodi constitutũ q̃ Romã /vt ait Gelasius papa.xxv.q.i.confidimus.

Leo.

Et Leo papa q̃ in.viii.cõcilio tuba euangelicæ veritatis legitur ad Martianũ Augustũ de canonibus Nicenis loquens dicit:ꝙ nulla possit improbitate cõuelli/ nulla nouitate violari.et addit.in quo opere auxiliante CHRISTO fideliter exequẽdo necesse est me ꝑseuerantem exhibere famulatũ:quoniã dispensatio mihi credita est. et ad meũ tendit reatum : si paternarũ regulæ sanctionũ quæ spiritu dei inspirante sunt conditæ me(quod absit)conniuente violentur.Facit textus eiusdem Leonis.xxv.q.i.quæ ad perpetuã.Et idem Leo de approbatione fidei Calcedonensis cõcilii generalis ad oẽs directa:quæ incipit.Omnẽ dicit infirmum atq; irritum esse quicqd contra canones Nicenos fit:quorum se asserit custodem.Causa autẽ quare non possit in contrariũ/ et cur eum exequi præ cæteris oporteat:quia vt dicit textꝰ /violatores ibidem/ quia

Canon duplex.

spiritu dei conditi sunt ad bonum regimen vniuersalis ecclesiæ. et hoc specialiter promouere spectat ad officium Romani pontificis. Canon itaq; vniuersalis concilii est duplex/et regula regiminis/et ædificationis ecclesiæ:qua maxime primum architectũ vti oportet/si recte sua potestate vti voluerit. Rectiores enim et indeuiabi

liores regulas nemo inuenire poterit/ q̃ sp̃us sanctus vniuersaliũ cõciliorũ inspira-
tor.vnde in gestis actione vi.viii.concilii.Zacharias Calcedonensis episcopus/dũ ti
obiiceretur sententia Romani Pontificis dixit papæ. Nicolai et aliorũ patriarcha-
rum canon princeps est/et secundum illum agẽtes nil faciunt extra id qđ decet.quũ
vero extra hũc faciũt:siue papa Nicolaus siue alius quisq̃/nõ acquiescimus.Et infra
Si facta sunt hæc a Nicolao cũ canone sequimur et cõuenimus et robotamus/et con
traria illis non sapimus.si vero sunt facta extra ius vel canonem:non nos illa vitupe
ramus seu pucimus/sed canon.Hæc ibi. Vnde quando Metrophanes respondebat
non dixit papam esse sup iura:sed dicit in quibus est causæ diuersitas: æstimationis
quoq; ac opinionis diuersitas debet accidere.et respondet quomodo secundũ regu-
las definiut quibus cõsuetudo obesse nõ potuit in cõtrariũ allegata aliquorum qui
de laicis et etiã neophitis ad patriarchale et archiepiscopale culmen ꝓmoti fuerũt/
dicens.Liquidũ est q̃: qui ea quæ rato fiunt positas leges nõ subuertũt.fuit enim an
tiquorũ maxima cura in seruandis canonibus/et frequẽter in principio canonũ cu-
iuslibet synodi statutum de obseruandis canonibus Carthaginensibus legitur:quæ
vel facta vel dicta superius cõpræhensa sunt/vel ab aliis cõciliis sunt scripta/custodi
re nosoporter.corruptor/laicus/clericus:cõmunione priuetur.vniuersi dixerũt:pla
cet/placet.Et adhuc fortius in cõcilio generali tempore Martini papæ renouatoris
canonũ/vt dicit glo.xviii.dist.proprii ante.vi. vniuersale celebrãti. in.ii.ca.legitur.
et repetitur.viii.actione.viii.cõcilii vniuersalis.Sed quis secundũ sceleratos hære-
ticos quocunq; modo/aut verbo/aut tempore/aut loco/terminos transmittat illici-
te:quos posuerunt firmius sanctæ catholicæ ecclesiæ partes/et sanctæ et vniuersa-
les quinq; synodi/nouitates temere adinuenire/et fidei alterius expositiones/ aut ty
pos/aut leges/aut definitiones/aut libellos.Et infra/cõtra pias orthodoxorũ catholi-
cæ ecclesiæ:id est paternas et synodales prædicationes hæc impie agens nisi pœni-
tuerit:in sæcula sæculorũ sit cõdemnatus.et dicet omnis populus:fiat/fiat. Et Mar
tinus papa se cũ aliis subscripsit.Ex quo habes/q̃ de vniuersalibus cõciliis canõ lo-
quebatur:quoniã Romani pontifices ad illos obligantur.quare in vniuersalibus cõ
ciliis/canonibus se subscripsisse leguntur.non autẽ sic de generalibus suis conciliis.
Non enim dicit iste canon de omnibus canonibus/ et legibus/ et definitionibus pa-
trum:sed dicit quinq; vniuersalium cõciliorũ/quæ tunc celebrata tantũ fuerãt. sic
Leo ad Maximũ Antiochenũ patriarchã scribit/canones Niceni concilii inuiolabi-
les.et q̃ Romani pontifices qui ad ꝓfessionem vniuersalium cõciliorum/sicut et alii
patriarchæ tenẽtur/etiã ad canonũ obseruantiã ratione illius ꝓfessionis teneantur.
ꝓbat tex.sancta.xvi.dist.vbi ponitur forma ꝓfessionis:scilicet ꝓfitetur papa octo cõ
cilia vsq; ad vnũ apicẽ se seruaturũ/et quæ statuerũt et prędicauerũt omnibus mo-
dis sequi. Hoc etiam ꝓbat textus. xv.dist. sicut et q̃ sanctus Grego. in illo.ca. sicut
nõ solum de fide/sed etiã canonibus intellexit.ꝓbat tex.ipsius.l.dist. sicut sanctitas.
Idem etiã ꝓbatur ex ꝓfessione Leonis noni ad Petrũ Antiochenũ : vbi post septem
vniuersalia cõcilia dicit.Quicquid supradicta vniuersalia cõcilia senserũt et collau
dauerũt:sentio et collaudo.Et in Pannormia sancti Iuonis Carnotẽsis episcopi seri- Iuo Carno-
bitur professio Romani põtificis ex libro Romanorũ pontificũ sub hac forma. Pro- tensis.
fiteor diligentius et viuacius omnia decreta canonica omniũ prędecessorũ aposto-
licorũ nostrorũ pontificũ:quæ vel synodaliter statuerũt/ et cõfirmata sunt cõfirma
re/et indiminuta cõseruare.et sicut ab eis statuta sunt in sui vigoris stabilitate cu-
stodire:quæq; vel quousq; abdicauerũt vel cõdemnauerũt simili sentẽtia condẽna-

re et abiudicare. Et post hoc sequtur alia ꝓfessio ex libro põtificũ q dicitur. Diurnus.
Nihil de traditione quã a ꝓbatissimis ꝓdecessoribus meis traditã et cõseruatã repe
ri/diminuere vel immutare/vel aliquã nouitatẽ admittere:sed feruẽter vt eorũ ve-
re discipulus et sequpeda totis mentis meæ conatibus/quæ tradita canonice reperio
obseruare et venerari ꝓfiteor. Ex quibus patet/ꝙ sancti antiqui Romani põtifices nõ
ita præsumebãt de sua potestate:sed fuerũt humiles/etiã se purgando corã synodo
sua nõ vniuersalis ecclesiæ. dico synodũ vniuersalis ecclesiæ/cõciliũ vniuersale. De
istis purgationibus. ii. q. iiii. mandastis. vbi glosa cõparat papã decano: q se potest co
rã suo capitulo purgare. sicut Syxtus corã synodo. et. c. auditũ. et. c. omnibus nobis.
immo Leo papa submittit se oĩbus pœnis in legibus cõtentis Martiani/si nõ serua-
uerit/ꝓpter suã cõfirmationẽ: vt ipse scribit ad Leonẽ Augustum de sua erga leges
cõsensione. Si cõtrafecerim eis (inquit) me vltionũ cõditionibus subdo: quas non solũ
beatæ memoriæ principis Martiani auctoritas / sed etiã ego mea cõsensione firma-
ui. Ex quo habetur/ꝙ quãdo papa se subiicit: tũc nõ habet dubiũ eũ sententia illius ob-
ligari. vt notat glo. in. c. si papa. xl. di. sed hic ꝓbatur papã ex cõsensu subscriptionis/
legibus subiici. et quũ supius de ꝓfessione apertũ sit/papã in scriptis vniuersaliũ cõ
ciliorũ canones approbare: igitur et subiicitur. Et vlterius vt dicit rubrũ sexti capituli
cõciliorũ Aphricæ: q cõtra suã ꝓfessionẽ vel subscriptionẽ venerit/ in cõcilio depo
natur. Et dicit textus ad interrogationẽ Gẽnadii epi ab vniuersis epis dictũ est. Qui
cõtra suã ꝓfessionẽ vel subscriptionẽ venerit: ipse sese ab hoc cœtu separabit. Ecce si
papa/aut ꝓfitetur/aut subscribit se statutis: si nõ seruat/se dãnat/vt Leo papa dicit su-
pra. Et vide ꝓfessionẽ Leonis quarti de legũ obseruatione ad Lotharium Augustũ: quẽ
et pontificẽ noĩat more antiquorũ. x. dist. de capitulis. Et ex isto fundamẽto subscri-
ptionis/ac ex supscriptionibus Romani põtificis supius insertis in suis patriarcha-
libus cõciliis/nõ esset absurdũ dicere/papã etiã synodice ꝑ Romanã ecclesiam edita
tollere aut immutare nõ posse ꝓpter subscriptionẽ. tũ quo ad hoc refert: quia etiã si
statuta patriarchalia ꝓpter subscriptionẽ immutare nõ deberet/tamẽ si faceret nõ
esset dicendũ/ꝙ ita parũ valeret reuocatio seu immutatio/sicut si statutũ vniuersa-
lis ecclesiæ catholicę immutaret. quoniã nõ obligatur papa ad illius obseruantiam ex
subscriptione tãtũ; sed quia ex maiori auctoritate quæ supra ipm est ꝓdiit. Fortius
ergo dicẽdũ est/ꝙ canonibus vniuersalibus subsint: quibus se Romani põtifices ꝑ suos le
gatos subscripserũt. facit bene tex. ii. q. vii. nos si q hoc satis ꝓbat cũ. §. Itẽ Hierony-
mus. et. §. Itẽ Symmachus. q. §. cõtra. §. huic etiã. xvii. dist. videtur dicere ꝙ Symmachus
in Romana synodo/sua dignitate fuit spoliatus. et hoc fuit verũ de facto: sed restitu
tus/quia nõ poterat iuxta. §. huic etiã. ii. di. et ista in originalibus gestis ꝑ Ennodiũ
diaconũ solenniter et elegãter dictatis de illo cõcilio videri poterũt. facit ad ꝓdicta
etiã. c. sequẽs ibidẽ. Et hãc subiectionẽ/scilicet ꝙ Romanus põtifex subsit cõcilio vni
uersalis ecclesiæ ex alio depꝛehẽdimus: quia legati apostolicæ sedis q leguntur in vniuer
salibus cõciliis fuisse dũ ad cõciliũ loquerentur adinstar sancti Petri: q surrexit in cõci
lio Hierosolymorũ dũ loqueretur in signũ subiectionis et reuerẽtiæ/surrexisse leguntur.
Sic legitur in. vi. vniuersali cõcilio Cõstãtinopoli celebrato/in prima actione. Et exur
gẽtes q locũ tenebãt apostolicæ sedis Romæ. similiter et in aliis cõciliis ita legitur. Simili-
ter inuenitur eplãs et scripturas Romanorũ põtificũ ad cõciliũ missas vniuersale cõ-
ciliũ examinasse. In tertia actione octaui cõcilii lecta epistola Adriani papæ a conci-
lio vicarii senioris Romæ interrogauerũt /an canonice et synodice facta fuisset epi-
stola. Sãcta synodus dixit. Canonica/et ordinata/ et plena iustitia est epistola: quæ le-

Leo se legibus canonũ submisit.

Vniuersali cõcilio papa subest.

cta est sanctissimi papę Adriani.Et Metrophanes deo amātissimus episcopus Smyrnæ surgēs/dixit.Cognouimus sanctissimi papæ Romani sollertē locutionē et pudorē:quē in diuinis/et circa diuinorū canonū custodiā et obseruātiam habet.Et Nicolaus papa ad impatorē Michaelem dicit/hanc sanctā apostolicā ecclesiam caput oīm ecclesiarū:quæ semp sanctorꝝ patrū syncerissimas auctoritates in oībus actibus seqt̄.Et habetur in eodē cōcilio octaua actione quarta/ et cōsequētet in epistola Nicolai papæ ad Phociū/quæ sic incipit.Postq̄ quæ ibidē habet.In qua postq̄ Nicolaus papa primatū apostolicæ sedis deducit/et ꝙ ex illo primatu/ Romano pōtifici immineat pro oībus q CHRISTI censent̄ nomine/cura: cuius rationē in æterno examine reddere habet.subiūgit/quō vniuersitas credētiū a Romana ecclesia doctrinā requirit/ et integritatē fidei deposcit et criminū solutionē:qui dei gratia digni sunt/quoniā caput ecclesiarū est,a qua rectitudinē atq ordinē in cunctis vtilitatibus atq ecclesiasticis institutionibus omnes ecclesiæ exqrūt:quia ipa Romana ecclesia canonicas et synodicas sanctorū patrū sanctiones inuiolabiliter atq irrefragabiliter retinet.et hinc est/ꝙ eius iudicium firmū est.Ecce ex hoc habes cām firmitatis apostolici Romani iudicii/ex inuiolabilii canonū irrefragabili obseruatiōe esse : sic idē in cōcilio suo ex tota Romana ecclesia cōgregato.c.vi.dicit.Quoniā oportet nos maiorū nostrorū/immo toto mētis intuitu cōseruare/et in oībus sanctorū patrū semp dogmata venerari.et habet̄ actione vii.et in isto fundant̄ textus eiusdē Nicolai.ix.q.iii.patet.xvii.q.iiii.nemini.q dicunt sententiam papæ a nemine rettactari posse.sed si iniusta esset:retractaretur /et in dubio examinatur p vniuersale cōciliū. vnde in quarta actione octaui vniuersalis cōcilii/quando vicarii apostolicæ sedis resistebāt:ne semel iudicata p Nicolaū papā in synodo retricarentur.obtinuerūt principes et senatores:q dixerūt /se nolle gestis vt testes subscribere/ nisi admitterent̄ iudicati i synodo ad replicandū contra huiusmodi iudicata.Et surrexit Metrophanes Metropolita Smyrnæ/et dixit.Probantes verba magnificētissimorū principū/ inuenimus ea iusta et congruētia:hinc fauemus omnes episcopi/et sancta hæc synodus.Ecce ꝙ ex decreto synodi vniuersalis fuit iudiciū Nicolai papæ/ et sui cōcilii de Phocio. iterū in vniuersali cōcilio resciscentibus etiā vicariis senioris Romæ examinatū et deputatū.Ex quo apparet maioritas cōcilii vniuersalis sup papā et patriarchalem synodum.Sic Leo papa ad omnes episcopos per vniuersas ꝓuincias cōstitutos de omniū prædecessorū suorū epistolis dicit/omnia decretalia cōstituta/tam a beatæ memoriæ Innocentio/q̄ aliorum oīm prędecessorū:q de ecclesiasticis ordinibus/ et canonū ꝓmulgata sunt disciplinis/ita vestrā dilectionē custodire debere mādamus: vt si qs in illa cōmiserit/ veniā sibi deinceps nouerit denegari.xcix.di.si Romanorū.Similiter loqtur Damasus papa/vt habetur.xxv.q.i.omniū.et Hicmarus cōtra Laudunēsem/hanc epistolā ptractās dicit. Aduertendū quoniā Promulgare est vulgo ꝓmere.et nō dicunt illi pōtifices de simplici legum vel canonū ꝓmulgatione:sed de decretalibus/de canonū disciplinis ꝓmulgatis. vnde quādo obuiāt canonibus:potius canonibus est obediēdū.xix.dist.§.hoc autē.et c.secundū.§.quia ergo. vbi probātur maioris esse auctoritatis veterum canones/q̄ Romanorū pontificū decretales obuiantes eis.et confirmatur sic.Manifestū est/decretum synodi:cui interest p legatos auctoritas Romani pontificis/maioris aut saltem æqualis esse auctoritatis cū decretalibus papæ.sed sic est/ꝙ talia concilia possunt prouincialia dici.iii.dist.§.porro.et alio vocabulo localia.i.q.ii.conuenientibus.Prouincialia autem per vniuersalia corrigi posse/dubium non est:vt superius est ostensum.et textus est.ii.q.vii.puto.§.itē

Promulgare.

Canones ꝓferunt̄ decretalibus.

quũ Petrus, vbi dicit sanctus Augustinus praeferendũ esse statutũ vniuersalis concilii auctoritati vnius episcopi vel ꝓuincialis concilii. et facit optime ille textus ad propositum vt patet ex eius assumpto: ſi Paulus corripuit Petrum / igitur a fortiori vniuersalis cõcilii auctoritas. Item Innocẽtius scribit de canonibus Nicenis et Sardicensibus. Et Bonifacius ad Rusticũ Narbonensem: q dicit sanctos patres in Nicea spiritu sancto suggerenre / et aliter credendũ non esse sibimet canones statuerũt. et addit. Vt aduertat charitas tua adeo nos praecepta canonũ seruare: vt similiter cõstitutio nostra definiat. hoc etiã in epistola Celestini ad vniuersos episcopos p Calabriã cõstitutos. Et Leo papa ad Anatholium Cõstantinopolitanũ dicit / Nicenos canones vsq in finem mũdi mansuros p sanctos patres conditos: q apud nos in suis constitutionibus viuunt. et si quid p aliquẽ aliter statuendo pręsumitur: sine cũctatione cassatur. Et ad eundẽ. Illa (inqt) Nicenorũ canonũ per spm̃ sanctũ ordinata cõditio nulla est vsq̃ ex parte solubilis: quũ tãto diuinitus priuilegio sit sancta synodus cõsecrata: vt siue p pauciores / siue per plures ecclesiastica iudicia celebrentur: omni penitus auctoritate sit vacuũ / quicqd ab illorũ fuerit constitutione diuersum. Ideo ad Maximũ Antiochenũ. quicqd ꝓpter speciales causas synodalium ad examẽ episcopale affertur: potest aliquã diiudicandi habere rationem: sed nihil de eo est a sanctis patribus apud Niceã definitum. Nã quod ab illorũ cõstitutionibus et regulis discordat: apostolicae sedis nunq̃ poterit habere consensum. Et idẽ ad Anastasiũ. A regulis pręstatutis nulla aut negligentia / aut praesumptione est decedendum. Et Gelasius in generali decreto ad omnes episcopos. cũ nobis cõtra salutariũ reuerentiam regularũ cupianus nil licere. de conse. dist. i. basilicas. vbi tex. cõiuncta glo. tenet ꝙ quũ Romana ecclesia sit suprema / et pio deuotoq ꝓposito studeat seruare canones / et etiã ꝓpter vtilitatẽ alicuius fortassis non relaxet: ideo totũ corpus ecclesiae canones seruare debet. Item Ormisda ad sanctũ Remigiũ Remensem archiepm̃.

Remigius Remensis.

Paternas regulas decreta sanctissimis definita cõciliis ab oĩb⁹ seruãda mandamus: iis quantũ dignũ est reuerentia custoditis / nullum relinquet culpae locũ sanctae obseruationi obstaculum. ibi fas nefasq praescriptũ est. ibi ꝓhibitũ ad quod nullus audeat aspirare. Ex qbus satis lucide patet opinionẽ antiquorũ nõ fuisse / papã per vniuersalia concilia ligari non posse: sed potius ꝙ ipse inter omnes tanq̃ caput regulis traditis p vniuersale conciliũ vsus semp fuit / ac etiã vti oportere / confessi sint. Et dicit Fabianus papa xi. q. iii. qui omnipotentẽ deũ metuit / nec cõtra euangeliũ CHRISTI / nec cõtra apostolos / nec cõtra ꝓphetas / nec sanctorũ patrũ instituta agere aliquid vllo modo consentit. Ecce ꝙ Romani pontifices deũ timentes agere nõ cõsentiunt contra sanctorũ patrũ instituta. Et adhuc alio argumento idẽ ꝓbatur. Manifestum est Leonẽ papã in certis capitulis cõstitutiones Calcedonensis cõcilii pręsertim / ꝙ Constantinopolitana praecedere deberet Alexandrinã / nõ recepisse: sed semp reclamasse. et post eum quosdã alios / et tamẽ decretũ cõcilii semp obtinuit: vt patet de priuile. antiqua. et. xx. dist. renouãtes et in sessionibus et subscriptionibus conciliorũ post Calcedonense. Si autẽ papa in sua potestate haberet posse decreta vniuersalium conciliorũ tollere: obtinuisset Leo et aliquot eius successores: quod verũ non est / iuxta praemissa. Hoc etiã est aduertendũ / ꝙ licet tribus capitulis Leo papa de capitulis Calcedonensis cõcilii se opposuisset (vt Hicmarus late ꝑsequit in libro praeallegato) tñ nõ restitit tm̃ ex sua auctoritate / sed ex auctoritate cõcilii Niceni / cui⁹ canones iuiolabiles esse voluit / et eorũ custodiã dixit ad se pertinere: quibus illa capitula contrariari dixit. Sic similiter Aphricanũ cõcilium restitit Caelestino in co

Papa cõstitutionibus gñalis cõcilii cõtradicens nõ auditur.

ꝙ cõtra canonẽ Niceni cõcilii venite voluit. Et Cælestinus nõ dixit se hoc posse: sed
allegabat idem cõciliũ ꝑ se / et corrupte. quia non bene habuit translatũ: vt patet in
epistola concilii Aphricani ad papã Cælestinũ vrbis Romæ episcopum / quæ incipit
Domino dilectissimo. Reuertendo tamẽ ad Leonẽ: tunc etiã quia vna est auctoritas
omniũ vniuersaliũ cõciliorũ. xvi. dist. sancta. nõ etiã ꝑ ea parte obtinuit quo ad or-
dinem sediũ patriarchaliũ / vt ex supioribus est manifestũ. Deinde vt ꝓpius exem-
plum huius adducamus: cõcilium Basiliense vniuersale decreuit in secunda sessiõe
Romanũ põtificẽ cõtra. c. frequẽs cõcilii Cõstantiensis nõ posse etiã / quo ad loci mu-
tationẽ. licet etiam in eodẽ. c. frequẽs. nullum irritans decretũ cõtra Romanũ põti-
ficem sit positũ. Vnde bene est hoc aduertẽdũ / quoniã sine dubio ex inspiratiõe spũs
sancti: ita actũ est. et hoc ex stabilitate cõcilii depræhẽdi potest. Arguit enim sanct⁹
Augusti. in libro de trinitate contra Felicẽ ex instabilitate actitatorũ cõtra Arimi- August.
nense cõcilium. Videmus nunc mirabili modo actũ / ꝙ cõcilium Basiliense est forti- Basiliensis
ter dei grã firmatũ: licet in principio multis dubiosis fluctuationibus quassaretur. concilii fir-
et hoc solum a deo est: q est veritas ꝑmanens. ergo omnia acta a principio: per inspi- mitas.
rationẽ spiritus sancti credamus firmiter. Mirum satis cur in prima sessione posito
fundamento in c. frequens / cõcilii Cõstantiensis ad tria se cõuertit: scilicet extirpa-
tionẽ hæresum / reformationẽ morũ vniuersæ ecclesiæ / et pacẽ Christicolarũ. Inspi-
rabat hæc indubie spiritus sanctus: ne cũ papa forte resistere vellet / q̄uis dubitatio
vtilitatis cõcilii oriri posset / in his tribus iam definitio præcessit in Cõstantiensi cõ-
cilio amplius indisputabilis et immutabilis. ad hoc itaqꝫ firmũ ante etiã aduentum
aduersitatis se cõtulerat non absqꝫ diuino instinctu conciliũ. Subsecuta est præsens
translatio aut verius dissolutio cõcilii ꝑ papã. Post q̄ sequitur secunda sessio concilii
quæ in mirabili syllogismo cõcludit sic argumẽta. papa omnibus reformatoriis de- Syllogism⁹
cretis obedire tenetur. maior: est decretum cõcilii Constãtiensis. et minor: ꝓbatur
ꝑ textũ decreti frequens / tunc vltra obedire tenetur. ergo subest igitur tollere aut
mutare nõ potest. Si hunc syllogismũ spiritus sanctus indubie dictauit in hoc sacro
concilio: quid opus est amplius disputare aut dubitare / an ita papa per decreta re-
formatoria ligari possit: ꝙ in cõtrariũ venire nõ possit. Iterũ si Cõstantiense conci- Papa nõ po
lium dicit / papã nõ obedientẽ puniri posse: tunc vigor vt sit cõcilium nõ dependet test impedi
totaliter a papa. quia dũ nollet esse conciliũ / si tũc non esset: quomodo vnq̄ punire- te cõciliũ.
tur / qui ꝑ solum cõciliũ puniri potest / Itẽ decretũ Constantiense et Senense cõcilio-
rũ dicit patres Basileæ congregatos hoc tempore vere facere concilium. papa dicit
(quia ipse nõ vult) nõ esse. quis est adeo insanus / q diceret falsam esse cõciliorũ sen-
tentiã: in qua necessario includebatur auctoritas Romani pontificis / et verã esse vo-
luntatẽ papæ Eugenii. Si spiritus sanctus se Basileæ hoc tempore in vniuersali con-
cilio vellet ĩspirare dũ ederent decreta ꝑtactorũ cõciliorum: quomodo potest papa
Eugenius dicere hoc verũ esse / si ipse velit et non aliter / ac si inspiratio ipsius sancti
spiritus foret in potestate Romani põtificis / ꝙ tũc quãdo ipse velit inspiret. si enim
ad memoriã reducis / quomodo sancti patres in suis cõstitutionibus viuũt / et quo-
modo sicut vna est ecclesia aliis morientibus / et aliis in locũ succedentibus / ꝙ sic etiã
vniuersalia cõcilia sibi succedunt: tunc præfata facile intelligis. Nõ tamẽ negari de-
bet / quin Romanus põtifex epiicia vti possit. Legitur enim in prima actione octaui Epiicia.
cõcilii / Adrianũ scripsisse sic. Vt cũ Gelasio papa dicamus: necessaria rerũ disposi-
tione cõstringimur / et aplicæ sedis moderamine cõuenimur sic canonũ paternorũ
decreta liberare / et retro præsulũ decessorũqꝫ nostrorũ præcepta metiri: vt quæ præ-

sentiū necessitas tpm restaurādis ecclesiis relaxanda deposcit abhibita considera-
tione diligenti/quantū potest fieri temperemus: qđ et nos æqua possumus p luctā-
dis fratribus ratione psequi/et tpm necessitati cōsulendo penitus imitati. Hæc ibi.
et habeť.i.q.vii.necessaria.et ibi in.§.nisi rigor. Ecce hoc fatēdū ē eo modo quoscri-
bitur: vt in necessitate et vtilitate p restaurandis ecclesiis adhibita consideratione
diligenti/quantū fieri potest temperet. Et p hoc est notandū. §.sed sciendū.cū glo.
lxi.di.et.q.i.qđ ppter necessitatē in glo.quia ecclesiasticæ phibitiones habeant cer-
tas causas: tunc illis cessantibus licet ius ob suā generalitatē nō cesset: habet tamen
relaxatio locū.venire enim contra gn̄alem phibitionē in pticulari casu/vbi necessi-
tas vel vtilitas hoc suadet: quoniam iuris causa cessat/talis relaxatio nō proprie est
iuris relaxatio sed declaratio casum illū in ratione legis nō cōprehendi. xxviii.di.
de Syracusanæ.verū quia causæ illius declarationis/vel interpretationis/ dispensa-
tionis/aut relaxationis debent vere cōcludere ad hoc/ꝙ declaratio/relaxatio/ vel tē
peratio locū habeat: ideo sacrū Basiliense cōcilium/ quia causas in bulla dissolutio-
nis aut translationis Eugenii papæ positas nō inuenit veraciter cōcludētes: decla-
rauit hmōi dispositionē cōtra.c.frequēs cōcilii Cōstantiensis nullam/ ex inefficacia
causarū in bulla allegatarū/et p cōsequēs eum nō potuisse. nō dico tamē etiāsi cau-
sæ veræ fuissent/ipm solum tanq̄ sua auctoritate absq; concilii cōsensu potuisse. sed
si veræ fuissent/potuisset: quia cōciliū cōsensisset. et hoc pbatur actione quarta octa
ui concilii vniuersalis in epistola Nicolai papæ ad Phociū ad obiectionem Phocii de
Nectario in secunda synodo/de laico in episcopū Cōstantinopolitanū pmoto/respō
dendo dicit/necessitatē in causa dispensationis fuisse.et subiungit/ꝙ secunda syno-
dus nō cōfirmauit neq; sanxit ꝙ hoc iterū fieret: quia quod cōtra patrū atq; cano-
nicas sanctiones p necessitatis euentu fieri cōprobatur/non in auctoritate tenendū
est. Et infra. Ecce ppter necessitatē et inopiā clericorū Nectarius ppter ecclesiastica
Temperādi canonis causæ.
dogmata/et hereticorū expugnationē: q venerandas deponere imagines psumpse-
runt/Tarasius/et p miraculorū signa Ambrosius ad regendas ecclesias pmoti sunt.
Hæc ille. Ex quo habeť/necessitatē/vtilitatē/ aut miracula causas esse concludentes
tpamētū iuris siue generalis canonis.lv.di.priscis glo.tamē antiqua.i.q.i. qđ ppter
necessitatē.dicit ppter necessitatē/vt ibi ppter vtilitatē.vt.i.q.i. Dalibertus ppter
misericordiā.i.q.v.c.vlt.ppter cōsuetudinē multorū.iiii.di. deniq; ppter multitu-
Dispensandi causæ.
dinē.xxiii.q.iiii.nō potest.cōtra ius cōmune venitur qđ etiā cōtra conciliū Nicenū
qđ phibuit mutationes sediū/et translationes ex necessitate et vtilitate sepe dispen
satū sit.vii.q.i.mutationes.et.c.se. pbatur: quo autē ad necessitatē nō habet dubiū:
quia necessitas nō est subiecta humanæ cōstitutioni/immo excusat qđ contra eā fit
de cōse.di.i.sicut et di.iiii.sanctū.de vtilitate autē moderate adhuc agēdū est: vt nō
ppter cuiuscūq; vtilitatē relaxenť canones/ vt dicit Gelasius papa de conse.di.i.basi
licas.vnde Nicolaus papa.xxxv.q.ix.sententiā dicit ꝙ dispēsatorie Romana eccle-
sia p cōsideratione ætatū/tpm/et grauiū necessitatū adinstar Pauli aliqd agere po-
test. qđ tamē obseruandū est: qn̄ illa scilicet Romana ecclesia discretissima cōsidera-
tione hoc fieri delegerit: nō qn̄ ipsa quæ bene sunt definita retractare voluerit. q te-
xtus notādus est: qm̄ vt dicit glo.ibidē posse esse in bono.xxii.q.il.faciat.et ī ista dis-
pēsatiōe est notādus. §. sed sciēdū.lxi.di.et glo.in.§.his oībus ibidē.vn̄ nullo mō ne-
gari pōt quin ppter necessitatē aut euidētē vtilitatē papa dispensare possit contra
qđcūq; statutū/immo archi.dicit in.c.sanctorū.lxx.di.epm hoc posse: de quo late p
eū ibidē q inter alia dicit.ꝙ si canō aliqs hoc phiberet: irrationabilis fieret. et ponit

exempla/vbi episcopi contra concilia tam prouincialia/q̃ vniuersalia ex illis causis
dispensarũt.papa autem vltra hoc propter praerogatiuam personae:dispensare po=
test.de quo per eum ibidem. Et ex istis patet q̄ potestas superintendẽtiae/quae est ad
vtilitatem ecclesiae in papa:nõ est proprie supra canones/ sed ipsa declarat canones
in occurrenti casu/propter rationabiles causas locum non habere. et sic dispensatio
non est ꝓprie iuris in vera sua radice relaxatio:sed declaratio/et est apparẽs relaxa= Dispẽſatio.
tio tantũ.Quare si causae verae non subsunt quae concludãt hunc occurrentem ca=
sum sub ratione canonis non includi:non est vera dispensatio/sed potius dissipatio. Dispẽſād⁹.
immo adhuc ille cum quo dispensatũ est /quia canoni subest / a cuius obseruatione
nõ potuit nisi subsequẽtibus veris et rationalibus causis absolui secundũ praemissa/
q̃q̃ etiã papa eũ intẽdebat eximere p dispensationẽ:poenis et praecepto eius ita sub=
est/q̄ corã deo ipse sicut alii ligatur p eũ, licet ecclesia militãs hoc nõ iudicet:quia ꝑ
papa p̃sumit/q̄ scilicet ipse rite et iuste ex veris et rõnalib⁹ causis ipsam fecerit.et ita
dicit glo.ĩ verbo/adimplere.c.nõ est deuoto et doc.oẽs et ꝑ hoc et supius positis de
auctoritate vl̃is cõcilii textus Pelagii papę singularis:ex cuius registro notãdus est Pelagii de=
cuius tenor subscribit̃.Pelagius papa Valeriano patricio.Si qd de causa dãnationis cretalis.
triũ capitulorũ epĩ illarũ ptiũ dubitãt:quomodo consuetudo vetus habuit/ aut eli=
gant de suis doctis viros/aut vnusq̃sq; ꝑ se veniat/ et rõnem a nobis cũ dei gr̃a cõpe
tẽter accipiens/ad matris cõmunis sanctae catholicae eccl'iae viscera reuertat̃.Nam
qd̃ celsitudo vestra dicit/vbi cõuenire debeamus et quasi synodũ facere:istud cano=
nes nulli pmittunt post vl̃em synodũ/et post iudiciũ/qd̃ tanq̃ vno ore ꝓpe.iiii.milia
episcoporũ/tã in metropolitanis suis/q̃ singulares Constantinopoli ꝓtulerũt iterũ
contentionẽ ad mediũ reuocare.sed nec licuit aliquãdo/nec licebit ꝑticularem syn=
odũ cõgregari.Sed quoties aliqua de vniuersali synodo aliq̄bus dubitatio nascitur/
ad recipiendã de eo qd̃ nõ intelligũt rationẽ/aut spõte ii q salutẽ animę suae deside=
rant:ad apostolicã sedẽ ꝑ pcipienda ratione cõueniunt. Aut si forte sicut de talibus
dictũ est/peccator quũ venerit in ꝓfundũ malorũ contẽnit/ ita obstinati et cõtuma
ces extiterint vt doceri nõ velint:eos ab eisdẽ apostolicis sedibus attrahi ad salutẽ
quoquomodo necesse est/aut ne aliorũ pditio esse possint secundũ canones p secu=
lares opptimi potestates:data.xii.kal'.maiorũ.anno.xvii.xii.c.basilii.v.c. Ecce decre
talem Pelagii notandã in eo/q̄ definitionẽ vniuersalis cõcilii vltimã dicit:et q̄ pa=
pa nõ debet in definitis p vniuersale conciliũ dubia petẽtibus exoluere/et informa=
re dubitãtes.et haec decretalis multũ facit ad supiora:vbi de auctoritate cõciliorũ
dictũ est/et ad ꝓxime dicta: scilicet q̄ papae dispensatio cõtra canones vniuersales
nõ est nisi quaedã doctrinalis declaratio.vt autẽ bona cõsideratione et diligẽti am=
plius causarũ examinatio fiat/deputãdi sunt cardinales legati ꝓuinciarũ modo prę=
tacto.p hoc sacrũ cõciliũ:quorũ cõcilio et subscriptione examinẽt̃ causae/an ita fieri
expediat.Solebãt etiã aliquãdo Romani põtifices in sua ꝓfessione apte ꝓfiteri cardi
naliũ consilio et assensu/suũ se pacturos officiũ:vt haec habent̃ in ꝓfessione Bonifa=
cii octaui.vnde p horũ oĩm cõclusione/scilicet q̄ Romanus põtifex regulariter sal=
ua epiicia modo iã dicto obedire teneat̃ canonibus vniuersaliũ cõciliorũ: notet̃ ca=
non primus octaui vniuersalis cocilii/q declarat vniuersali ecclesiae canones tradi p
vniuersalia cõcilia.deinde q̄ vniuersale cõciliũ ꝓfitetur eorundẽ obseruationẽ. cui
canoni/ac aliis omnibus eiusdẽ concilii manifestũ est/ tã legatos sedis apostolicae/q̃
alios cunctos se subscripsisse:vt in fine eiusdem cõcilii clare habetur.vbi dicit̃. Nos
haec apostolica et synodica documẽta sine vlla euacuatione custodimus. et post ali=

qua sanctissimi vicarii senioris Romæ/dixerunt. Quoniã prouidentia dei in ꝓsperum finem omnes ecclesiæ deuenerũt negocia: oportet nos et in scriptis manu propria hæc roborare secundũ synodicã consequentiã. Non est autẽ dubiũ de vniuersali ecclesia papã fidelem esse/et eũ sua ꝓfessione et subscriptione obligari. Est autẽ textus talis. et primo dicit rubrũ de custodiendis et cõseruandis omnino aurea expositis/et ecclesiæ traditis canonibus. textus autẽ sic. Per æquã et regiæ iustitiæ diuinæ viã inoffense incedere volentes/ veluti quasdã lampades semp lucentes et illuminantes gressus nostros: quæ secundũ deum sunt sanctorum patrũ definitiones/et sensus retinere debemus: quapropter et has vt secunda colloquia/secundũ magnũ et sapientissimũ Dionysium æstimantes et arbitrantes etiã de eis/cum diuino Dauid enixe canimus. Mandatũ domini lucidũ illuminans oculos: et lucerna pedibus meis lex tua/et lumẽ semitis meis. et cum ꝓuerbiorũ authore dicimus. Mandatum lucerna est: et lex/lux. et cum magnifico Esaia clamamus ad omniũ deum. Quia lux præcepta tua super terram. Luci enim veraciter assimilatę sunt diuinorum canonũ hortationes et dissuasiones/secundũ qđ discernitꝰ melius a peiori: et expediens atq; proficuũ ab eo quod non expedire/sed obesse dinoscitur. Igitur regulas/quæ sanctę catholicæ atq; apostolicæ ecclesiæ/tam a sanctis famatissimis apostolis/q̃ ab orthodoxorum vniuersalibus conciliis seruare atq; custodire ꝓfitemur: his/et propriam vitam/et morem regentes/et omnem sacerdotii cathalogũ/atq; omnes qui Christiano censentur vocabulo/pœnis et damnationibus: et ediuerso receptionibus et iustificationibus/quæ per illas prolatæ sunt atq; definitæ subiici canonice decernentes. tenere quippe traditiones quas accepimus/siue per sermonẽ/siue per epistolam sanctorum: qui antea fulserũt/Paulus admonet aperte magnus apostolus. Hæc ibi. Ecce nunc clarissimam decisionem/papam regulariter regulis vniuersalium conciliorum ligari. Igitur et inhibitio per vniuersale concilium cum irritatione et sub pœna grauissima ipsi fieri potest/vt illis vtatur: nisi in casu epiiciæ præexpresso. Hodie autem quia vniuersalis ecclesia (heu) ad solum patriarchatum Romanum redacta est/et quod quondam patriarchale generale tantũ /et subiectum Romano pontifici fuit/ hodie est vniuersale/vniuersam ecclesiam repræsentans: hinc quũ hoc nouum sit dubitatio exorta est. quare hoc sacrum concilium absq; passione cum summa mãsuetudine se habere debet in ordine ad Romanum pontificem/ non se ex priuilegio vniuersalis concilii intantum erigat (de quo potius dolendũ esset) ꝙ obliuiscatur subiectionis patriarchalis in qua semper fuit. secũdum quam in papam fidelem nihil posset: sed seruato debito honore cuncta pacifice in augmentum fidei/et diuini cultus/et vniuersale bonum catholicæ ecclesiæ vnanimi concordantia ordinentur: vt videantur opera nostra bona/et glorificetur deus pater qui est in cœlis.

Capitulum. XXI.

AD supiora vnũ adiiciendũ esse censeo: scilicet ꝙ per istud sacrũ concilium lex fieri aut verius ius antiquũ posset innouari: papã ĩ arduis negociis maxime contra canones huius et aliorũ cõciliorum causis vergentibus absq; dominorũ cardinaliũ q clerici censentur vniuersalis ecclesiæ/ modo supradicto deputari non posse quicq̃. alioqui si fecerit: ꝙ tunc illud irritũ sit. Et iã præcessit archidiaconi sententia/et Ioãnis Mo. et aliorũ super hoc. et est vltima resolutio/ꝙ in tangentibus vniuersalem ecclesiam: verũ est papam sine cardinalibus nihil posse. Ego autẽ credo ꝙ cõtra canones venire et dispensare etiam in quocunq; particulari ca

Dionysius.

Papã sine cardinalibꝰ ĩ re summa nihil posse.

Dispensare contra canones.

su rationabilitet dici posset hoc côcet nete vniuersalem ecclesiam propter canonem vniuersalis ecclesiæ/qui lædi per huiusmodi dispensationẽ videtur. Vnde quia argumentum a simili in iure forte est iii.q.v.quia suspecti xx.di.in quibus.x.di.si in adiutorium. Hinc adduco tale argumentũ a simili. Episcopus habet de iure torã dispositionem diœcesis cum ecclesiis/ & dotibus/& decimis.x.q.i.decretum. Et tamẽ omnium illorum qui ita in sua potestate consistunt alienationem/siue donationem/siue permutationem absq; consensu & subscriptione suorum clericorum non habet. xii.q.ii.sine exceptione. Et dicit xxii.c. Aphricani concilii irrita erit episcopoꝝ donatio/vel venditio/vel cô mutatio rei ecclesiasticæ absq; conniuẽtia/& subscriptione cleticorum. Igitur a simili etiam si dispositioni papali tota ecclesia subiaceret tanq̃ monarchæ vnico: tamen res ecclesiæ inter quas sacros canones esse credo iuxta superiora mutare vel alienate non potest sine sui cleti cõsensu & subscriptione, nomine enĩ cleri Romanæ ecclesiæ in quantum monarchiam significat Romana ecclesia: cardinales veniunt/vt superius quodam loco dicitur. Præterea manifestum est: non nisi ex vtilitate vel necessitate alienationem retum ecclesiasticatum fieri posse: ita præcise & canonũ mutationem siue dispensationem contra eos. & est argumẽtum satis a simili. & pro hoc facit c.non liceat xii.q.ii.qui textus in alienatione videtur papam aliis assimilare episcopis. Præterea eadem Aphticana synodus cui se sanctus subscripsit Augustinus xv.q.vii.episcopus dicit. Epicopus nullus causam audiat absq; præsentia suorum clericorum: alioqui irrita erit sententia episcopi. & manifestum est episcopũ dispositionem vniuersaliter habere totius diœcesis licet graues sententias ferre absq; cleticotum suotum præsentia/& audire non possit. Patet igitur sic/ & papa facere tenetur a simili in factis vniuersalis ecclesiæ. Præterea mutatiões aut alienationes per præsidentem in ecclesiasticis prælatis fieri non possunt absq; consilio concilii/ siue totius presbyterii. vt xii.q.ii.placuit.vbi dicit inconsulto concilio/ vel cuncto presbyterio. & c.episcopus.vbi dicit: nisi coram cõcilio ecclesiæ quod est vniuersale concilium nõ potest. Inter quas res principalitet sacros canones esse manifestum est. Vnde licet cardinales possint in particularibus casibus cõtra canones propter necessitatem aut vtilitatem consulere/ & subscriptione sua firmare dispensationem; hoc tamen absq; canonum præiudicio tantum credo possunt. tollere autẽ canones vniuersalium conciliorum absq; consensu vniuersalis cõcilii: credo papam cum cardinalibus nõ posse. & eo casu quo cardinales consensum præbere habẽt: habet quilibet coniudicare casum. sed non quilibet ius iudicandi: quia ius non est nisi apud collegium/ & non apud quẽlibet de collegio secundum no. doc. post Inno. in c. irrefragabili.§.conquestus de offi.ordi. & probatur.xii.q.ii.qui manumittitur.ff.ꝗ cuius.ver.sicut.§.i. legitur enim in gestis Hildebrandi/ qui Gregorius papa septimus vocabatur sic. Est autem priuilegiũ Romanæ sedis semper assistere per cardinales presbyteros/& diaconos ipsi summo pontifici/vel vicario ipsius sedis.i. ei quẽ ipsa sedes sacrosancta os eius facit/per quẽ/& cum quo prædicat. per quẽ sacramẽta administrat. per quem & cum quo firmãda cõfirmat/ & improbanda improbat: qua non subscribente inualida est summi pontificis sententia. hæc ibi. Ecce quomodo ab antiquo irrita fuit Romani pontificis sententia /absq; cardinalium subscriptione. & ꝗ papa sedis apostolicæ os tantum fuit.

Canones cõciliorum absq; concilio tolli non possunt.

Cap.XXII.

BReuiter pauca de prouincialibus conciliis subiiciamus / vt de vniuersali nostro/ de quo principalis inuestigatio melior notitia habeatur. prouinciale concilium vnius prouinciæ ex metropolitano/ & suffraganeis/ & aliis

de prouincia ad ordinãdum res prouinciæ colligitur per archiepiscopum/ sine quo plenum & perfectum non est; quia ipse curam & sollicitudinem gerit totius prouinciæ, hinc honore præcellit/ & ad eum app. ix. q. iii. per singulas. & licet sit iudex prouinciæ tamen criminales causas definire non debet sine præsentia suffraganeorum/ neq; generales causas ad omnes episcopos prouinciæ pertinẽtes xv. q. vii. episcopus nullus. & c. Felix. vt no. q. ix. iii. saluo: & supplet negligentiã suffraganeorum ix. q. iii cum simus. & §. si. quomodo autem res cõmunes prouinciæ cum suffraganeis tractare debet ix. q. iii. per singulas primo/ & secundo/ & aliis locis multis. Hoc autem concilium valde necessarium magnam habens auctoritatem ex conciliis vniuersalibus disponendi/ & ordinandi omnia ad prouinciam necessaria/ præterea quæ vniuersalem ecclesiam respiciũt/ quoniam maiorem auctoritatem illa requirit. Quãtum autem sit vtile ecclesiæ dei hoc concilium/ & alia legitur in tertio cap. Toletani concilii/ vbi dicitur. Nulla penes res; disciplinæ mores ab ecclesia CHRISTI magis depulit ꝗ sacerdotum negligentia/ qui contemptis canonibus ad corrigẽdos ecclesiasticos mores synodum facere negligunt: ob hoc a nobis vniuersaliter definitum est/ vt quia iuxta antiqua patrum decreta bis in anno difficultas temporis fieri cõcilium non sinit saltem/ vel semel a nobis celebretur. Ita tamen vt si fidei causa est/ aut quælibet alia ecclesiæ cõmunis generalis totius Hispaniæ atq; Galliæ synodus conuocetur. Si vero nec de fide/ nec de communi ecclesiæ vtilitate tractabitur: speciale fiat cõcilium prout vniuscuiusq; metropolitanus eligit peragendum. Omnes autem qui causas contra episcopos/ aut iudices/ aut potentes/ aut contra quoslibet alios habere noscuntur ad idem conciliũ concurrãt: & quæcunq; examine synodali a quibuscunq; praue vsurpata inueniũtur regni executorum instantia vastissime his quibus iura sunt reformentur. Ita vt pro compellẽdis iudicibus vel sæcularibus viris ad synodum metropolitanam studiose quidẽ executor a principe postuletur. quintadecima autem Calendarum Iuniarum congreganda est in vnaquaq; prouincia synodus propter vernale tempus: quando hærbis terra vestitur/ & pabula germine inueniuntur. hæc ibi. Ecce ꝙ istud decretum fuit in quodam vniuersali concilio totius Hispaniæ & Galliæ editum/ & disponit de prouinciis illi concilio subiectis/ ac etiam dicit ꝙ quæ fidem/ & generalem ecclesiam respiciunt in tali vniuersali concilio tractari debere. ex quo est mente tenendum ꝙ vniuersalis multarum prouinciarum synodus est supra ipsas prouincias: generalesq; fidei etiam causas tractare possit. Et hæc ob sequentia sunt notanda. Fuit in alio concilio præcedenti/ etiam vniuersali taliter Toletano definitum in autumno in Calendis nouẽbris concilium prouinciale celebrari debere/ & ꝙ iudices locorum/ & auctores fiscalium patrimoniorum ex decreto regis concurrere deberent/ vt discerent ꝗ pie & iuste cum populis agere debeant/ ne in angariis aut operibus superfluis/ siue priuatum honorent/ siue fiscalem grauent/ & ꝙ hoc tunc episcopi prospicere deberent/ quomodo iudices cũ populo agerent/ & eos si excesserint corrigerent/ aut regi denunciarent. si emendare nollent: a communione/ tunc eos suspendere possent/ & ꝙ etiam de pœna iudicis nõ venientis ad synodum deliberare possent. & fuit adiectum. concilium autem nõ soluatur/ nisi locum prius elegerint: quo succedenti tempore iterum ad concilium veniatur/ vt iam non necesse habeat metropolitanus episcopus pro congregando cõcilio literas destinare/ si in priori concilio tempus omnibus denunciatur & locus.

Cõciliorũ vtilitas.

Cap. XXIII.

Forma celebrandi cōcilii generalis.

FOrma vero quomodo celebrari debeat hoc cōciliū definita in quarto cap. concilii Toletani tempore Sisenandi regis anno CHRISTI 581. celebrari sic describitur. Hora itaq; diei prima ante solis ortum eiiciātur omnes ab ecclesia/obseratisq; foribus cunctis ad vnam ianuam/per quam sacerdotes ingredi oportet ostiarii sedeant/& conuenientes omnes episcopi pariter introeant/& secūdum ordinationis suæ tempora resideant. post ingressum omniū episcoporum atq; consessum:vocētur deinde presbyteri quos causa probauerit introire. Nullus se inter eos ingerat diaconorum. Post hos ingrediantur diaconi probabiles/quos ordo poposcerit interesse:& corona facta de sedibus episcoporum presbyteri a tergo eorum residant. diaconi in conspectu eorum stent. deinde ingrediantur laici qui electione concilii interesse meruerint. Tum quoq; & notarii: quos ad recitandum/vel excipiendum ordo requirit. Et obserētur ianuæ/sedentesq; in diuturno silentio sacerdotes & cor tantum habēres ad deum: dicat archidiaconus/ orate. Statimq; omnes in terram sternantur/& orantes diutius taciti cum fletibus & gemitibus vnus ex episcopis senioribus surgens orationem palam fundat ad dominū cunctis adhuc in terra iacentibus. finita autem oratione/& responso ab omnibus amen. Rursus dicat diaconus: erigite vos. & confestim omnes surgant/& cum omni timore dei/& disciplina tam ipsi q̄ presbyteri sedeant. Sicq; omnibus in suis locis in silentio consedentibus diaconus alba indutus codicē canonū in mediū proferēs/capitula de cōciliis agendis pronunciet: finitisq; titulis metropolitanus episcopus concilium adloquatur dicens. Ecce sanctissimi sacerdotes recitatæ sunt ex canonibus priorum patrum sententiæ de concilio celebrando. Si qua igitur quempiam litium actio cōmouet coram suis fratribus proponat. Tunc si aliquis quācūq; querelam quæ contra canonem agit in audientiam sacerdotū protulerit: non prius ad aliud transeat capitulum/nisi primū quæ proposita est actio terminetur. Nam et si presbyter aliquis/aut diaconus/vel clericus/siue laicus de iis qui foris steterint conciliū pro qualibet re crediderit appellandum ecclesiæ metropolitano archidiacono causam suam intimet/& ille concilio denunciet: & tunc illi & introeundi/& proponendi licentia concedatur. nullus enim episcoporum ab actu cōmuni secedat anteq̄ hora generalis secessionis adueniat. Concilium quoq; nullus soluere audeat nisi fuerint cuncta determinata: ita vt quæcunq; deliberatione cōmuni finiūtur/episcoporum singulorum manibus subscribantur. Tunc enim deus suorum sacerdotum interesse credendus ei conuentui: si tumultu omniū abiecto sollicite/atq; tranquille ecclesiastica negotia terminentur. Ecce ordinem. verum non ita hodie obseruatur. Ipsius etiam in principio libri de synodis ordinem celebrandæ synodi tractat. Inscripsi vero huic opusculo hunc canonem ob hoc q̄ circa eius finem contra dissolutionem scribitur ac etiam in vltimo dicitur q̄ tunc deus credendus est interfuisse concilio: quando sollicite atq; tranquille ecclesiastica negotia terminantur. quare a fine cōcilii argumentari debemus/quoniā etiam si recte congregatum/& aliquandiu iuste & legitime omnia sint tractata: tamen nisi in trāquillitate terminetur nō est veraciter semper asserendum CHRISTVM in medio fuisse/quoniam ipse non est auctor discordiarum/sed pacis. quod est notandum propter certa superius scripta.

Cap.XXIIII.

Concilia regni aut prouinciæ magnæ.

SVnt præterea alia concilia quæ sæpe vniuersalia vnius magni regni/aut magnæ prouinciæ nominātur. & talia colligūtur de omnibus particularibus prouinciis regni illius/aut nationū/& talia ꝑpter arduas cōmuniones

causas vt praehabitũ est cõgregabãtur. & definitũ fuit in secũdo Arelatensi cõcilio: ꝙ tale conciliũ per Gallias/per Arelatẽses cõgregaretur. reperitur etiã congregatũ ad petitionẽ prouinciarũ Galliae. vnde dicitur in principio illius cõcilii. Cũ ad postulationẽ ꝓuinciarũ Galliae sacerdotes conuenissemus ad Thaurinatiũ ciuitatem/ atq; in eiusdẽ ciuitatis ecclesia auctore domino/vel mediatore consedissemus. & vt frequenter tempore quo sub vno rege erant Hispania/& Francia sicut tempore quo Gothi regnabant Recaredus rex Sisenandus/ & alii tunc illa vniuersalia concilia ex edicto regio in Toleto celebrabãtur recte ad instar sicut de vniuersalibus vniuersalis ecclesiae legimus quomodo per imperatores colligebãtur/& solebãt reges cũ suis proceribus illis saepe interesse/& fidei catholicae se subscribere/ & multa inueniũtur solẽnia edita statuta de electione regis quomodo per electionem constitui debeat/& alia statum regium respicientia maxime circa conseruationem vitę eius. de quibus inferius videbitur: ac etiã ecclesiastici canones multi in ipsis conditi sunt/& in concilio celebrato tẽpore Sisenãdi in cap. legitur quomodo illa vniuersalis synodus ꝑpter decreta patrum quae volunt vnũ debere vsum psallendi & ministrandi esse in prouincia: quia tunc Gallia & Hispania vna fide/ & vno regno continebãtur/statuerunt eundem ritum seruari debere. inueniuntur omnia in illis conciliis definita tã ad fidem q̃ ad quascunq; magnas causas pertinẽtia. Et semper in principio fides recitabatur. legitur enim in concilio Toletano tempore Chincillai celebrato/ ꝙ more synodi vniuersalis post solẽnia perfunctae orationis fidem quam intrinsece ruminabant/ voce eructabant. & in alio Sisenandi tempore celebrato. & quia generale concilium agimus oportet primũ nostri sermonis vocem de deo esse. vt post professionem fidei; sequentia operis nostri vota quasi supra firmamẽtum firmissimũ disponantur. Similiter legitur contendentes de primatu: in ipsis definitionem recepisse. vnde in Taurinantium concilio scribitur. Illud deinde inter episcopos vrbium Arelatensis/& Viennensis/quae de primatus apud nos honore certabant: a sancta synodo definitum est. cognouit de appellationibus & sentẽtiis latis in conciliis prouincialibus: vt in gestis eiusdem cõcilii de Exuperantio presbytero/ & pro parte Tersetii episcopi iudicato/& Palladio laico contra Spanum presbyterum/ cui graue crimen imposuit legitur. Natio enĩ Aphricana/talia vniuersalia concilia celebrauit: ad quae de aliis appellabatur/ vt scribit idem conciliũ in epistola ad Celestinũ papã/& omnia definit etiã translationes episcoporũ. vt in xxvii. cap. eiusdẽ concilii habetur/& priuationes episcoporum/ & noluit ꝙ ad papã a sentẽtia illius concilii appellaretur: sed dixit terminari ibi causas debere iuxta definitionẽ Niceni cõcilii. vt scribit idẽ cõciliũ ad Bonifaciũ & Zozimũ Ro. põtifices. Et hoc cõciliũ hoc ordine annue in viii. cap. eiusdẽ Aphricani concilii iubebatur celebrari. Placuit vt propter ecclesiasticas causas quae ad perniciẽ plaebiũ saepe veterascũt: singulis quibusq; annis conciliũ vocetur. Ad quod omnes prouinciae quae primas sedes habẽt de cõciliis suis binos aut quotquot elegerint episcopos: legatos mittant. vt & minus inuidiosi/minusq; hospitibus sumptuosi existant: vt congregato conuentu plaena possit esse auctoritas. De Tripoli autẽ propter inopiam episcoporũ vnus episcopus veniat. Iste textus est notãdus in duobus. Primo ꝙ sedes prouinciae vocatur prima sedes. secũdo ꝙ legati auctoritatẽ praestant prouinciarũ nomine prouinciae concilio. qđ ꝑ cardinalibus & iis quae superius dicta sunt notari debet. Post hoc fuit sublatũ istud decretũ in Mileuitano cõcilio: ne fratres nimiũ fatigerẽtur/& fuit statutũ vt nõ nisi ꝑ necessaria cõmuni causa cõuocaretur hoc generale cõciliũ. Insuper cõgregato vniuersali cõcilio

tali si tunc multæ restabant causæ tractandæ/& multi interfuere episcopi quælibet prouincia vices aliquibus cõmisit/& alii recesserunt. Ita legitur in concilio Mileuitano.c.xxix. Item placuit ne diutius vniuersi episcopi qui ad concilium congregati sunt tenerẽtur ab vniuerso cõcilio/ iudices ternos de singulis ꝓuinciis eligi & electi sunt de prouincia Carthaginensi Vincentius/Fortunatus/& Clarus. De prouincia Numidiæ/Alipius/Augustinus/ & Restitutus: & sic de aliis. & additur. qui omnes cum sancto sene Aurelio vniuersa cognoscant: & subscripserunt vniuersi. Ex hoc est notandum quãdo constitui debet concilium restrictum potestatem vniuersam habens per vicem tenentes de singulis subiectis/ vel ad synodum spectãtibus constitui debet: quare ita in cardinalibus fieri deberet qui vices prouinciarum quæ subsunt Romanæ ecclesiæ in quotidiano concilio gerunt. Qꝫ autem ista vniuersalia concilia maioris auctoritatis sint q̃ prouincialia quæ eis subsunt ex superioribus patet/& probant textus concilii Laodicensis/& Martini papæ/& alii qui habentur vi.q.iiii.

Cap.XXV.

ET est considerandum ꝙ licet ex decreto concilii Arelatensis secũdi / in quo legati Siluestri papæ interfuere/ad petitionẽ Arelatensis episcopi synodus celebrari deberet: tamẽ in Tauritano concilio inuenitur de eodẽ iudicatũ in quæstione quã cũ Vienensi de primatu habebat. sic Carthaginẽsis nõ fuit a iudicio illius synodi Aphricanæ exemptus: licet ipse conuocauerit/& prior in eo fuerit. quia indubitata fuit illa definitio Niceni concilii: omnia exorta in Aphrica in illo concilio terminari debere. vt ii.q.vi. placuit. & licet ille textus dicat de prouinciali Aphricano ad generale/vel primatem/non ad transmarinũ excepto papa appellare debere: tamen c.placuit eiusdem concilii/& idem cum primo xi.q.iii.placuit/nõ excipit papam/quia originale non excipit. Imo prius textus.ii.q.vi.falsus est. Et multa de iis adduci possent. Et sic de vniuersali vniuersalis ecclesiæ concilio pariformiter nullum tunc fuit dubium quin ei subessent omnia patriarchalia etiam Romanæ sedis cõcilia: nec propter hoc ꝙ aliquis patriarcharum ex ordinatione alicuius illius vniuersalis ecclesiæ concilii potestatem conuocandi vniuersalia talia concilia habuisset/sicut scribit Athanasius/qui Niceno concilio nondũ tũc episcopus/sed dignus episcopatu interfuit ad Felicem papã Nicenũ conciliũ Ro. põtifici cõgregãdi hanc synodum potestatẽ dedisse: fuisset exemptus a iurisdictione ipsius synodi sicut nec Arelatensis/nec Carthaginẽsis primates/vt ꝓhabitũ est. Et sicut auctoritates ꝓfatorũ vniuersalium conciliorũ regni/ vel nationis/ a congregãte nõ dependit sic ꝙ sibi non fuisset auctoritas plena/nisi per ipsum deputatũ cõuocatio facta fuisset: quoniam multa talia concilia legimus absq; illoꝝ conuocatione celebrata & acceptata. Ita dicendũ de vniuersalis ecclesiæ concilio ꝙ eius auctoritas non ita depẽdet a cõgregante ꝙ nisi per papam congregaretur ꝙ tunc non foret concilium/quia tũc nõ fuissent omnia octo vniuersalia concilia firma/quoniã per imperatores congregata leguntur. & Ro.pon. ad instar aliorum patriarcharũ diuales sacras iussiones ꝑ veniendo/aut mittendo concilium recepisse. Et hoc est ex hoc manifestũ/quoniam auctoritas de congregãdo concilio a concilio cuicũq; data cessat congregato iam cõcilio qualitercũq;. Sed concilio nõ cõgregato hoc operatur auctoritas ꝙ eã a cõcilio habẽs quãdo iuxta cõmissionẽ sibi expedire visum est potestatẽ habet congregandi et cum congregatũ est expleta est cõmissio. Si vero absq; auctoritate habẽtis cõgregare conuenirent plures spreto/aut non admisso cõmissario/vel eo nõ vocato iuxta præhabita imperfectum esset concilium. Sed si intimaretur necessitas congregandi

concilii cõmissionẽ habẽti/nec curaret congregare/nec conuenire cum aliis ad pro-
uidendum necessitatibus occurrẽtibus/ dũmodo aliter rite celebraretur: quis dubi-
taret præsentes fluctuanti ecclesiæ illis non obstantibus prouidere posse/ necessitas
enim quæ legẽ non habet/omnia argumenta positiui iuris qualitercũq; fieri possent
in contrarium/tũc soluit: vt ecclesiæ dei salubriter prouideatur. Et in hac materia
opus est reformatione quo ad ea quæ expediri debent in ipsis prouincialibus/& vni-
uersalibus regni/aut nationis alicuius synodis: vt canon Sardicẽsis concilii/qui ha-
betur ii.q.vi. scilicet q; omnia in illis cõciliis qualitercũq; orirẽtur/etiã depositiones
episcoporũ in ipsis expedirẽtur/ & interpositis appellationibus ad apostolicã sedẽ/ q;
tunc nihilominus in loco vbi causa ortũ habuit datis propriis apostolicis cõmissa-
riis in synodo expedirẽtur omnes causæ/iuxta formã ibi positam. Estq; etiam multũ
opportunũ prouincialia concilia continuari indefectibiliter: & de suffraganeorum
concilio non propriam primo/ sed prouincialẽ synodũ si opus fuerit interponi posse
appellationẽ/ad vniuersalia nationalia concilia Gallicana/Hispanica/& Germanica
quæ omniũ studio pro conseruãda republica/ac pace patriæ/ mutuaq; charitate re-
instirui opus foret. Nec debet Ro.pon. hanc ordinationẽ ægre ferre. cum vt scribũt
Aphricani concilii patres ad Cęlestinũ papã: decreta Nicena/siue inferioris gradus
clericos/siue ipsos episcopos suis metropolitanis apertissime cõmiserunt. prudẽtis-
sime enim/iustissimeq; videtur quæcũq; negotia in suis locis vbi orta sunt finienda/
nec vnicuiq; prouidentiã sancti spiritus defuturã; quoniã æquitas a CHRISTI sa-
cerdotibus/& prudẽter videatur/& constantissime teneatur. maxime quia vnicuiq;
concessum est/si iudicio offensus fuerit cognitorũ ad cõcilia suæ prouinciæ/vel etiã
vniuersale prouocare: nisi forte quisq̃ sit qui credat vni cuilibet posse deũ nostri exa-
minis inspirare iustitiã/& innumeralibus cõgregatis in conciliũ sacerdotibus dene-
gare. hæc ibi. Quare contẽtari merito debet Ro.pon. si res per cõcilia eo ordine tra-
ctantur: & non debet ad suũ examen ita cũcta aduocare/ & suũ iudicium multis sa-
cerdotibus/auctoritate/& diuino iure/ & Niceno concilio definiendi/& terminandi
habẽtibus/pponere: sufficere merito debet Ro.pon. si Sardicense conciliũ supra alle-
gatũ qđ per legatos apostolicæ sedis Faustinũ/& alios fuit p statuto Niceni concilii
in Aphricana synodo false allegatũ/& non acceptatũ per eandẽ vt in epistola eiusdẽ
concilii ad papã Bonifaciũ/& pfata epistola ad Cęlestinũ hæc patent: per has omnes
prouincias acceptetur. verũ est ipsos patres Aphricani cõcilii: in quo & sanctus in-
terfuit Augustinus/i pfata ad Cęlestinũ epistola scribere hãc cõstitutionẽ quã Gra-
tianus Sardicẽsi cõcilio ascribit: nulla patrũ synodo inuenisse cõstitutã. Quare sa-
tis posset dubitari an Sardicẽsis cõcilii cõstitutio existat. quare a fortiori papa cõtẽ-
tari deberet si ipsam quã Aphricana synodus nõ admisit constitutionẽ: omni parte
et ſubſequẽter multorũ ſacerdotũ ignarorũ multũ decolorat eccleſiam/ et facit lai-
cos clericis infeſtos eſſe:dũ tot ſacerdotes cõſpiciunt/quos vident ocio et viciis va-
care.ſanctũ enim ſacerdotale officiũ valde vileſcit ex hoc.vnde dicit tex.lix.di.ſi of-
ficia.q pluralitas ſacerdotũ nõ ſit multum vtilis:quia omne magnũ rarum eſſe de-
bet.melius enim eſt/paucos habere bonos.de æta.et quali.quũ ſit ars artiũ. Et quia
de ſimonia/de cõcubinatu/de cõciliis vniuerſalibus et prouincialibus/ac de electio-
ne/factũ concilium p decreta incepit puidere: puidebit ſpiritus ſanctus de his om
nibus/et reducet ad ordinationẽ canonicã omnes peſtiferas ex auaritia ortũ habẽ-

tes obseruationes:vt quisq; suæ curæ et ministerio satisfaciat.et cogitabit de modo
coertionẽ et vigorem legibus indicẽdi . et quomodo executio valida / et stabilis/ ri-
gorosa /et immaculata sacrarũ sanctionũ fiat.et in hoc cõsistit tota vis;quia non de-
ficiũt canones /sed executiones.Et nõ fiunt diligentes executiones/nisi p bonos prę-
fides:qbus habitis plegem animatam facile et subito paternas vias repeteremus.

Cap.XXXIIII.

LAbor omnis præcedentis opusculi concordantiam(qua subsistit ecclesia)
incepit ex altis et primis principiis inuestigare: ordo vero et si non ita/vt
studio plano facile conferre possit/seriatim intentũ ostendit.hoc tamen in
summa nititur explanare.Nulli est dubiũ/CHRISTVM esse/viã/vitam/et veritatẽ
caput et fundamentũ ecclesiæ/ad Ephe.iiii.et.v.et.i.ad Corinth.x.et in glo. sup il-
lud Matth.xvi.tu es Petrus/et sup hanc petrã. et p Aug.in lib.retractationũ. et sup
Ioan.in multis sermonibus.ac alios multos/immo pene omnes doctores.In hac qui-
dem ecclesia fides nõ deficiet;quia exaudirus est CHRISTVS;q vsq; ad sæculi con
summationem cũ successoribus apostolorũ remanebit.vnde erunt semp CHRISTI
fideles:in quibus habitabit ipse CHRISTVS.quare illud corpus fidelium in quo
CHRISTVS habitabit/Christiforme ecclesia catholica dicitur;in qua sicut CHRI
STVS/ita et via et veritas semp pmanebit. Quomodo autẽ ex omnibus rationabi-
libus spiritibus CHRISTO adhærentibus ipsa vniuersorũ vnica cõstituatur eccle
sia/ac etiã quomodo in ipa oĩm ecclesia trinitas/ex eius pte triumphantiũ/et alia mi
litantiũ/et tertia dormientiũ/ac insuper quomodo colligantia ipsius militantis vbi
adhuc ipa veritas/ scilicet CHRISTVS in figura et ænigmate apphendit ad ipam
veritatẽ facialem/quæ est in patria triumphantiũ/inuestigetur;vt admirandus or-
do (quantũ possibile est)aliquãtulum p nostra manuductione sciatur;quũ diuersis
et ad inuicem ordinatissimis huius militantis ecclesiæ hierarchiis pro modulo suc-
cincte aperui/in prima huius pte/quæ pars cõpẽdiosius stringi vix possit. Post hæc
secunda pte difficultatem maioritatis cõciliorũ vniuersæ ecclesiæ sup omnẽ pticu-
larem auctoritatẽ singularis præsidis aut synodi localis volens indagare ex hoc fun
damento primo intellectũ discursiuũ direxi/hanc appræhendẽs cõclusionẽ. Si vni-
uersalis catholica ecclesia infallibiliter per CHRISTI assistentiã dirigitur: sic cõ-
currente omniũ Christianorũ cõsensu ad quãcunq; cõclusionem necessitatẽ salutis
includentẽ: necessario sequitur illam Christianã fidelem et veram. vniuersale vero
conciliũ dictans talem cõclusionẽ consensu et legatione omniũ fideliũ necessario ex
CHRISTI assistentia/et spiritu sancto inspirante vere et infallibiliter dictat ean-
dem.nulla enim potest esse veritas ad æternã salutẽ dirigẽs/nisi per CHRISTVM.
vniuersale autẽ cõcilium ex præsidibus et legatis collectũ;qui ad ipam cõgregatio-
nem rei inuestigabilis/dubio in puincia ppria nõ digesto. dũ sic in vago confluunt
ad consulendũ/consensu subiectorũ nõ apportato:ad hæc/si rite et legitime cõuoca-
tum/et omnibus vocatis collectũ liberrime celebratũ / et iuste finitũ cũ omniũ con-
sensu sententiã in quæstionibus salutẽ fideliũ cõcernentibus dictauerit ppter pro-
pinquã repræsentationẽ totius catholicæ ecclesiæ/ et ppter oĩm fideliũ consensum
qui p legatos ac præsides cõcurrit/nunq̃ legimus errasse. omnes autẽ prouinciales
synodos/ac etiã Romanos pontifices/hoc priuilegiũ non attingit.Et quoniã ob va-
rias præsertim/recentiorũ iuristarũ/ac theologorũ scripturas:q papalem etiã sup
ipsas synodicas auctoritates exaltant potentiam/ necessariũ fuit inquirere concor-
dãtias scripturarũ/remanẽte veritate præfata/reptas differentias inter vniuersa-

le catholicæ ecclesiæ/ac vniuersale nationis regni vel patriarchale iuxta gesta con-
ciliorū.quæ quidē gesta/vt xix.dist.c.i.legit̄ approbata sunt inserui:vt quisq; intel-
lecta differentia/facile videat hoc verū/scilicet q̄ vniuersale cōciliū catholicæ eccle-
się supremā habet potestatē in omnibus sup ipm Romanū pōtificem.Erat itaq; ne-
cessariū inquirere/q̄ sit Romani pōtificis auctoritas/tā in supioritate/q̄ præceptio-
ne/et statutorū editione.et licet induxerim multa:tamē in hoc resedi/ q̄ licet secū-
dum plura sanctorū scripta potestas Romani pontificis a deo sit/et secundū alia ab
homine/et cōciliis vniuersalibus:tamen videtur in veritate/mediū cōcordantiæ p
scripturas inuestigabile ad hoc demū tendere:q̄ ipsius pontificis Romani potestas
quo ad considerationem præeminentiæ prioratus et principatus sit a deo p mediū
hominis et cōciliorū/scilicet mediante consessu electiuo. cōsideraui enim primo le-
gem Christianam liberrimā:ad quā nullus nisi sponte absq; coactione accedit.vnde
quū via fidei nostræ sit ipse CHRISTVS:nō est in ipsis ad salutē necessariis aliud/
q̄ ipse CHRISTVS/et ad eū liberrimus accessus.quare coactio pprie nō est in ipsa
ecclesia descensiue a CHRISTO:sed gratia est quæ ab ipsa plenitudine fontis capi-
tis in ipm corpus CHRISTI mysticū fluit. Et ita dicit vii.q.i. remoto:q̄ gratia di-
gnitatū sacerdotaliū a deo est. in hac quidē gratia dicimus quo ad apostolatū om-
nes apostolos æquales:sicut quo ad ipm sacerdotiū omnes sacerdotes/sed abundan-
tiori gratia/dicimus Petrū inter apostolos primū.Ita dicit Augustinus sup Ioan.ser
mone vlt.q̄ Petrus abundātiori gratia fuit vnus/idemq; primus apostolus: et pro-
pter primatū apostolatus gerebat figurata qualitate psonam ecclesiæ. et illum pri-
matum Petri quo ipse abundantiori gratia a CHRISTO dotatus fuit/sacræ literæ
mihi exprimūt ibi quum CHRISTVS diceret: tu es cephas/ vocaberis cephas/qđ Mutatio
interpretat̄ Petrus.Ioan.primo.vbi dicit Aug.ser.vii.sic.Magnū q̄ mutauit ei no- nominis.
men:et fecit de Simone Petrū.Petrus autē a petra:petra vero ecclesia.ergo in Petri
nomine figurata est ecclesia.Ecce q̄ secundū intellectū maximi et doctissimi Augu-
stini illa nominis mutatio magna fuit.vnde quū CHRISTVS diceret:tu es Petr⁹
tunc illud quod prædixerat/tu vocaberis cephas/tanq̄ futurū contulit in præsens.
non enim tunc dixit/tu nominaris vel vocaris Petrus:sed tu es Petrus. Ex quo ap-
paret manifeste/q̄ illa CHRISTI pmissio qua promisit cōuerso Simoni/eū in futu-
ro cephas nominandū/fuit promissio realis primatiæ. vnde Aug. qui dicit Petrum
primatū habuisse inter apostolos:nō potest intelligi de tempore cōuersionis aut co
gnitionis MESIAE.sicut Petrus agnoscens interpretat̄ secundū aliquos:licet min⁹
congrue secundū Bedam/sicut Alexander de Hal.sup Ioan.et eodem verbo ponit:
quia iam præcessit eum frater suus Andreas:qui illi MESIAM inuentū præuūtia-
bat/vt legitur Ioan.i.quare de primatu inter alios de ecclesia ipse Augu. necessario
intelligit:quo ad præsidentiā et eminentiā quā ibi consecutus est Petrus. Et ex su-
perioribus manifestū est/Simonē a re Petrū vel cepham nominatū. Hiero. vero sup
Galathas dicit principē apostolorū/iam Petrū/iam cepham nominari/ nō ob diuer-
sitatem interpretationū/quoniā idem significant.Petrus enim græce et latine a pe-
tra dictū/idem est qđ cephas.Petrus vero Beda hebręū negat : quia dicit hanc lite- Petrus.
ram p apud Hebręos non haberi.Alexander de Hal.in postillis sup Ioan. dicit Hie-
ronymū dicere idem.nec cephas est hebręū/ sed Syriacū vt quidā dicunt. qualiter-
cunq; hoc sit pprer textum qui dicit:tu es Petrus/et sup hanc petram/oporteret cū
Augustino/Ambrosio/et aliis doctoribus affirmare Petrū esse a petra dictū. et Pe-
trus sic est nomen latinū/et nō hebræū.et hoc videtur ex tex.Ioan.primo ita pbatis

Cōcilium vniuersale haber potestatē super papam.

quia Ioan. præmittit in eodem cap. immediate illum locũ duo hebrea: scilicet Rabbi et MESIAS. et adiungit interpretationẽ immediate. sic videtur etiam ꝙ cephas sit vel Syriacũ / vel hebræũ: et Petrus eius interpretatio latina vel græca. et nõ ecõtratio: scilicet ꝙ cephas sit græcũ / quod hebraice Petrus interpretet. Et dũ hæc ego scriberem: incidit vnũ meo iudicio satis aduertendũ / quia tex. Ioan. i. dicit ꝙ hoc nomẽ Petrus est interpretatio huius nominis cephas. quare quũ cephe græcũ / caput apud latinos interpretetur: oportet et illam interpretationẽ hoc nomẽ Petrus habere / et non aliam de interpretationibus: quas sanctus Hiero. ponit hebraicorũ nominũ. Non dubiũ Ioan. euangelistã græce scripsisse euangeliũ / et sic interpretationẽ ꝓpriam nominis Petri posuisse: ad ostendendũ / ꝙ hoc nomẽ quod CHRISTVS Simoni imposuit / ei ex illa interpretatione cõgrueret. quare forte nõ esset absurdũ dicere / nomẽ Petrus iuxta hebræam linguam / bettos dici: et sic apud nos Petr⁹ positũ loco Bett⁹: eapropter quia bet illud hebræũ forti et dura expressione primæ literæ scilicet b / exprimitur: quasi sicut nos p ꝓferimus. et secundũ hoc Petrus resoluendo ad illud hæbreũ / caput domus interpretatur. et hæc interpretatio cõuenit et euangelio et intentioni CHRISTI secundũ ipm euangeliũ et expositionem sanctorũ: qui caput ecclesiæ siue domus / Petrũ a CHRISTO dicunt cõstitutũ. ad quod facit c. sacrosancta. xxii. di. vbi terminus cephas interpretatur caput. quare cephas græcum est. Ego vero potius credo standũ cũ primis doctoribus / nõ obstãte tex. sacrosancta. q Anacleto ascribit: quoniam illas Anacleti epistolas apocryphas credo / vt infra in tertia parte dico. nõ tamẽ nego quin vltima cõsideratio notãda sit. et secundũ eam in actibus apostolorũ. c. i. Petrus primo nominatur vt caput: et ea ꝓposuit p executione mandatorũ CHRISTI: quæ ipsi vt primo / et capiti principalius commissa a CHRISTO fuere. vnde licet omẽs apostoli / rectores / pastores / et vicarii CHRISTI fuere / vt in præfatione missæ in cuiuslibet festiuitate decantatur: tamen in pastoratu illo / rectoratu / et vicariatu / abundantiori gratia Petrũ primatum habuisse / sancti doctores affirmant / per hoc ꝙ ei vt ecclesiam totã repræsentãti claues promissæ et datæ fuere / ac pastoratus præcepta p verba / pasce oues. illum autẽ pastoratũ Petrus inter alios primũ et principaliter sortitus / immediate post CHRISTI ascensionem incepit in omni cõgregatione fideliũ executioni demandare / sicut præsides monere et respondere solent. vnde primus fuit Petrus / q vicariatũ CHRISTI verbo doctrinæ / et baptizandi officio Hierosolymis se habere ostendit: et primũ inter apostolos vt in actibus. i. ii. et. iii. capitulis legit. et Lucæ. vii. Similiter ex eisdẽ locis patet / ipm Petrũ primũ episcopum Hierosolymorũ: quia ea exercuit / quæ episcopalis ordo requirit. et fuit post hoc episcopus Antiochiæ / vt hoc legitur ad Gal. ii. deinde Romæ vbi ipse epistolam primã scripsit / vt patet ex fine eius: vbi dicit. Salutat vos ecclesia quæ est in Babylone. et secundũ Hiero. et Bedã / et exponentes omnes quos vidi / illa Babylon fuit Roma: quia filia Babylonis antiquæ. recte enim vt se habuit monarchia Babylonica: ita præcise Romana / vt hoc Paulus Orosius in principio septimi libri historiarum late declarat. et expositores Apocalip. diffuse scribunt: quomodo Babylonicũ regnũ sit ipm Romanum. sed non est nostri ꝓpositi / sufficit nobis: licet quidam Marsilius Paduanus / quẽ post omnem collationẽ vidi / quodã loco secundæ ptis dicere videatur / p canonẽ bibliæ non posse ꝓbari Petrũ episcopũ Romanũ / immo aut Romæ fuisse. qđ ex ipsa epistola Petri præfata secundum expositionem doctorum falsum est. et nõ est vsq ad hæc tempora quisq doctorũ sanctorũ inuentus: qui hoc vnq negauerit: immo Alipius / August. Optatus / Mileuitanus / sanctus Hie-

Marsilius Paduanus.

ronymus/ac alii omnes: q Romanorũ pontificũ cathalogũ suis scripris inseruerũt/a
Petro incipiunt. et dicit Optatus libro.ii. contra Parmenianũ: φ hoc nõ habet du-
biũ/sedem Romanã per omnes successores connumerando vsq ad Petrũ q prius ibi
sedit/cõtinuari/et per illum CHRISTO cõiungi. vt puto nullum catholicum san-
ctis quorũ scripta p ecclesiam approbata sunt in hoc dissentire posse. prędictis autẽ
consentiunt doctores approbati/sanctus Hiero. lib. i. contra Iouinianũ: vbi dũ Ioui-
nianus ei obiiceret cõtra laudẽ virginitatis: φ ecclesia nõ sup Ioannẽ/ sed Petrũ fun
data esset/ dicit sanctus Hiero. sup Petrum fundatur ecclesia. licet alio loco sup om-
nes apostolos fiat/et cuncti claues regni cœlorum accipiant/ et ex æquo super eos ec
clesiæ fortitudo solidetur: tamẽ ppterea inter. xii. vnus eligitur /vt capite cõstituto/
schismatis tollatur occasio. Sed cur nõ Ioãnes electus est? çtati delatũ est: quia Petrꝰ
senior erat/ne adhuc adolescens et pene puer ꝓgressæ ætatis hoĩbus pferrẽt/ et ma-
gister bonus qui occasionẽ iurgii debuerat a discipulis auferre/ et dixit ad eos/ Pacẽ
meã do vobis/pacẽ relinquo vobis/et q voluerit inter vos maior esse/ minor omniũ
sit: ne adolescenti quẽ dilexerat /causam præberet inuidiæ. Hæc ille. Ecce sententiã
sancti Hieronymi/cui nõ licet cõtradicere. ex qua habetur/Petrũ caput cõstitutum
apostolorũ/et eis p CHRISTVM prælatũ: nõ obstante φ ipsa ecclesia ex æquo super
omnes apostolos sit fundata. et φ Romæ Petrus sedit. Idem ad Damasum papã scri-
bens de fide sua dicit/hæc est fides. Et infra. Qui Petri fidem et sedem tenes. ad idẽ
Ciprianus. xxiiii. q. i. loquit. Gregorius. l. di. considerandũ. et Ambro. e. dist. fidelior.
Clemens. lxxx. di. in illis. August. ii. q. vii. puto. et non est opus scripturas adducere:
quia ab hac sententia catholica ecclesia nunq̃ dissensit. Iste autẽ principatus Petri
nõ consistit in maioritate/quo ad ligandi et soluendi potestatẽ in foro pœnitentiali/
aut in sacramentorũ cõfectione. nec dubitat quisq̃ de vltimo/ nec de primo est dubi
tandũ iuxta præmissa supius: quoniã eadẽ est omniũ episcoporũ/sicut fuit oĩm apo-
stolorũ spiritualis iudiciaria potestas/ quoniã hæc a CHRISTO per mediũ sacer-
dotii fluit. Ita dicit Hiero. sup illũ Matth. xvi. quodcũq ligaueris. habent quidẽ ean
dem iudiciariã potestatẽ alii apostoli: qbus post resurrectionẽ ait. Accipite spiritũ
sanctũ. Hęc ille. Et multa superius adducta sunt. nec fuit Petrus ex illo primatu ec-
clesiæ maior: quoniã ipse ab ecclesia/et ppter eam nominatur/secundũ August. loco
præallegato. et Ambro. l. dist. fidelior. et alios doctores supius adductos. Quare illa
Petri maioritas/nõ fuit maioritas supra/sed infra ecclesiam. vnde licet os siue caput
esset apostolorũ ac ecclesiæ/et eius nomine pponeret/ vt actuũ primo: et respõderet/
vt actuũ secundo: tamen nihilominus tanq̃ membrũ subfuit. quare in medio fideliũ
surgens/in reuerentiã ecclesiæ locutus est: et passus est se mitti in Samariã ob ipso.
actuũ. viii. In ordine enim ad ipsam verã vitã et veritatẽ CHRISTVM dñm et ca-
put nostrũ viuẽs fideles qa filii dei sunt p regenerationẽ in CHRISTO/ fratres tñ
sunt: quoniã ibi nõ est aliud magisteriũ/q̃ ipse CHRISTVS. Matth. xxiii. Nolite vo
cari Rabbi: vnus est enim magister vester CHRISTVS. oẽs autẽ vos fratres estis.
vnde hoc respectu nõ est nisi fraternitas in Christifidelibus: licet maioritas gratiæ
secũdum diuinã ordinationẽ cũ eadem fraternitate psistat. vnde licet Petrus foret
primus apostolus modo dicto: tamẽ illa primitiuitas non excessit ipsam apostolorũ
fraternitatẽ/quo ad ipsam ecclesiam. non enim erat Petrus plus filius dei / q̃ alius ex
sanctissimis apostolis/ licet abundãtiori gratia dotatus foret. et pro hac materia est
notãda epistola sancti Gregorii papæ in Registro. xxii. di. ad Ioãnẽ patriarchã Cõ-
stantinopolitanũ: quæ incipit. eo tempore. in qua vult ostendere/nullum episcopum

ita principatū gerere in ecclesia/ꝙ omnia membra ecclesiæ sint ei subiecta: quinimmo dicit illum Lucifero similem/qui hoc præsumit/quoniā super astra cæli soliū seu sedē ponere nititur/dicens. Quid enim fratres tui omnes ecclesiæ vniuersalis episcopi/nisi astra coeli sunt:qbus dum cupis temetipm vocabulo elato præponere/eorumq; nomē tui cōparatione calcare:quid aliud dicis/ nisi in coelum conscendā/sup astra coeli exaltabo soliū meum/ Et infra. Certe Petrus apostolus primus/membrū sanctæ et vniuersalis ecclesiæ/Paulus/Andreas/Ioannes/qd aliud/ꝗ singulariū sunt plæbiū capita:et tamen sub vno capite CHRISTO/omnes mēbra/ et infra. Nullus Romanus pōtifex hoc temeratiū nomen vniuersalis scilicet episcopus sibi arripuit ne si sibi in pōtificatus gradu gloriā singularitatis arriperet;& hāc omnib⁹ fratribus denegasse videretur. Hæc ille ibi. Et idem in alia epistola. xxii. ad Anastasium Antiochenū/quæ incipit. Quū prædicator egregius. vbi deducit/quomō omnes vnū sumus in vno capite CHRISTO/qui est pastor omniū: et nullus est homo/ cui omnia CHRISTI membra sint subiecta. et p cōsequens/nullus vniuersalis patriarcha. quia si hoc dici pmittatur:honor omniū patriarcharū negatur/ et nullus iam episcopus in statu veritatis inuenitur. Considerando vero singula ipsius ecclesiæ mēbra singulariter et in se:tunc prælatio abundātiori gratia quæ ꝑpter tollēdū schisma necessaria fuit:ad bonū ecclesiæ ordinatū regimē/ iuxta sancti Hieronymi sententiam a CHRISTO/ Petro tradita legitur /vt ipse sicut singulorū fuit primus/oīm esset seruus et minister. quoniā si ꝑpter ecclesiam Petrus a petra dictus est/ et ecclesia non est nisi vnio fideliū: recte ꝑpter vnionē fideliū ob tollēdū schisma/præsidentia est. quare vnitas fideliū est illa:ad cuius seruitiū et obseruantiā/ præsidentia est super singulos. hinc vnitas fideliū quā nos ecclesiam dicimus/siue vniuersale conciliū catholicæ ecclesiæ ipsam repræsentans/ est supra suum ministrū ac singulorum præsidem. et ita intelligo dictū saluatoris/ꝙ maior inter apostolos distributiue debeat esse minister omniū collectiue: quoniā sic ecclesiam faciunt. nec propter hoc dico/curatū præsidentē absolui a pticulari cuiuslibet subiecti mysteriali cura. quoniā licet minister sit cuiuslibet: remanet tamen supior cuilibet/ vt potestatē habeat pastoralis curæ/ non sic omniū collectiue/iuxta præmissa. etiā ad ea quæ superius tacta sunt/quomodo scilicet potestas principandi in ecclesia:nō sic quo ad radicem illam. qua ipsa a deo est ꝑprie in coactione constituta/sed mysteriali cura. ꝓbatur per illud. ii. ad Corinth. i. ibi non enim dn̄amur fidei vestræ/ sed adiutores sumus. vbi glo. Ambrosii dicit: dominiū et coactionē fides nō patitur/ quū sit volūtatis nō necessitatis. et Chrysost. in. ii. dyalogorū. c. iii. inquit. In ecclesia vero nō coactū/sed acquiescentē oportet ad meliora cōuerti. et Augu. sup illo. i. ad Thi. vlti. quicunq; sub iugo sunt/dicit: sciendū aliquos prædicasse cōmunē omnibus in CHRISTO libertatem esse. quod de spirituali libertate vtiq; verū est/et nō de carnali. plura possent adduci:sed sufficit scire/volētē et acquiescentē tantū et non coactū CHRISTO acceptum. Quare omnis spiritualis potestas in libertate/et non coactione: quantū ad ipsam radicē qua a CHRISTO est/ ꝑprie fundatur. verū quia ipsa præsidentia principalis ad vnitatē ꝑpter tollēdū schisma/ordinata extitit a deo: tūc nisi in ipso principe ecclesiastico absq; tamē ipso dominio quo principes eorū dominantur/ sic coertio aliqua non potest recte vnitas conseruari. oportet enim membra putrida et pedem abscindi/et oculum scandalizantē ab ecclesia erui: si corpus ecclesiæ sanum debet conseruari. Quare illa coertio non erit/sicut principes dominantur eorū: q hic dominandi modus est per vim sup corporibus et rebus/sed erit coertio per liberam

subiectionē omniū vel partis maioris initiata/& punitio non nisi ad salutē tendens. Vnde ex hoc Anacletus papa/& alij/vt superius continetur dicunt CHRISTVM/ Petrū concurrēte apostolorū cōsensu cōstituisse,& sic ex subiectorū electione & cō- sensu radicatur superioris potestas suo modo coactiua in eos, qui enī prius liberri- mi erāt eligēdo sup se p̄sidem:se ei subiiciūt. vnde ex hoc fundamento/superius sæpe dicitur potestatē coactiuā/aut principis/aut legis ex approbatiōe subiectorū p se ad hoc cōmuni consensu tacito vel expresso cōstitutū robur habere. Sic enī dicitur q̄q̄ oīs potestas desursum sit/siue coactiua/siue œconomica regulatiua/& ordinatiua/tn̄ ad hoc vt ipsa extrinsece in actū ꝓrūpere possit/ hoīes liberos Christianos regulādo vel cogēdo/ tūc recta regula prærequirit subiectionē liberā eorū/ cū ipsi ex lege fidei Christianæ & naturali iure nō arctētur extra terminos libertatis. hoc modo diffu- sius intēdebā deducere:omnē p̄sidatū ecclesiasticū/& spiritualē a CHRISTO me- diāte hominū assensu cōstitui. Illi enī sunt ꝓprie p̄positi nostri q sic ex subiectorum cōsensu p̄ponūtur/ad quoꝝ obediētiā nos ex p̄stito cōsensu obligamur cū ex hoībus per hoīes assūpti sint. Verū/ꝙ ex hac radice quā verā credo nisi ex aliquo miraculo vel signo apparet deū/aliquē p̄sidere velle ante hominū cōsensum: tūc q̄dē oēs Chri stianos necessario oportet diuinis p̄ceptis in oībus acquiescere. nō posse adhuc Ro- manū pontificē ꝑpetuū principē ecclesiæ ꝓbari: satis ex hoc manifestū est. Nam nō legitur etiā si Petrus illū principatū omniū nō habuit propterea Romanū pōtificē eius successorē/aut Antiochenū/vel Hierosolymitanū cū eiusdē sint successores ha- buisse/aut habere debere ex sacris literis:nisi cōcurrāt p̄dicta/scilicet cōmunis eccle siæ cōsensus sicut apostolorū in Petro. Vnde et si Romanus pontifex/aut ex loco & sede Petri/aut principatu ciuitatis inter cęteros mūdi ep̄os in primatu/vt p̄cipuus et honorabilissimꝰ p̄sēs tātæ ciuitatis/& sedēs in tāta Petri sede veneraretur:tn̄ nisi subiectiue ex consensu concurreret electio per eos q aliorū omniū vices gerunt/non credere ē ipm p̄sidē aliorū omniū/& principē sine iudicē esse.quare si p possibile Tre- uerēsis archiep̄s p ecclesiā cōgregatā p p̄side & capite eligeretur:ille ꝓprie plus suc cessor sancti Petri in principatu foret q̄ Romanus ep̄s. licet credēdum sit Romanū pontificē sicut locū Petri ita & principatū nūq̄ pditurū,nō enī successio ex loco ar- guit successionē ī p̄cipatu:vt de Antiochia/& Hierosolymis dictū est,nec cessaret ille principatus in ecclesia etiā si Romanæ vrbis sedes ep̄alis deficeret. & de hoc su- perius tetigi plura. Et ꝙ etiā habeat illā potestatē sibi de capite ꝓuidēdi libere:patet quia in oībus p sua salute CHRISTO succedit. p̄lati etiā oēs habētes ligandi et sol- uēdi potestatē/ꝙ missi sunt a CHRISTO/sicut CHRISTVS a patre manifestū est ex verbis CHRISTI.Io.viii.sicut misit me pater. vbi apparet ꝙ sicut CHRISTVS fuit filius dei verus:ita ecclesia eius corpus mysticū habet missionē similē a CHRI- STO.quare CHRISTVS sicut ecclesia habet auctoritatē mittēdi. Resideo itaq; in hac cōclusione ꝙ principatus ecclesiasticus ob vnitatē ecclesiæ/& ad eius seruitiū & ministeriū a deo ordinatus: ī realitate sua a CHRISTO per ecclesiā cōstituitur. Et quæcūq; argumēta aut p ea pte ꝙ principatus coactiuus a deo ī ecclesia sit tātū /aut ex alia pte ꝙ ipse coactiuus principatus ex electione siue cōsensu hominū seu eccle- siæ tātū existat. ad hoc mediū: cōcordātiæ meo iudicio veraciter reducitur. Nihil tamen de meis conceptibus adeo firmū assero: quin peritioribus dicā potius acqui- escendū. dicit enī Ambro. vnūquēq; enī fallūt sua scripta/& aurē p̄tereūt/atq; vt fi- lii deformes etiā delectant/ sic etiā scriptorē indecori sermones sui palpant: vt hæc Ambrosius Sabino epistola.xxxiii.scribit. tamē minus offendere puto ecclesiā hanc

Scripta sua capiūt quęq;.

opinionẽ/& per cõsequẽs verior cẽseri debet/quã illa Marsilii de Padua in libro defensorii pacis:cũ ipse suã ex fundamento tex.sancti Augustini.ix.di.ego solus tantũ possit defendere opinionẽ/resoluẽdo solutionẽ omniũ argumẽtorũ in cõtrarium ad hoc ꝙ auctoritatibus doctorũ credere nõ arctamur/nisi inquãtũ se in canone bibliæ fundãt.hæc est perniciosa opinio post sanctæ ecclesiæ approbationẽ ꝓbabiliũ doctorũ.vnde potius etiã acquiescẽdũ est textibus xii.di.ecclesiasticarũ/& aliis ibi positis ꝗ ita præsumere/ neqꝫ vera est solutio argumẽtorũ Marsilii ex suo fundamẽto iuxta præmissa:quia loquẽtes doctores de Petri principatu iuxta p̃missa/ in dictis CHRISTI se fundant/quæ in canone bibliæ habẽtur/& non in historiis aliis/ licet etiã illę non sint negandæ de Petro/quoniã sancti eas pro veris habuerũt/vt probat epistola Ambro.ad Anxentiũ de Basilicis tradẽdis epistola.lxxvi. Et cõsequẽter quoniã deformitas omnis est ex hoc:quia nec p̃sidẽtes sua vtũtur potestate ordinare ad finem propter quẽ est pastoralis p̃sidentia/nec subiecti ordinate superioribus/vt status cuiusqꝫ deposcit obediũt.quare de regulis canonicis quomodo talis cõcordãtia ꝑ sanctos patres cõseruabatur fuit dicẽdũ.ꝑmitti itaqꝫ oportebat de ipso cõcilio ecclesiæ catholicæ/ in quo est prima auctoritas ex consensu omniũ constituẽdi & regulandi cũcta ad salutẽ dirigentia/deinde de aliis particularibus cõciliis:& post hoc de iam editis canonicis reformatorialibus statutis/vt ad modũ doctrinæ sanctorum patrũ et statutorum sacrorum conciliorum hoc sacrum Basiliense concilium insequens patrum vestigia in institutis procedat. Et hæc est compendiosa collectio primæ & subsequentis partis sub omni correctione/ licet confuse & ruditer pro incitamento studiosorum tantum scripturis mandata.

Approbatorũ ab ecclia firmitas.

EIVSDEM R.PATRIS NICOLAI DE CVSA IN TERTIAM PARTEM SEV LIBRVM DE CONCORDANTIA CATHOLICA PRAEFATIO DE GENERIBVS PRINCIPATVVM.



I quis ab exordio fundamẽta/ nostro ꝓposito non tã vtilia ꝗ necessaria inuestigare curaret:huic essent repetẽda illa ipsa principia/in qbus & Aristoteles/& Plato/& Tullius/& alii sapiẽtes dũ de ordinatis politicis/œconomicis aut monarchicis regiminib⁹ scripsere/radices posuerũt. Naturalia quidẽ iura cũctas humanas cõsiderationes & antecedũt/& ad omnia illa principia sunt. omni aũt generi animãtiũ primũ a natura tribuitur vt tueat se/corpus vitãqꝫ/declinet nocitura/acqratqꝫ necessaria vt Tullius ex hac radice primo de officiis tertio c.inteniũ elicit. Primũ quidẽ essentiæ est ipm esse. quare ad hoc vt qlibet essentia sit habẽt connata ad hoc principia/instinctũ/appetitũ/aut rationẽ.Ex quo euenit secũdũ naturarũ diuersitatẽ varia esse media:ꝓpter esse & cõseruari naturaliter instinctui indita.Hoc fundamẽto Aristoteles.vii.politicæ.finali ca.cõclusit/omnẽ artẽ & disciplinã ꝑ supplemẽto naturaliũ defectuũ esse.Hoĩes vero ratione p̃ cũctis aĩalibus dotati:a principio cõsodalitatẽ ac cõmunionẽ suæ cõseruationi/ac etiã fini/ ꝓpter quẽ quisqꝫ est multũ cõferre:imo necessariã rationabili discursu/ intelligẽtes naturali instinctu se vniuerse/ac sic cohabitãtes pagos/vrbesqꝫ cõstruxere. Et nisi homo pacis seruandæ ob corruptũ multorũ affectũ regulas inuenisset: parũ vnio saluti contulisset. quare

Tullius.

Aristoteles

ciuitates in quibus ciuiũ vnitas/ac leges conseruãdæ vnitatis & concordiæ cõmuni
omni assensu:ac etiam earũ omniũ custodes potentes/quantum publicæ conferebat
vtilitati ex hoc cõsequenter ortũ habuerit. diuina quidẽ superadmirãda ac omni-
bus gratiose collata lege apertũ est:vt intelligerent homines maxime eorũ vtilitati
consoliditates cõferre. & deinde ordine tali conseruari vt cõmuni omniũ ac saltem
sapiẽtum heroicorum consensu aliis ipsis fauentibus leges statuerẽtur:quoniam vt
in præcedẽti collectione præhabitũ est secundũ sanctũ Cyprianũ ex CHRISTI p-
missione maior pars sacerdotii a vera lege nõ deficiet. ita pariformiter dũ cõmuni
cõsensu res pro cõseruatione reipublicæ tractãtur:maior pars populi ciuiũ aut he-
roicorũ a recta via/ac pro tẽpore vtili nõ deficiet alioqui cõtingeret naturalẽ appe-
titum frustrari/vt in pluribus qđ p incõuenietissimo apud philosophãtes habetur.
Videmus enĩ hominẽ aĩal esse politicũ & ciuile:& naturaliter ad ciuilitatẽ ĩclinari. Homo aĩal politicum.
Hinc oportet valẽtiorẽ partẽ p remanentia politiæ esse/vt Aristoteles primo poli-
ticæ primo cap. cõcludit. Sed cunctipotẽs deus stultis & fatuis quãdã naturalẽ ser-
uitutẽ adiunxit/per quã facile credãt sapiẽtibus vt sic ipsorũ adiutorio gubernẽtur
et cõsequãtur sui cõseruationem. vt post Calanum Alexandro scribentem epistola
quę viii. in ordine inter Ambrosianas inseritur /legitur:q scilicet tanq̃ agricultura
homo imprudẽs/& tãq̃ vinea deserta homo egens sensu. rescisa aũt vinea fructũ af-
fert: semiputata frõdescit/neglecta luxuriat. quã materiã elegantissime Ambrosius
immediate pcedenti septima rãgens epistola dicit a philosophis magno disputatio-
nis/molimine iactata & fluctuata ẽ quæstio. dicẽtibus: q omnis sapiens liber. omnis
autem insipiens seruus . sed multo hoc prius Dauid dixit/qui ait. Stultus sicut luna David.
mutatur. sapiens enim non metu frangitur/non potestate mutatur/non attollitur
prosperis/non tristibus mergitur. vbi enim sapientia/ibi virtus animi/ibi constãtia
et fortitudo. Sapiens enim idem est animo:non minuitur/nõ augetur rerum muta-
tione/nec vt paruus fluctuat vt circũferatur omni vento doctrinæ. Et infra. Noe cũ
audisset quia insipiẽter filius suus Cham riserat nudatum patrem:maledixit ei di-
cẽs. maledictus Cham: seruus domesticus erit fratribus suis. & præposuit ei fratres
eius dominos qui sapienter patris senectutem honorandam putarunt. Nonne fons
ille disciplinarũ omniũ Iacob vbertatẽ disputationis huius omniũ pectoribus infu- Iacob.
dit qui sapiẽtiæ merito plãtus est fratri seniori. deniq; pater pius qui cũ inter duos
filios affectu certaret paterno:sed increparet iudicio (affectus enĩ necessitudine fer
rur:meritis autẽ iudicia formãtur) cũ diuideret alteri gratiã/ alteri misericordiã/
sapiẽti gratiã/insipiẽti misericordiã/quia ad virtutẽ se ppriis viribus erigere nõ po Stulto expe
terat/nec spontaneũ gressum attollere benedixit eũ/vt seruiret fratri suo/& eẽt ipsi⁹ dit seruire
seruus ostẽdẽs ita deteriorẽ esse seruitute insipiẽtiã vt remedio ei seruitus sit. quia sapienti.
stultus regere se nõ potest:& nisi moderatorẽ habeat pcipitatur ppriis volũtatib⁹.
Diligẽs ergo pater & cõsulẽs/seruũ eum fratris sui fecit:vt eius regeretur consilio.
Ideo incõsultis populis sapiẽtes quiq; adhibẽtur rectores: qui plæbeiã insipiẽtiã vi-
gore pprio regãt. vt potẽtiæ specie dominẽtur:quo vel inuitos auctoritate potesta
tis subiiciãt ad obediẽtiã prudẽtiorib⁹ & obseq̃ndis legib⁹. Imposuit ergo ĩsipiẽti ve
lut ĩdomito iugũ/& cui ĩ gladio suo viuẽdũ dixerat libertatẽ negauit:ne temeritate
laberet. pfecit ei fratrẽ:cui⁹ auctoritate & moderatiõe subiectus pficeret ad cõuer-
sionẽ. Et q̃a seruit⁹ habet discretionẽ (ẽ enĩ necessitatis ĩfirmior /volũtatis fortior: Seruitus
q̃a pulchrius ẽ bonũ qđ nõ ex necessitate fit/sed ex volũtate) ideo primũ ei iugũ ĩpo duplex.
suit necessitatis/postea benedictionẽ ei volũtariæ subiectiõis ĩptiuit. Nõ ergo natu-

Natura ſeruus nemo.

ta ſeruū facit:ſed inſipientia: nec manumiſſio liberum/ſed diſciplina. Deniq; Eſau
libet natus eſt:& ſeruus factus. Ioſeph venditus in ſeruiturem eſt: & electus ad po-
teſtatem/vt ſuis emptoribus imperaret.& poſtq̄ elegāter libertatē ſapiētis Ambro-
ſius ibidē declarauit:quomō ſtulto ratū lex poſita eſt/ac quomō ob peccatū ſub poe-
nis legibus redigit ſubiūgit.ſeruit ergo peccator formidini/ſeruit cupiditati/ſeruit

Liberi.

auaritiæ/ſeruit libidini/ſeruit malitiæ/ſeruit iracundiæ. & videtur huiuſmodi ſibi
liber: ſed magis ſeruit quaſi ſub tyrānis poſitus.Illi aūt liberi ſunt q legibus viuūt.
Lex aūt vera:ſermo rectus.lex vero nō inſculpta tabulis:nec ære inciſa/ſed impreſſa
mētibus atq; infixa ſenſibus.quādo ſapiēs non ſub lege/ſed ipſe ſibi lex eſt:opus legis
in corde ſuo cōtinēs naturali ſtilo ſibi/& quadā inſcriptione formatū.hæc ille.Gra-
ues has ſententias cū aliis notādis valde/ille ꝑclariſſimus doctor Ambroſius in eadē/
et ſequēti epiſtola ponit.ex q̄bus hoc vnū mēti tenēdū:q; licet ex neceſſitate inſipiē-
tes quia ſe ipſos regere nō poterant ſerui ſapientū effecti ſunt: tamē alligabatur illi
neceſſitati volūtaria ſubiectio/ꝑpter ipſam neceſſitatē. & ſic naturali quodā inſtin-
ctu ꝑſidētia ſapiētū/& ſubiectio inſipientū redacta ad cōcordiā exiſtit per cōmunes
leges/quarū ipſi ſapiētes maxime auctores/cōſeruatores/& executores exiſtūt.alio-
rum omniū ad hoc per volūtariā ſubiectionē cōcurrēte aſſenſu/& regimen dum ita
diſponitur tūc impoſſibile eſt ciuitatē Ariſtocratizantē. i. ſecundū virtutē p ſapiē-
tiores/aliorū cōſenſu ad cōmunē vtilitatē gubernatā:nō bene diſponi/vt Ariſtoteli
placet quarto politicæ. ca.vii.Legis aūt latio p eos oēs qui per eā ſtringi debent/aut
maiorē partē aliorū electione fieri debet: quoniā ad cōmune cōferre debet.& quod
omnes tangit ab omnibus approbari debet: & cōmunis definitio ex omni conſenſu
aut maioris partis ſolū elicitur.nec poteſt excuſatio de obediētia legum ſibi tūc locū
vēdicare/quādo quiſq; ſibi ipſi legē cōdidit.non eſt enim bona diſpoſitio bene leges
poni:non obedire autē/vt dicit Ariſtoteles quarto politicoꝝ.ca.vii. Eſt itaq; etiam

Legū pſtā-
ria.

eorū interꝑrari quorū condere.his enim legibus regnū gubernate neceſſe eſt: ama-
re enim & obedire omnibus inſunt.quare etiā melius pro republica extitit legibus
q̄ optimo viro regi: vt ex intentione tertio politicæ.ix.cap.hoc Ariſtoteles pergrēs
cōcludit ;ac.i.rhetoricæ.c..i.vbi enim non principantur leges/ibi non eſt politia/vt
quarto politicæ.iiii.cap. ſtatui autē oportet leges cum grauitate magna ac digeſte
multū per prudentiā longa experientia ſuffultā/vt ſecūdo politicæ.ii.cap.dicitur.
Oportet deinde principantes eſſe pro legū obſeruatione quos primo ſecundū ipſas
leges dominari oportet.tertio politicæ.ca.vi.&.iiii.ethicorū.c.v.quoniā lex oculus
eſt ex multis oculis/& eſt intellectus ſine appetitu/vt tertio politicæ.ix.cap. inuētū
enim ſic a pluribus cui iam ſe quiſq; ſubiecit mutare principantes nō debent.Et q̄q̄
ſecundū leges princeps dominari debeat:tamen quia de his eſt dominus/de quibus
ſecundū leges nihil dicitur certitudinaliter/vt tertio politicæ.c.vi.ideo oportet eū
eſſe prudentē/vt tertio politicæ.c.ii.& quarto ethicorū tractatu de iuſtitia/vt epii-
keizate recte valeat per directionē legis vbi deficit propter particulare:& tunc ipſe
omnis principatus/ſiue monarchicus p vnū/ſiue Ariſtocraticus pluriū ſapiētū/ſiue
politicus omniū ciuiū ſimul/& cuiuſlibet ſecūdū ſuū gradū/quādo ſecūdū volūtatē
ſubiectorū exiſtit/ad cōmunē tendēs vtilitatē reperatus/ & iuſtus dicitur vt hæc p
Ariſtotelē tertio & quarto politicorū.Si autē ꝑter volūtatē ſubiectorū ad ꝓpriā tē-

Principatꝰ intēperati.

dens vtilitatē pricipatus exiſtit/intemperatus exiſtit/vt tertio politicorū.cap.v.&
ſic oriūtur tria genera principātiū ꝑfatis tēpetatis aduerſa:vt tyrānis/Oligarchia/
et Democratia/& de his intēperatis tyrānicis Oligarchicis & Democraticis prin-

cipatibus libri historiarum pleni sunt. Nemroth enim cœpit robustus venator eẽ: primo post diluuiũ/ac Ninus Assyriorum primus rex Beli filius/ qui primus arma fotas extulit libidinis dominãdi causa/ & post eũ Semiramis eius vxor.quę Treuerũ priuignũ/Nini ex alia Chaldæa vxore filiũ:patria/regnoq̧ expulit (vt ferũt historiæ) ob eausam, quia ipsa in eius exarsit amorẽ:quã quia nouercã suã iuste spreuit. ipsa eum insequẽte Europã adiit/ac demũ locũ mãsiuũ in cãpo quodã amœnissimo interluente eũ mosella (de quo fluuio Ausonius admirandũ opus metro contexit) delegit:ac nostrã ibi sui nominis vrbẽ condidit Treuericam/omniũ quæ in Europa sunt primã anno.xlii.natiuitatis Abrahæ/vt veteres dicũt historiæ.sed hæc præter propositũ.De temperatis quidẽ principatibus: quomodo ipse Moyses/& Aaron/ & Eleazar/ac in Romana republica reges primo/ deinde senatus ac cõsules/& etiã imperatores cõsensu & volũtate p cõmuni vtilitate constituti sunt: superuacuũ foret hoc loco notissima omnibus enarrare. Oportet autẽ principantẽ vnũ esse multis ex causis/etiã si ipse principat⁹ ex pluribus heroicis viris vnitus & cõpactus foret/alioqui cõfusio exoriretur:quãdo in principãdo plures cõcurrerẽt et cõfunderetur ordo.quãdo subiecti cui obedire potissimũ deberẽt; nescirẽt.Pluralitas igitur principũ mala:quoniã vnũ oportet principantẽ esse/ad quẽ vltimo secure recurrat.Omnẽ aũt principatũ monarchicũ/ vel aristocraticũ cũ volẽtibus subditis cõstituãtur illi principatus:electione constitui oportet.iii.politicæ.c.viii. Inter aũt omnia tẽperati principatus genera:monarchicus p̃eminet.Inter autẽ species huius principatus tẽperati: monarchicus/qui per electionẽ cõstituitur absq̧ successoribus p̃fertur ei qui per electionẽ constituitur/ cũ ipsis successoribus. In generis enim successione varia solent interuenire quæ reipublicæ sæpe obsunt.q̃q̃ enim heroici/ & sapientissimi/& nobilissimi viri sæpe eũ posteris ad monarchicum regimen legantur salubriter aliquãdiu electi:tamen quia ad modum fertilis agri filii talium primi naturam parẽtum contrahentes successiue degenerant/& demũ perit illorũ illustritas/vt Aristoteles habet secũdo rhetoricæ.c.xxiiii.vnde etsi multæ etiã rationes p̃gnantes & fortes pro successorio monarchatu existant: nihilominus vt optimus omniũ volũtate ad cõmune conferens præsit reipublicæ semper/ non est melior quisq̃ statuendi modus q̃ per nouã electionẽ omniũ aut maioris partis/ vel saltẽ eorum procerũ qui minus voces ex consensu habent. hæc videtur Aristotelis sententia primo politicæ c.ix.& libro secũdo.c.viii.& tertio.c.ii.& septimo libro.c.ix.& xii.Hui⁹ vero officiũ est/nihil cõtra leges p̃sumere:imo subesse debet eis/& eorũ doctrina tanq̃ cor in medio corporis totam rempublicã viuificare/imo secũdũ easdẽ puniri debet in arduis scandalũ in republica ex transgressione generantibus.licet nõ in paruis delictis: ne contẽptibilis fiat principatus. Vigilare itaq̧ princeps habet ad modũ cordis continue p republica & legũ strictissima obseruatione/quas eum exequi oportet.vt dicitur septimo politicæ.ca.vi.& non vti summa potestate vt regnũ diuturnius fiat: vt Aristoteles v.politicorũ de Theopõpo declarat q voluit facere suũ regnũ diuturnũ ideo sũpma potestate raro vsus est /vt se legibus cõformaret/& populi amorẽ cõseruaret. Sũt enĩ principãti necessaria tria. Primo amor ad cõsistentẽ politiã. Secũdo potẽtia maximorũ operũ principatus cũ virtute & iustitia/ vt.v.politi.c.iiii.virtus aũt ẽ ipsa prudẽtia q̃ est virtutũ magistra.Sexto ethicoꝝ.c.ii. Potẽtia aũt necessaria est/vt p coactiuã potẽtiã ciuiles potẽtias in rebelles exeq possit.vnde oportet ad hoc aptũ habere ĩstrumẽtũ scillcet exercitũ armatorũ.Dicit enĩ Aristoteles vii.politicæ vi.cap. cõmunicantes autẽ necessariũ est ipsis arma habere ad principatum inobe-

Ninus.
Semiramis

Treueris.

Princeps sit vnus.

Monarchię præstãtia.
Electio melior successione.

Electi officium.

Principanti tria necessaria.

dientiũ gratia: & illa esse debet tanta vt sit ea quæ singulorũ/ & vnius/ & simul pluriũ maior. ea autẽ quæ multitudinis minor. vt tertio politicorũ. ix. c. mediocris q̃dẽ debet esse exercitus: ne videatur monarcha tyrãnizare velle ad propriã vtilitatẽ. & tamẽ potẽs ꝑ aliquibus & pluribus rebellibus. omnẽ enĩ pœnã quã principãs infligere debet: cõparare debet medicinali antidoto reipublicæ. vt docet Aristoteles tertio ethicoꝝ. iii. cap. & summope ad hoc aduertere: ne in subiectis magna oriatur inæqualitas. ꝑpter enĩ excrescẽtiã aliquorũ: rupta ꝓportione politia perit. sicut enĩ ex partibus corpus cõponitur/ & oportet augeri ꝓportionabiliter/ vt sanitas & cõmensuratio maneat: alioqui corrũpitur/ si nõ secũdũ quãtũ/ sed secũdũ quale crescit. vt hæc Aristoteles. v. politicoꝝ. c. ii. & iii. eiusdẽ c. vii. declarat. Multa itaq̧ circũspectione: prudẽtia/ ac rerũ experiẽtia pollere principãtẽ necesse est/ vt secũdũ tẽpus & locũ vtiliter per pœnas medicinales ægrotãti reipublicæ aliter nunc/ aliter tunc/ vt

August. tẽporis qualitas deposcit salubriter succurrat. vt elegãti exẽplo Aurelius Augustinus ad Volusianũ de diuinarũ legum mutatione nos informat dicens. Vindicianũ medicũ expertissimũ/ adolescentẽ a quadã infirmitate: mediante certa medicinali re adolescenti nota curasse. post tẽpora senuit adolescens/ & in eandẽ reincidit pestem/ vsus est proprio motu eadẽ re quæ prius eũ sanitati restituit/ nec conualuit: causam a Vindiciano exquirit. respondit elegãter nõ ꝓfuit/ quia Vindicianus nõ porrexit. Interrogatus post/ cur hanc causam inualiditatis medicinæ cõfinxisset: dixit/ recte dixi/ si dedissem ꝓfuisset. nõ aũt dedissem modo maturioris ætatis viro: quã quõdã adolescenti. Hoc exemplo Augustinus instruit: mutationes tã in diuinis q̃ humanis legibus vtiliter pro tempore per eundem/ ac ad eũdem finem fieri.

Sedulius. ¶ Venerabilis Sedulius in libello de Christianis rectoribus primo cap. octo principaliter regi necessaria his versibus exprimit.

Fabrica nulla tenet stabilem per tempora formam:
  Si non fulturis nixa sit illa suis.
Nec stabilire queunt splendentia lumine templa
  Aula nec & regum esse his sine firma potest.
Iusti rectoris propriis sic stare columnis
  Publica res poscit propitiante deo.
Prima columna micat veri speciosa decore:
  Ac patiens regimen rite secunda tenet.
Tertia largiflua meritis dat munera dextra:
  Quarta q̧ blandiloquax dulcia verba sonat.
Quinta malos reprimit zeloq̧ micante choruscat:
  Gaudet sexta potens magnificare bonos.
Septima Clementi petit ore benigna tributum
  Ast octaua regit iustitiæ trutinam.
Nititur his solidis respublica fulta columnis
  Sicut mons Sion: his stabilisq̧ manet.

CHRISTVS Christiano pricipi imitandus. Possent plura & elegantissima dicta sapientum huc adduci: si nostri propositi foret de ipsis principantibus ad longum tractare. Sed hæc radix nobis ad omnia cum his præmissis sufficit ꝙ quẽliber principantẽ inter Christifideles oportet CHRISTO cuius figuram & successionem gestat in typo cõformari. Respiciat itaq̧ ad CHRISTVM qui est ipsa veritas. & primo consideret quoniam ipse est dominus & magister/ deus & homo: ita & omnis principatus ex quodam diuino & humano exur-

git.Poteſtas enim omnis dei habet ordinationem ad Roma.xiii. Et Augnſtinus ſu per illud Ioã.xix.non habetes poteſtatẽ aduerſus me vllam/niſi tibi datum eſſet de ſuper:elegãter declarat poteſtatem etiam Pilati in CHRISTVM a deo fuiſſe.ſic & ſanctus Bernat.ad archiepiſcopũ Zozonẽſem ſcribens dicit.Romani præſidis poteſtatem CHRISTVS ſupta ſe fatetur cœlitus ordinatam:quare ſacra eſt omnis maieſtas & ſpiritualis/& a deo.Eſt etiã ab hoie vt CHRISTVS verus virginis MARIAE filius.vnde ex incorrupta & intemerata virgine/ eius liberali cõſenſu interueniente dũ diceret/fiat mihi ſecundũ verbum tuũ:CHRISTVS naſcitur deus & homo.Ad modũ huius ex vnica incorrupta eccleſia/ſiue congregatione hominũ ex puriſſimo cõſenſu ꝓdire debet vet⁹ pricipat⁹:nõ ex aliqua violẽtia/nõ ex ambitiõe aut prauitate ſimoniaca/ſed ex puritate qua CHRISTVS ĩ mũdũ propter amorẽ ſalutis populi dignatus eſt venire.& dũ ſic per CHRISTVM qui eſt oſtiũ verũ ad principatũ quis eligitur & vocatur/ & ſecũdũ CHRISTI exẽplũ cũ humilitate acceptatur/& ꝑ veſtigia CHRISTI princeps ambulauerit:neceſſe eſt rẽpublicã optime diſponi/& imperantis nomẽ peremari.CHRISTVS enĩ ſub lege erat:nõ venit ſoluere legẽ/ſed adimplere/humilis et mitis corde/medicus mãſuetiſſimus,et nõ eſt opus alia quacũꝗ doctrina principanti ꝙ eius veſtigia inſequi:quoniam tũc in luce veritatis ambulat/et vitã æternã conſequetur. Et quia principalis noſtra intẽtio in hoc opere verſatur circa inquiſitionẽ cõcordãtiæ catholicæ:ideo hæc nũc ſufficiãt/ in ipſo principali ꝓpoſito inſiſtẽtes inueſtigemus ad hoc cõſequenter opportuna.

Marginal notes: Auguſt. — Bernard.

Cap.I.

SAtis præcedens collectio concordiã eccleſiaſticę diſpoſitioni vim maximã dare cõcluſit:ac dubia magna exſoluit.inter quę ea quæ memoriæ digna cõmẽdauit: hoc notauit.ꝓcipue eccleſiã CHRISTI ex ſacramẽtis ſacerdotio/fidelibuſꝗ connexã.In qua vnitate: ſacramẽta vt ſpiritus.ſacerdotium:vt anima.ac cæteri fideles:vt corpus ad vnius myſticũ CHRISTI corpus cõcorditer cõſtringũtur. Verũ de ſacerdotio quædã ꝓmiſſa ſunt:de corpore qđ quantũ ꝓpoſito congruit ſermo habẽdus nũc eſt.Cuius gradualis hierarchica ordinatio in vnũ principem ab infimo ſimplicium laicorum/pedum typum gerẽtium per Rectores/Comites/Marchiones/duces et reges/ vſꝗ in Cæſareũ caput ex ſuperioribus facile quiſꝗ intelligere poterit. Omnia enim quæ a deo ſunt: ordinata neceſſario ſunt.Eſt itaꝗ in catholica eccleſia in hoc ordine vnus in plenitudine poteſtatis cæteris ſupereminens mundi dominus:qui Romano pontifici ſuo modo in hac corporali hierarchia ad inſtar ipſe in ſacerdotali regularitet par eſſe dicitur/ſeruata differentia quæ inter ſpirituale et corporale exiſtit. quas quidem ſui generis concordantias vtriuſꝗ poteſtatis/ac etiam differentias inueſtigate particulariter non intendo/ſed ad præſcripta hac regula inueſtigantẽ remittere/vt cognoſcat imperialem maieſtatem/ita omnium de iure qui imperio ſubſunt poteſtatem habere : ſicut Romanus patriarcha ſubiectos epiſcopos Romanæ eccleſiæ in poteſtate habet.Et ſicut inter cunctos patriarchas Romanus eſt primus: ita inter cunctos reges Romanorum rex. duces vero archiepiſcopis/comites epiſcopis cõpara:et proſequere reſiduũ vt ſuperius ſecundũ Leonem nonũ quodam loco continetur.

Marginal notes: Loquẽdum deinceps de corpore eccleſiæ myſtico. — Cæſar.

Cap.II.

CEſſet in primis ſtabiliendũ fundamẽtum quomodo ipſum imperiũ ſacrum a deo ſit:deinde an dependeat ab eodẽ immediate. Poſt hæc vbi hodie exiſtat/& an a papa ſit tranſlatũ in veritate de Græcis in Germanos in ꝑſona

Marginal note: Ingrẽda de imperio.

Caroli magni: ac de electoribus imperii qua vtantur potestate. Et quoniã istæ quæ-
stiones variæ ac prolixę per multos recẽtiores doctores habẽtur: delegi tacẽdũ esse.

De donatione Constãtini.

vnũ vero prætertire nequeo/ quoniã pene omniũ sentẽtia indubitata est Constãtinũ
imperatorem/ occidentis imperium Ro. pon. Siluestro/ ac eius in æuũ successoribus
perpetuo dono tradidisse: & ideo etiã si ratio de vnitate principãtis scilicet aduer-
sari bono & recto ordini duo capita fore non concluderet/ pateret tamẽ in occidẽte
imperatorẽ nullũ/ nisi a papa dependenter imperiũ cognosceret iuste esse posse. hãc
radicem quoad potui inuestigaui/ ꝑsupponens hoc etiã indubitatũ esse Constãtinũ
talẽ donationẽ facere potuisse: quæ tamẽ q̃stio nec soluta est hactenus/ nec soluetur
verisimiliter vnq̃. sed ĩ veritate supra modũ admitor/ si tes ita est / eo ꝙ in autẽticis
libris/ & in historiis approbatis non inuenitur. Relegi omnia quæ potui gesta impe-
rialia/ ac Romanorũ pontificũ: historias sancti Hieronymi qui ad cũcta colligendũ
diligentissimus fuit/ Augustini/ Ambrosii/ ac aliorũ opuscula peritissimorũ/ reuolui
gesta sacrorum conciliorũ quæ post Nicenũ fuere: & nullã inuenio cõcordantiã ad
ea quæ de illa donatione legitur. Sanctus Damasus papa ad instantiã beati Hiero-
nymi actus & gesta ꝓdecessorũ/ dicitur annotasse: in cuius opere de Siluestro papa
non ea inueniũtur quæ vulgo dicuntur. legitur in certis historiis Constantinum a
Siluestro baptizatum. Et ipsum imperatorẽ tres illas sancti Ioannis/ sanctorũ Petri
et Pauli ecclesias mirifice ornasse/ ac annuos multos redditus e diuersis massis ter-
rarum in diuersis prouinciis/ & insulis pro continuando ornatu lampadatũ balsami
et nardipistici/ ac cæterorũ donasse. De quibus omnibus particularẽ mentionem in

De donatione imperii desiderantur testimonia.

pontificũ libro reperies. Sed de donatione tẽporalis dominii/ aut imperii occidentis
nihil ibi penitus cõtinetur. verũ ꝙ postq̃ Astulfus rex Longobardorũ Exarchatum
Rauẽnatẽ occupauit cũ aliis multis locis/ & Stephanus secũdus natione Romanus
ex patre Constãtino multis legatis ad Astulfum missis rogaret imperiali ditioni lo-
ca restitui/ & facere non vellet Astulfus: Stephanus Pippinũ adiẽs eum cum duobus
filiis ĩ reges vnxit. fuit etiã cũ eodẽ Stephano orator missus imparoris/ & a Pippino
impetrarunt vt Astulfum induceret: ꝙ imperio loca restitueret. misit Pippinus nec
profecit. vnde cum non posset sic ab Astulfo restitutionem impetrare: promisit Ste-
phano se vi ablaturum ab eo/ & sancto Petro daturũ. hoc audito reuertitur imperi-
alis missus. Pippinus quæ promiserat expleuit. Forma vero huius donationis: in ge-
stis ꝓfati Stephani cũ nominatione particulari omniũ bonorũ continetur. Zacha-
rias papa monarchiã regni Franciæ in Pippinũ transtulit/ Lodouico rege deposito:
de quo legitur. xv. q. vi. alius. & in glo. c. venerabilem. ex illo puto Pippinũ sedi apo-
stolicæ fauisse. post hoc Desiderius rex iterũ illas ciuitates/ aut earũ aliquas tẽpore
Adriani vi cepit. Adrianus papa multis missis ad eũ legatis repetiit ius sancti Pe-
tri: impetrare non potuit. tunc Carolus magnus inuocatus per Adrianũ: recupera-

Donatio Caroli magni. Constãtini nulla legitur.

uit. & iterum donauit sancto Petro solenni donatione: quæ in gestis eiusdẽ Adriani
papæ continetur. Ex istis constat Constantinũ imperiũ per Exarchatũ Rauẽnatem/
vrbẽ Romã/ & occidẽtem minime papæ dedisse. vnde continue legitur imperatores
vsq; ad tempora præfata sicut prius pleno iure Romam/ Rauẽnam/ & Marchiam cũ
aliis locis possedisse. & probat tex. xcvi. di. bene quidã. vbi dicit de patricio præfecto
nomine Adoacris regis. & lxiii. di. Agatho. xcvi. di. cum ad verum/ cũ similibus. &
Romanos põtifices legimus imperatores fateri dominos. Scribit enim Agatho pa-
pa ad imperatorem Constantinũ qui sextã synodũ congregauit/ & multis annis se-
cutus est primũ/ quomodo vrbs Roma sit ipsius imperatoris famulis vrbs. Et Boni-

facius papa ad Honorium qui dicit/ ꝙ ecclesiæ Romanæ ipse habet regere sacerdotium: sed imperator humanas res. Et in fine dicit Romā esse vrbem suæ mansuetudinis. hic tex. habetur. xci. di. ecclesiæ. Et vt breuiter dicam nullubi contrarium legi quin vsq; ad illa præfata Pippini tēpora imperator remanserit in possessione locorū prætactorū. Nec vnq̄ legi aliquē Romanorū pontificū vsq; ad tēpora Stephani secūdi in illis locis/ nomine sancti Petri aliquid iuris p̄sumpsisse habere. hæc credo vera esse: nō obstāte famigeta opinione de contrario/ quæ in palea habetur Constantinus. xcvi. di. quoniā absq; dubio si nō fuisset illud dictamen apocryphū: Gratianus in veteribus codicibus/ & canonū collectionibus inuenisset. & quia non inuenit: non posuit. Vnde quæ postea addidit: pro palea ita illam confictā scripturā posuit/ sicut multa alia inueniūtur ex apocryphis libris nostris inscripta. Ego etiā ad longū hāc scripturā in quodā libro inueni/ quæ multo plus continet q̄ ea quæ in decreto ponitur loco p̄allegato/ & diligēter eā examinans reppeti ex ipsamet scriptura/ argumēta manifesta confictionis & falsitatis/ quæ pro nūc longū & inutile foret his inserere. Etiam est aduertendū ꝙ tex. Constātinus. xcvi. di. est ex legenda sancti Siluestri extractus/ & fundat ille qui imposuit decreto auctoritatē ipsius tex. in approbatione Gelasii in synodo: rogo videatur. xv. di. sancta Romana illa approbatio/ & inuenietur pauci roboris, quia dicit auctorē ignorari/ & tamen per catholicos legi/ & ea propter legi posse. qualis sit approbatio: quisq; considerare potest. Multæ enim sunt historiæ sancti Siluestri. vna/ in quo hoc nō inuenitur quā sanctus Damasus pont. alia cuius auctor ignoratur: quā textus non dicit veram/ sed legi posse. neq; dicit in illa hoc contineri. etiam antiqua decreta nō habēt textū/ nisi vsq; ad. §. Item decreta Romanorū pontificum inclusiue: & sic non inuenitur in illis libris iste. §. de historia Siluestri. Quinta etiam vniuersalis synodus quæ de approbatis doctorū omniū/ & scripturarū approbatarū libris mētionem facit/ ac etiā ipsa synodus Martini papæ quæ fuit contra asserentes vnā voluntatē in CHRISTO/ scilicet contra Petrum & Sergium renouās approbatas scripturas/ vt egomet vidi: nullam de istis historiis facit mētionē/ nec quisq̄ approbatus/ aut nominatus inter veridicos quē vnq̄ vidi. Ego legi in Vincentio historiarum. xxiiii. lib. in fine secundū sanctum Hieronymū Constantinū vxorem Faustam/ & filium Crispū crudeliter occidisse: & in extremo vitæ ab Eusebio Nichomediæ episcopo baptizatum/ in Arrianā hæresim declinasse. A quo tempore/ inquit Hieronymus ecclesiatū rapinæ/ & totius orbis discordia secuta est vsq; in præsens tempus. Ista libro de actibus Siluestri quē Vincentius dicit a quodā cuius nomen ignorat e græco translatū: vt eodem lib. c. ix. habetur manifeste contradicunt. quis non crederet potius Hieronymo approbato q̄ ignoti auctoris scripturis quæ apocryphæ dicūtur quādo auctor ignoratur? Textus etiam qui ascribitur Melchiadi papæ qui habetur. xii. q. i. futuram: qui videtur huic dicto aliquantulum obstare/ non est melchiadis papæ secūdū glo. quandā & etiā rei veritatē quia Melchiades præcessit Siluestrum: vt patet in cathalogo Romanorū pontificū. Et si Constantinus fuit baptizatus a Siluestro secundū cōmune dictū/ tunc patet titulum illius textus falsum/ quia loquitur de baptismo Constātini. Et etiam si Melchiadis foret ille textus/ adhuc non haberetur argumentū ex eo contra præmissa: quia non dicit aliud q̄ Constantinū sedē Romanā imperialem reliquisse/ & Petro & successoribus concessisse. hoc est ꝙ vbi fuit sedes imperialis ꝙ ibi sit modo papalis. quod non negatur. Et verum est Constantinū imperatorē tēpore Melchiadis papæ fuisse/ & tunc Christianū vt per Augustinū in multis locis hoc habetur: & maxime

in epistola ad Gloriũ/et Elusium/et quibus hoc gratũ est: quæ incipit. Dixit quidẽ apostolus, et hoc cõcordat cum Hieronymo. Vidi etiã decretũ Leonis papæ in synodo Romana cum subscriptione episcoporũ/et clericorũ/et ciuium Romanorũ. vbi

Othoni restituta loca imperii.

Leo papa Othoni primo restituit omnia loca per Pipinũ/et Carolum/et Robertum reges sancto Petro data, et nominantur in eodem decreto omnia loca/ et nullam facit de donatione Constantini mentionẽ. Sunt meo iudicio illa de Constantino apocrypha: sicut fortassis etiam quædã alia longa et magna scripta sanctis Clementi et Anacleto papæ attributa. In qbus/ volentes Romanã sedẽ omni laude dignam plus q̃ ecclesiæ sanctæ expedit et decet exaltare: se penitus aut quasi fundant. Si quis illas omnes scripturas illis sanctis attributas diligenter plegeret/et eorũ tempora ad illa scripta applicaret/ac deinde in opusculis omniũ sanctorũ patrũ q vsq ad Augustinũ/Hieronymũ/et Ambrosiũ fuere/ac etiã de gestis cõciliorũ: vbi authentica scripta allegantur/vsum et memoriam haberet: hoc inueniret verũ. quia nec in illis omnibus scripturis/de illis præfatis epistolis mentio habetur: et etiã ipsæ epistolæ applicatæ ad tempus eorũ sanctorũ seipsas produnt. scribitur in Clementis epistolis/ quomodo papa fuerit/et Petri successor/ et post Petri mortem ad sanctum Iacobum has fingit scriptor misisse epistolas/ qui fuit frater domini et Hierosolymorũ episcopus: et est manifestũ Iacobum prius Petro octo annis finisse martyrio vitam. Et hęc vna de causis/cur inter catholicas epistolas ea quæ Iacobi sunt præcedũt: vt scribit Beda sup canonicis epistolis in principio. Scribitur quoq ipm Clementẽ successorẽ fuisse Petri. et hoc idem in aliis quæ sancto Anacleto ascribitur: legitur. quomodo sancti viri: Hieronymus/Augustinus/Optatus/Milenitanus/ et ceteri q oĩm Romanorũ põtificũ cathalogũ posuerũt /hoc ignorassent/q Clemẽtẽ nõ iterserũt/ vel saltem non immediate post Petrũ ponunt: si ipsas epistolas/aut tunc vidissent/aut pro authenticis habuissent. Inuenitur ĩsup in ipsis epistolis de episcoporũ a sacerdotib⁹ differentia: quæ longo tempore post hoc/vt Hieronymo placet et Damaso/ in ecclesia orta est ex allegatis etiam in ipsis epistolis/ac aliis innumeris ista patere possent quæ hic supuacue ponerentur. Non opus foret diuinã ipsam et omni laude supexcellentissimã Romanã primã sedẽ/se his ambiguis iuuare argumentis: quæ ex illis epistolis extracta decreto Gratiani inserta inueniunt. sufficienter quidẽ et multo elegantius veritas ipsa ex vsitatis certis et approbatis sacris scripturis et doctorũ scriptis absq hæsitatione haberetur. sicut nec de Cõstãtini donatione se maior ẽ arguere deberet: quæ si etiam indubia foret: quid in spirituali cathedra potestatis ecclesiasticæ augere possit /qsq intelligit. non adhuc dubitaretur de eius validitate solum quæ diligenti inqsitione quã p veritate scienda reperire potui scribo: saluo in omnibus iudicio sacræ synodi. Et si omnia illa quæ prænarrata sunt/ex acceptatione ecclesiæ firma censeri debẽt: placet et mihi. quia etiã illis omnibus scripturis e medio sublatis: sanctam Romanam ecclesiam primam summæ potestatis et excellentiæ inter cunctas sedes/quisq catholicus fateretur.

Cap. III.

An in Germanos trãslatũ impiũ.

VErum adhuc volunt quidã/et est opinio vulgatissima/imperiũ translatũ in Germanos per Adrianũ in personã Caroli Magni/iuxta ea quæ Innocent. iii. dicit in. c. venerabilem de elect. Sed fateor me nunq̃ in antiquis approbatis libris hoc legisse: licet Stephanus. ii. vnxerit Pipinum/et eius duos filios ĩ reges: non tamen habetur de impii translatione. verũ q Carolus in textibus certis decreti/ac etiam gestis Adriani patricius Romanus vocat. Postq̃ enim dono Pipini pris Caroli ad ius et ppietatẽ sancti Petri deuenerũt: ciuitates et loca ibi in gestis Ste-

phani.ii.nominata quæ postea aucta sunt:quia plures ciuitates seipsas dederũt iuri
sancti Petri:et tonsi sunt ciues illarũ more Romanorũ.tunc opus erat in illis omni-
bus locis defensore et patricio.et deputatus fuit Carolus Magnus/ꝑ patricio:vt ha
betur.lxiii.dist.c.Adrianus.et in synodo: vbi ipse rex Fráciæ et Longobardorũ no-
minatur.et habebat patricius:quia pater patriæ/curã iudicii temporalis.et præfuit Patricius.
in temporalibus/papa se de ipsis minime intromittente.immo patricius secundum
glo.antiquã in c.Adrianus.lxiii.dist.pater papæ in temporalibus fuit: sicut papa in
spiritualibus eius pater.Patricii dicti/quia ipsi vt patres filiis Reipublicæ ꝓuidebãt
Isido.ix.Etymo.Et solebant coronati imperatores/patricii vocari:vt legitur de Hen-
rico.iiii.qui fuit anno CHRISTI.1061.quoniã mortuo Nicolao.ii. Romani coronã
eidẽ miserunt/et ꝓ eligendo pontifice interpellauerũt:q vocatis plærisq; Italiæ epi- Nota de
scopis/generaliq; conuẽtu Basileæ habito/eadẽ imposita corona/ patricius Romano primo cõci
rum appellatus est:vbi cõmuni omniũ cõsilio/Romanorũq; legatis eligentibus/Ca- lio Basilieñ.
delo Permensis præsul.vii. Kal.Nouemb.papa declaratur/ q et Honorius appellaba
tur.Sed Anselmus quidã epũs Lucæ ciuitatis Tusciæ/qui Alexander nominabatur:a
certis Romanis et Normãnis præelectus.xxvii.diebus cathedrã occupauit/ vsq; ad
mortẽ.Cui successit Hildebrandus:q et Gregorius.vii. q Henricũ imperatorẽ excõ-
municauit.vnde hodiernũ cõcilũ distãs.372.ãnis ab illo Basileæ.1433.celebratur.Cu
ius tpe serenissimus Sigismundus Romæ ab Eugenio imperiali diademate insignitus Sigismũd᷒
et cõcilio:vt ipse Henricus et cæteri catholici imperatores/interest.Sunt vero anni præ imperator in
cise 500 qbus ꝑ Henricũ primũ patrẽ Othonis primi ipsa Basilea ciuitas/id est rega concilio Ba
lis ciuitas/destructa magna Augusta/quæ nõ multũ distanter sita erat:ꝑ Vngaros siliensi.
funditus ædificata/et in ecclesiis fundata fuit.de hoc non plura. Redeũdo ad primũ Nõ videt
admittendo ea quæ de patriciatu Caroli dicta sunt:nõ sequitur φ ea propter fuit de implum de
Græcis imperiũ translatũ.immo in gestis octaui Cõstantinopolitani cõcilii manife Græcis trãs
ste apparet:ac etiã post hoc vsq; ad Othonẽ primũ:φ Romani pontifices/Nicolaus latum.
primus/Adrianus secundus/recognoscunt Basiliũ imperatorẽ/q illã synodũ cõuoca-
uit/et filios suos/ac Leonem post hoc imperatores Romanorũ.et nõ inuenitur in ipsis
historiis/verũ Carolum nominatũ imperatorẽ:sed regẽ et patriciũ Romanorũ. licet
quædã historiæ habeãt/ipsum in fine vitæ quasi Augusti nomẽ a Romano populo re-
cepisse/et etiã post eius mortẽ imperator nominet aliquãdo:vt.xv.q.vi.alius. Ego enĩ
Coloniæ in maiori ecclesia/volumen ingens omniũ missiuarũ Adriani primi ad Ca
rolum/et ipsius Caroli responsiones/et insuper copias omniũ bullatũ vidi:et fateor
me nunq̃ translationẽ illam legisse. tamẽ imperii nomẽ multũ lego cõmune antiq-
tus fuisse.vocabatur enim imperator/electus ꝑ exercitũ/ vt dicit sanctus Hiero. xciii.di. Imperator q;
legimus et maxime in historiis/reges Italiæ imperatores fuisse legimus : sicut etiã legi
Berengariũ imperatorẽ nominatũ/et alios multos. Etiã Ludouicus Pius rex Franciæ
legitur imperator.lxiii.dist.ego Ludouicus.et.iiii. di.c.de capitulis/ꝓbatur Lothariũ
imperatorẽ et põtificem nominari.et similiter de Ludouico patet ibidem. Vnde si oĩa
bene resoluimus:q imperare habebant maxime in Italia/imperatores vocari/aut reges so
lebant. Scimus deinde quomodo post mortẽ Conradi regis defecit illa successio re-
gũ a Pipino et Carolo:et quomodo ordinatione et suasu ipsius Conradi iam in vlti-
mis agentis Henricus dux Saxoniæ in regem electus est/et ad eũ insignia regia Cõ-
radi delata sunt.ac insup scimus/quõ regnũ ꝑ successionẽ in Othonẽ primũ/secũdũ
et tertiũ deuenit.et tũc tpe Henrici et Othonis primi maximæ diuisiones et bella ĩ
Italia/et hincinde ꝑ mundũ fuerũt:et quõ iam ille/iam iste/iam Arnulphus/post Be

rengarius/et tunc Hugo/tunc Albericus inter se bella habuere. Hugo enim rex/Ro
mã et cæteras vicinas regiones diu sub se habuit, deinde expulsus/Albericus eandẽ
Romanã ciuitatem occupauit. et de similibus multa et varia videre posset/q legeret
Liutprandi historia. historiã Liutprãdi diaconi Ticinensis ecclesiæ ad Raimundũ Hispaniæ puinciæ Li-
beritanũ epm:q fuit in cãcellaria Berengarii. quoniam quod a tpe Basilii impatoris
Cõstantini eius filii et huius filii Leonis/et a Carolo Caluo vsq ad Othonẽ primum
hincinde in Europa actũ est/diserte scripsit:et vere (vt creditur) quia tunc multis
arduis idẽ ipse interfuit. vnde si cuncta resoluis;tunc ab Henrico primo/ Alemãni p
potentias al motũ/et maxime p primũ Othonẽ regni Italiæ et vrbis Romani regni
Arelatensis/ac ipsius Germaniæ dominia acqsiuerũt:et ex tunc nominati sunt im-
peratores/postq̃ Berengarius/Hugo/Arnulfus/et Albericus defecere. Quõ autẽ vr
bis Romanæ ac Italiæ dominiũ p Othonẽ/Romanis desiderantibus/armis acqsitũ
fuerit;longũ nimis foret enarrare. Et miror multũ/q Gratianus. lxiii. di. in synodo
loquẽs de inuestituris epõrũ/q textus Othonẽ pbat impatorẽ et regẽ Italiæ/et Theu
tonicorũ:nõ posuit illam restitutionẽ ciuitatũ quondã donatarũ Romanæ ecclesiæ.
Et quia tenuit tale dominiũ vrbis Romæ et Italiæ Otho/ impator nominatus est ipse
et omnes eius successores:licet dominiũ vrbis/et ciuitatũ donatarũ quondã p Pipi-
nũ et Carolum/et post hoc p alios reges lxiii. di. ego Ludouicus:restitutũ sit Roma-
no pontifici. Et sine dubio aliqd sibi restituẽtes/ecclesiæ reseruarũt:ratione cuius vl
tra regiũ nomẽ/ imperii ad modũ priscorũ decorant: sicut quondã Carolus Magn⁹,
patriciatũ/et vocatur aduocatia in c. venerabilem de elect. Si enim in hoĩes subie-
ctos ecclesiæ impator nihil imperii haberet:quõ posset ipse p coerctionẽ ipos ad obe
dientiã iuris sancti Petri arctare:et quõ iura sancti Petri posset (sicut iurat) aposto-
lico cõseruare/lx. dist. tibi dño. sed extendere me p nunc nolo in istis:quia præsentis
speculationis non sunt/sufficit præfata tetigisse. Cap. IIII.

Electores imperii. INsuper de electoribus imperii esset tractãdũ:de qbus in c. venerabilem de
elect. dicit. et volunt doctores dicere/ipos noie Romani populi eligere. de
quo per Ioan. An. in addi. spe. de tẽp. pñt. §. finali. ver. Itẽ q obtentũ. omne
enim ordinariũ imperiũ vel regnũ (vt supius quodã loco dictũ est) ex electione ortũ
capit:et tunc vera dei puidentia cẽsetur prælatus. vnde Valentinianus et Martia-
nus impatores ad Leonẽ papã de cõgreganda synodo scribẽtes/scribunt sic. Victo-
res Valentinianus et Martianus gloriosi triumphatores semp Augusti Leoni reue
rendo archiepiscopo gloriosæ ciuitatis Romæ. Ad hoc maximũ imperium veri dei
puidentia et electione senatus excellentissimi /cũctæq militiæ. secundũ hoc enĩ Hẽ
ricus primus/pater Othonis ordinatione Cõradi regis legiẽ p electionẽ cõstitutus
rex:quũ prius esset dux Saxoniæ. et primo factus est rex Theutonicorũ. Otho vero
eius filius a synodo et Romano populo accepit potestatẽ/successorẽ sibi eligendi:vt
dicit tex. in synodo. lxiii. di. allegatus/ et hoc quo ad regnũ Italiæ. secundũ glo. et se-
cũdũ illam ordinationẽ vsq ad tertiũ Othonẽ est seruata successio. post cuius mor
tem Henricus secundus filius fratris tertii Othonis electus est. et hic impator con-
sensu pcerũ primatũ/et vtriusq status cleri et populi ppetuos electores:q vice oĩm
elegerũt/ordinauit tpe Gregorii. v. alemãni cõsanguinei quondã Othonis. Nõ est
igiẽ eo mõ cõcedendũ/electores a Romano põtifice potestatẽ eligendi habere: sic q
nisi ipse cõsentiret/nõ haberẽt/aut si vellet/ab ipis tollere posset. Quis rogo dedit po
pulo Romano ptãtem eligẽdi impatorẽ:nisi ipm ius diuinũ et naturale/ p viã enim
voluntariæ subiectionis et cõsensus in pñdẽtiã/plationes cõcordãtiales rectę et san-

ctæ constitutæ sunt in omni dñandi specie.oīs enim violentia iuri obuiat. obtēpare
enim regulis/est ex generali pacto humano.viii.dist.quæ cōtra mores.§.generale.l.
fi.C.de iurisdict.om.iudi.ff.qđ cuiusq; viu.l.i.§.ii.Sicut enī in Toletano cōcilio an-
no CHRISTI 581 tpe Sysenandi regis in c.lxxv.statutū fuit tūc defuncto rege pri-
mates gentis cū sacerdotibus successorē regni cōcilio cōmuni cōstituere habent:vt
dū vnitatis cōcordia retinet:nullū patriæ gentisq; dissidiū p vim ambitionis oriat.
Et subiūgit cōstitutio:q̄ q̄ aliter tyrannice regnū vsurpauerit/ ille excōmunicatus
sit,et ponit horrendā anathematizationē et maledictionē.dicitur enim reges græ- Reges.
ce basilei/eo q̄ tanq̄ bases in colligātia cōcordantiali populū sustineāt: quare bases
coronas habēt.Tyrāni græce idē qđ reges latine.nā tyro fortis dicit/et tyrānus for- Tyranni.
tis rex.et postea in vsum venit vt tyrāni dicant pessimi et improbi reges/luxuriosi/
dñationis cupiditatē et crudelissimā dñationem in populo exercētes/vt dicit Isido.
ix.etymo.inuasores itaq; dominii/nō vocati/nec electi tyrāni dicunt.Ecce si ea quæ
supius habent ad mentē reuoces:quō omnis supioritas ordinata ex electiua cōcor-
datia spontaneæ subiectionis exorit, et q̄ populo illud diuinū seminariū p cōmunē
oīm hoīm æqualem necessitatē/et æqualia naturalia iura inest: vt oīs potestas quæ
principaliter a deo est sicut et ipse homo/tūc diuina censeatur / quādo p cōcordan-
tiā cōmunē a subiectis exoritur.vt sic cōstitutus: quasi in se omniū volūtatē gestās
in principando/publica et cōmunis psona/ac pater singulorū vocetur: in recta/regu-
lati/ordinata potētia gubernās absq; fastu supbiæ/dū se quasi omniū collectiue sub-
iectorū sibi/creaturā cognoscit/singulorū pater existat.Hoc est illud ordinarū spiri-
tualis colligantiæ diuinū matrimoniū in radice duratiuæ cōcordātiæ collocatū:p
quod ista res publica optime ad finē æternæ felicitatis summa pace dirigit. Et quia
huius radices diuini et humani iuris supius habent:nō replico idē. sufficit scire q̄
electio libera a naturali et diuino iure dependens/nō habet ortū a positiuo iure/aut
homine quocūq;:vt in eius arbitrio existat quo ad hoc validitas electionis/maxime
in eligendo rege et impatorē/cui⁹ esse et posse ab vno homine nō depēdet.vnde ele- Impatorem
ctores q̄ cōmuni cōsensu oīm Alemānorū et aliorū q̄ impio subiecti erant tpe secun- facit cōsen-
di Hērici cōstituti sunt/radicalem vim habēt ab ipo cōmuni oīm cōsensu: q̄ sibi na- sus eligētiū
turali iure imparorem cōstituere poterant.nō ab ipso Romano Pōtifice:in cui⁹ po- non papa.
testate nō est/dare cuicunq; principi p mundū regē vel impatorē/ipa non cōsentien
te.sed cōcurrebat ad hoc cōsensus ipius Gregorii v.tanq̄ vnius pōtificis Romani:
q̄ iuxta gradū suū in cōsentiendo in cōmunē impatorē interesse habet.recte sicut in
cōciliis vniuersalibus cōcurrit in primo gradu auctoritas ipius p cōsensum cū aliis
oibus ipm cōcilium celebrantibus:vigor nihilominus definitionis nō ab ipo primo
oīm pōtifice/sed ex cōmuni oīm/et ipius/et aliorū cōsensu depēdet. Sed q̄ in cōsti-
tuendo rege aut impatore ipius sacerdotii sicut et laicorū cōsensus interuenire de-
bet:hoc nō est ex eo quia imperiū regiū supeminet impatiue sacerdotio/quia scim⁹
sacerdotiū soli/et imperiū lunæ æquari.vt in c.solitę de maio.et ob. sed quia ipa ac-
cidētalia rerū temporaliū sine qbus sacerdotiū in hac caduca vita aliquādiu subsi-
stere nequit/ipsi imperio vt vult Aug.viii.dist.quo iure.xxiii.q.vii.quicunq; et suis
legibus subsunt.Cui igit cura esse debet de cōseruādo sacerdote in esse/illius inter-
esse etiā in regē cōsentire.quare ad Romanū pōtificē q̄ de sacerdotio maximā curā
gerit valde spectat: ita q̄ puto in veritate cōsensum Romani pontificis a principio
interuenisse/dū isti electores cōstituerent.vnde ipsi cōmuni fungētes legatione oīm
q̄ imperio subsunt/etiā totius sacerdotii et Romani pōtificis eligūt.qui electus sine

dubio ex ipa electione cuncta cōsequit̃: vt notat Io.in glo.xciii.di.legimus. et Inno.
in c.venerabilem de elect.et ita tenet̃ vt notat Hosti.de ver.sig.sup qbusdā.et glo.in
Cle.Romani.sup verbo reges de iureiu.quoniā subiectionē oīm habet/et p cōsequēs
impandi ptātē: in qua cōsistit imperii essentia. dicti enī prius fuere ab impando ex-
ercitui. Vnctio aūt & coronatio: q̄s etiā legimus aliis regib⁹ tribui/ nec arguūt ī pa
pa maioritatē supra ipam electionē cōfirmandā/vel insitmandā/vel sup ipm etiā im
periū quo ad tpalia/sicut nec vnctio quæ fit regi Frāciæ Remis: aut coronatio ipius-
met impatoris p archiepiscopum Coloniensem Aquisgrani. et hoc ex eo: quia legit̃

Otho primus a Frācis quoq; electus.

Othonem primū ab archiepiscopo Maguntinensi Hildiberto Aquisgrani inunctū
in regē Alemāniæ et Frācorū/de cōsensu et volūtate principū/et totius ppl'i Alemā
niæ/Saxoniæ/et Franciæ. Sic etiā legit̃ ab Hergero archiepō Magūtinensi vnctionē

Vnctio et coronatio nihil addūt imperio.

et diadema mortuo Cōrado rege/Henrico primo de cōmuni oīm cōsensu oblatā: q
recepto diademate noluit inungi. quia dixit se indignū. Ex qbus patet/vnctionē et
diadema nihil pstare impali potestati. Insignia enī illa quasi ad maiestatē sacrā: q̄ im
perio inest/ostendendā materiali visibili subiecto impii cū cerimoniis impēdunt̃/ vt
sint signa pdicātia admirandā illā potentiā. sicut similia in Ro.pōtifice videmus fie
ri: q tñ ante oīa talia papa est post electionē. Nonne etiā qđ in coronatione quæ p pa
pā impatori impēdit̃ mutat̃: vt prius rex et postea impator vocet̃/ nihil minus po-
tentiæ impandi prius in eo fuisse arguit/vt notissimū est. fuit itaq; in veritate impa
tor: dū in libera potestate habuit impare/etiā si vulgo ita nō nominaretur: sed vt ad
ipam coronationē anhelet rex: seruat̃ huic solennitati/hoc nomē. de qua qdem coro
natione diadematis/et aliis notat glo.in Cle.Romani allegata sub verbo vestigiis.

Impatoris nomen.

dū enī vt dicit Isido.ix.etymo. Duces titulis impatoris fungerent̃/senatus cēsuit: vt
Augusti Cæsaris hoc tm̄ nomē esset/et eo nomine a cæteris gentiū regibus distin-
gueret̃. ex hoc Cæsares sibi hactenus hoc nomē ceperūt: maxime dū a Romanorū pō
tifice (a qb⁹ Romanis impium depēdet) diademate insigniūt̃. Et quia hæc materia
a multis disertissime est tractata: sufficiat nobis scire q nostri electores impii dū eli
gunt vno cōmuni oīm q subsunt impio/cōsensu p cōcordē oīm trāsfusionē in eos. In
qua qdē cōcordia Ro.pon.Grego.v.includebat̃. hoc agunt. et ex hoc ex electione im
pator efficit̃ absq; quacūq; cōfirmatione. recte in cardinales vl'is ecclīæ ptās p coēm
oīm tacitū/vel quendā expressum cōsensum in eligendo papa/transfusa est. Et ideo
absq; oī cōfirmatione electus papa est. et sicut ptās electiua hac cōcordātia venit in
terras vtriusq; status prīcipes: ita quū pat eē debeat ptās tollēdi ab ipis hāc ptātem
nō puto Ro.pōtificē solū ab ipis principibus abdicare posse eandē: sed cōcurrēte eā
ipius Ro.pontificis/q̄ aliorū oīm cōsensu/nō dubitat̃ ab ipis tolli posse hāc ptātē. et
hoc ē cōe oīm pitorū dictū/ptātē cōdēdi leges pplm Ro.ab ipatore tollere posse: qm̄
ab ipis ptātem habet. Sic legimus pplm Ro.longo tpe a regibus rectū/ supbiam re-
gum nō ferentem/annua imperia/binosq; cōsules fecisse: sic et dictatores/et cætera
quæ ipsius regiminis secundum tempora videbantur conuenire. Cap.V.

Impialis maiestatis excellentia.

SEcundū ordinē inuestiganda est cōcordātia: qua rectitudo imperii subsi-
stit. Et primo præsupponit̃ id qđ vulgo notissimū est: q impialis celsitudo
est independēs quo ad sui naturā: immo primo et supremo distincta a spi-
rituali sacerdotali potestate.xcvi.dist.duo sunt. habēs depēdentiā immediatā a deo
xcvii.dist.ecclesiæ meæ.et oībus præest.vii.q.i.in apibus.xi.q.i.§.hic si quis ver.vo-
luntas. Est princeps et dñs mundi: in cuius potestate oīa sunt.xiii.dist.quo iure.xx-
iii.q.viii.cōuenior.lxiii.di.ego Ludouicus. Et papa supra eū quo ad ipa imperialia

itra nō est.xxiii.q.i.in summa.q.vii.nō si.ix.dist.de capitulis.Et ad hoc faciūt pscripta.et lxvi.dist.quū ad verū.multa habēs singularia:in qbus a papa et synodo honorabatur.lxiii.dist.Adrianus.ii.et c.in synodo.et c.reatina.quē etiā dñm suū vocat saepe papa/et honorat xcvii.di.ecclesiae meae vt supius patuit de Agathone papa ad Constantinū scribente.quoniā ipē est cōmunis oīm pater post deū in aut.neqꝫ virū qđ ex dote est in fi.coll.viii.Multae possent tā legales sanctiones q̄ aliorū scripta adduci.sed hoc est supremū priuilegiū/quia minister dei est(vt dicit Paulus ad Rom.xiii.) et est vt vicarius IHESV CHRISTI in terris/vt scribit Anastasius papa ad imparorē dicens.Pectus clemētiae vestrae sacrariū est publicae felicitatis:vt p instantiā vestrā/quā velut vicariū praesidere iussit in terris/euangelicis apostolicisqꝫ praeceptis nō dura supbia resistat/sed per obedientiā quae sunt salutifera/compleantur.Ecce q imparor Christianorū in sua praesidentia CHRISTI vicarius:q rex regū et dñs dominantiū/existit.Vnde sicut CHRISTVS est rex regum:ita omnes reges in potestate regnātis dominii qđ diuini habēt.quapropter reuerētia et obedientia eis debetur.vnde dū qđ praecipiūt q̄d obuiat diuino praecepto.manifestū est illud praeceptum nihil principationis diuini imperii habere.quapropter ei nō obeditur impune xi.q.iii.Iulianus.cū aliis ibi positis textibus.et x.dist.in multis capitulis.et.q.p totam.quare ille omniū principū principatum recte tenet:q suum imperiū subsistit CHRISTO victori et triūphatori/et p fidē eidem CHRISTO et suis legib⁹ se subiicit.Ex qua re imperium Christianorum supereminet cunctis dominiis tanq̄ deo proximum.

Impator vicarius est CHRISTI.

Cap.VI.

Est autē cōsiderandū q virtus praeceptiua non excedit terminos imperii et subiectionis/vt patet ex textu:ego Lodouicus.vbi licet Lodouicus se imperatorem scribat:tamē quia ipsi nō subiacebāt de facto nisi regnū Franciae/et Longobardorū illis praecepit.et secundū hoc oportet dicere/q impator Romanorū secūdū imperiū/qđ quondā Romani virtutibus acqsiuerūt/vt dicit tex.xxviii.q.i.§.ex his.dicitur impator mundi dñs a maiori pte ipsius mundi nomē capiens:quoniā Romani maiorē mundi partē subiectā habuerūt/nō totā:quia Caspios montes et portas Alexandri versus Scythiā septentrionalem et Noruegiam/et pres vltra Caspiū mare vltra Imaū montē et regnū Seres:ac etiā vltra Carmaniā desertā versus Indiā/et oriētē Aratosiā et illas Indicas regiones/quae vltra Indū fluuiū et Gangem existūt/et maximā oīm Taprobanā insulā.neqꝫ versus meridiē/Arabiā foelicē:quae est vltra Persicū mare circa Indicū sinū ac trogloditicā regionē ac Nubiā maximā regionē/ac caeteras/quae vltra desertū maximū Libyae et Mauritaniae habitāt nō acqsiuerūt.quae quidē regiones:vt mihi ex cosmographia Ptolemaei Claudii cōstat nō paruā mūdi partē/immo pene medietatē terrae habitabilis occupāt.sola enī India muratas villas ad nouem milia dicitur cōtinere.Scythia etiā si vrbes nō habeat:populū tamē maximū habet.Nubia et Trogloditica regiones quae vltra solstitialem circulū sunt/habentes vtrasqꝫ vmbras:sicut Taprobana insula/non sunt ita habitatae ppter aestū maximū.neqꝫ Noruegia et fines Scythiae ppter frigus:tamē multa in eis regna sunt.Nā Trogloditica regio cōtinet imperiū Noges Iohan/quē nos psbyterū Ioānē noīamus:q Christian⁹ et diacon⁹ ē fidelissim⁹ cū lxx.subiectis regibus dicitur.credo tamen nō esse populosa et magna regna.Nulla autem prima orbis tot habet hoīes sicut Europa/secūdū suā quātitatē:quoniā nō est quarta pars Asiae/nec medietas Aphricae.īcipit autē ī Cōstātinopoli/et ptīgit ad Gades Herculis vltra Hispaniā.ī q̄ Roma occidētalis ciuitas sita est:īqꝫ e occidētale Ro.īperiū dicit.

Imperator Ro.est dñs mundi non totius tamen. Loca ab Ro.inaccessa.

Europa pō pulosissima

et totius mundi: quia gentes illi subiectæ maiorem numerū hominū constituebant. Nunc vero videmus ad quid deuenit illud admirandum imperium. Oportet itaq; dicere q si iure/Romani possidebāt monarchiā modo dicto: q tūc imperator in quē translata est potestas/iure/mundi dominus est. Si vero imperiū non iure nisi ex electiua concordia subiectorum possidetur iuxta præhabita: tunc nō est dominus/nisi subiectorum actu/& oportet intelligere imperatorem dominū illius mundi cui imperat esse.

Cap. VII.

Principum excellentia.

VErum quia excellentia imperialis ex aliqua diuina colligantia & approximatione ad deum cunctorū regē cōstituitur: graduationes consideramus secundū hanc excellentiā secundū accessum & recessum ad ipsum deū, dicendo hunc minimū: q in publico regimine minime deo assimilatur, hunc maximū qui maxime. & sic rex Tartarorum/quia per leges diuinis institutis minime cōcordātes gubernat: minimus dicitur. rex sectæ Machometanæ maior: cum veteris testamenti statuta/ac certa noui veneretur. rex Christianorū maximus: cū tam leges naturæ q̄ vtriusq; testamenti & orthodoxam fidē acceptet. Et secundū hanc considerationē sacri principatus: dico maximā imperii potestatē consistere. Omnis enim

Pax,

rex & imperator habet officiū publicum ad publicā vtilitatē ordinatā. publica vero vtilitas est pax/ad quā ordinātur iustitia/& iusta plia. Principiū autē pacis est ad finem æternū dirigere subditos: & media illum pertingēdi sunt sacra instituta religionū. Quare prima cura imperialis in iis obseruandis versatur. Ita legimus Paganos imperatores: pontifices maximos nominati/propter curā quā religioni impendebant. Si igitur hæc est principalis cura imperii/& ad eam cætera omnia seruiunt: non habet dubiū ita nostrū Christianū imperiū cæteris excellere/sicut sanctissima & mūdissima nostra religio Christiana in sanctitate & veritate vincit. Et sicut omnis rex et princeps identice quo ad præscripta curam gerere debet: ita quo ad vniuersum Christianū populū imꝑator. Recte sicut Romanus pōtifex primo sui episcopatus/deinde metropolis/post hæc patriarchatus et vniuersalis ecclesiæ curā fidei/et quæ ad eam spectant gerit: ita imperator curam custodiæ gerit/primo quo ad immediate imꝑio subiectos/post hæc quo ad subiectos per mediū principum sibi subiectorū immediate/ac deinde quo ad subiectos p mediū regū et principum proprie sibi nō subiectorū/sed lateralia loca sibi vendicantiū/ et eū primum omnium recognoscentiū. Vnde sicut princeps ꝓuinciæ in tēporalibus administrationibus curā custodiæ gerit dictatorū pro cultu et religione et bono statu Reipublicæ in ꝓuincialibus cōciliis/et rex in regalibus quæ supius vniuersalia ꝓuinciarū pluriū dicūtur cōcilius/ita imꝑator vniuersaliū quæ in vniuersali totius catholicæ ecclesiæ cōcilio statuuntur. et oportet quenq; principū pro cura illa quam gerit/ꝓ tuenda CHRISTI ecclesia rationē reddere. xxiiii. q. v. dicat. et c. regum. et c. omnes principes. Isto modo imꝑator dicitur aduocatus vniuersalis ecclesiæ ꝓpter hanc curam ꝓtectionis statutorum/et custos fidei orthodoxæ. Ita legitur Martianū in concilio Calcedonensi/custodem fidei appellatū. et Basilius imꝑator in principio octaui concilii vniuersalis/dicit sibi diuina et benignissima prouidentia vniuersalis nauis fidei gubernacula cōmissa. Sicut enim magisteriū definiendi et statuendi ea quę ad orthodoxā

Philippus prim⁹ Christianorum imperatorū.

vniuersalem fidē Christianā spectant/sacerdotio a deo cōmittitur: ita imꝑio sacro gubernare/confirmare/et cōseruare illa quæ a deo p sacerdotium ordinātur/committit. vnde licet Philippus imꝑator/primus fuerit Christianus imꝑator: vita sanctus breui ex post tempore patū in vniuerso profecit. et licet Cōstantinus imꝑator

auctoritatem dederit per vniuersum orbem ecclesias ædificādi/& post eum omnes baptizati sunt imperatores licet a fide oberrauerint aliq̄/vt ipsemet Constantinus secundū Hieronymum/Iulianus apostata/& Constātinus.non tamē fundo tantū imperialem curam quo ad fidei custodiā vniuersalem in vna successione qua imperatores interim successerūt fideles fidelibus:sed in ipsa radicali transfusione potestatis a Christiano Romano populo.dico Romanū populū omnē christianū populum:q̄m christiani oēs erant tunc/q̄ īperio subiacebāt.vnde dicit̄ facto romano populo christiano cōstituti imperatores ab eodē:secundū hāc populi qualitatē cōstituti sunt rectores.ex quo credo hoc verū qđ dicit̄ in.c.venerabilē de elec.q̄a populi ītētio nō est nisi secundū suā qualitatē fidei imperiū trāsfundere in rectorē:ꝙ tunc heretic⁹ non sortiatur potestatē imperii ex electione.Sed si papa q̄ in episcopatu fidei principatū gerit/electū in fide et tare inueniret:declarare posset eū nō esse imperatorē.nō tū negogū successio etiā operetur ad hāc curā:vt sicut legimus in variis synodis noīatis imperatorib⁹ fidei custodiēdę curā cōmissam/ita et successoribus.ppter hoc acclamatū reperio p Calcedonensem synodū Martiano in laudibus nono Cōstantino æterna memoria.Et p hoc aperta est via inuestigādi ex vera radice exaltationē imperii Christiani sup oīa imperia.ac ipsius imperatoris sup oēs reges & pricipes Christianos.& ꝙ eapropter q̄a vtilis fidei custos ac statutorū vtiliū cōseruator/quā quidē cōseruationē absq̄ imperio in cunctos nō posset pfecte habere/vnde sicut vniuersalia statuta ad fidē catholicā spectātia tā ad ipsius esse cōseruationē & augmentū vniuersos CHRISTI fideles ligāt:ita oēs īpio ipsarū ordinationū cōseruatorio statuto subsūt.& ideo credo si imperator cōseruaturus leges sanctarū harū ad fidē spectātiū definitionū adderet sicut Iustinian⁹/Martianus & alii imperatores fecerunt:ꝙ tūc illæ ita vniuersaliter ligarēt sicut ipsæ principalis.licet aliæ leges eos forte nō astrīgerent:q̄ de facto priuilegio superioritatē imperii nō recognoscūt.

> Hereticus nō potest fieri īperator.

Cap.VIII.

OCcasione pmissorum inquirēda sunt ista.Primo quid laici in cōciliis sacerdotū possint.& ibidē de imperatore quid in vniuersalib⁹ cōciliis īuenatur egisse.Post hæc de concilio imperiali omniū subiectorū ipsi & de eius vtilitate aliquid subiungetur.Et vltimo de reformatione imperii aliqua cogitata explicabuntur.Superius habet̄ quomodo laici in vniuersali synodo inuitati ad audiēdū intersunt:& se gestis vt testes subscribunt.In synodo sacerdotū parochialiū non est dubiū laicos accusari posse/& eos ad defendēdū se admitti debere/iuxta definita in quodā Magūtinensi cōcilio.sed in alia synodo vbi ea quę sunt canonica & regularia ventilantur & examinantur:non debent alii laici quos non decet esse perspectores earum rerū q̄ sacerdotibus sæpe accidūt/iuxta definitionē vniuersalis cōcilii superius positi(nisi fuerint vocati)interesse/vt in.vi.ca.cōcilii Cabillonēsis legitur & in Carthaginēsi cōcilio.c.xix.legit̄.Principes vero q̄n vniuersalia facta sui pricipatus/nō quando clericorū causæ tractātur adesse possunt:immo & tunc vt auditores/vt hoc in innumeris cōciliis legimus/& ad petitionē ipsorū legimus vt frequētet ipsa congregata.Legitur enī de Carolomanno rege sic.Ego Carolomannus dux & princeps Francorū anno ab incarnatione Christi.752.x.Kal.Maii:cum concilio seruorū dei & optimatum meorū episcopos q̄ in meo regno sunt cum p̄sbyteris in cōcilium & synodū cōgregaui/id est Bonifaciū archiepiscopū Mogūtinēsem & Bucardū Vormaciensem.vt mihi consilium darent quomodo lex dei & ecclesiastica religio recuperaretur/& p consiliū sacerdotū & optimatū meorū ordinauimus per ciuitates episcopos & cōstituimus super eos Bonifacium qui est legat⁹ sancti Petri.Et infra.

> Laici quid ī conciliis sacerdotum possint.

HH

statuimus per annos singulos synodũ congregari/vt vobis præsentibus canonum decreta & ecclesiæ iura restaurentur. & religio christiana emendetur & fundatas ecclesiarum pecunias ecclesiis restituimus: falsos præsbyteros & adulteros & fornicatores diaconos & clericos de pecuniis ecclesiarum abstulimus & degradauimus/& ad pœnitentiam coegimus. Et infra decreuimus iuxta sanctorũ canones vt vnusquisq; p̃sbyter episcopo subiectus sit illi/in cuiꝰ parochia habitat & semper in .xl. rationẽ ministerii sui/siue de baptismo/siue de side catholica/siue de precibꝰ & ordine missarũ episcopo reddat. et quocunq; iure canonico episcopus circũeat parochiã ad populos confirmandos: p̃sbyter semper paratus sit ad suscipiendũ episcopum cũ collatione et adiutorio populi qui ibi debet cõfirmari. statuimus secũdũ catholicam sanctionẽ episcopos et p̃sbyteros vndecũq; veniãt: ad ecclesiasticum ministeriũ ante synodalem probationẽ non admitti. Item statuimus vt quisq; seruorum dei vel ancillarum Christi in crimen fornicationis lapsus fuerit: in carcere pœnitẽtiam faciat in pane et aqua. et si ordinatus p̃byter fuerit duos annos in carcere maneat: et ante flagellatus et excoriatus videatur. Si vero fuerit clericus vel monachus: post tertiam verberationẽ in carcerem adeat per annũ permãsurus. Similiter et moniales seu nõnæ velatæ: eadem pœnitentia contineantur/et radantur omnes capilli capitis earũ. Fecit alia synodus in qua idem interfuit Carolomannus statutum contra fornicarios sub pœna priuationis beneficii: & q; ad pœnitentiam redigi deberent/& illa alii locari et plura alia/& de hac præfata synodo Zacharias papa scribit Bonifacio archiepiscopo in epistolis duabus quarum vna incipit susceptis/& alia suscipiẽtes sanctissime. Ecce regem congregare cõcilũ & quæ sunt iusta cum aliis ordinare. Et vtinã ad hoc hodie principes etiam operam darent: vt publica & mala vitia tollerentur. & maxime/scandala magna in religione faciẽtia: vt sunt fornicationes earũ p̃sonarũ q̃ castitatem vouerunt. inter quæ de monialibus & earum custodia cura adhiberi deberet. Nam ille sanctus Bonifacius scribit Ethebaldo anglorũ regi: q; apud Græcos & Romanos quasi blasphemiam deo irrogasset qui de hoc reus foret/vt cum moniali concubuisset.

Cap. XIX.

Principum in conciliis officia.

DAre itaq; debent reges et principes ad tales synodos cõgregãdas/operam iuxta ammonitionẽ sancti Gregorii ad Theodoricũ regẽ Francorũ ex registru. c. 273. iterara vus p vr̃am mercedẽ adhortatione pulsamus/ vt congregari synodum iubeatis: et sicut dudũ scripsimus corporalia sacerdotũ vitia/et Simoniacæ hæresis prauitatem omniũ episcoporum definitione damnari/atq; a regni vestri amputari finibus faciatis. Hæc ille. Habet etiam exarchus siue princeps monere per se vel aliũ/concilium: vt ea quæ ad pacem ecclesiarum sunt/ordinẽtur. xxiii. q. iiii. sicut. Et si illa cõcilia principũ: quę per Gallias/et Alemãnias p reges Frãcorum/Aquisgrani/Agrippinæ/Cõfluentiæ/Moguntiæ/et aliis locis celebrata sunt enumerare vellemus: longũ et inutile foret. quia nullus ignorat cũ quãta sollicitudine et studio: bonũ publicũ/verã et purã religionẽ ipsi sancti patres ꝑcurarunt. quæ quidem omnia et cõmunia bona publica nullibi melius/q̃ in sacris conuentibus: vbi oĩa per cõcordantiã tractari/statui/ordinari ve possunt. Est etiã principũ officiũ/cõ

Recharedꝰ

firmare et custodire in cõciliis definita. Vnde legit̃ de Recaredo rege Galliæ et Hispaniæ sic. Gloriosissimus dñs rex/vniuersorũ/Recaredꝰ sub regimine vr̃æ p̃tãtis cõsistentiũ/amatores nos vestri diuina faciens veritas/nostris principaliter sensibus inspirauit: vt cã instaurandæ fidei ac disciplinæ eccliasticæ ep̃os oẽs Hispaniæ suo

pſītari culmini iuberem⁹/pcedēte aūt diligēti & cauta deliberatiōe ſiue q̄ ad fidē cō
uenisse/ſiue ad morū corruptionē reſpiciūt/ſēſus maturitate & intelligētię grauita
te cōſtat eſſe geſta. Noſtra pinde auctoritas hoc oībus hoībus ad regnū noſtrū ptinē
tibus iubet:vt ſi qua definita ſunt in hoc ſancto cōcilio toletano ā no regni noſtri fe-
liciter quarto/nulli contēnere liceat/nullus pterire pſumat. Capitula em̄ q̄ ſenſibus
noſtris placita & diſciplinæ cōgrua a pſenti cōſcripta ſunt ſynodo:in oī auctoritate
ſiue clericorū ſiue quorūcunq; hoīm obſeruētur/& maneāt de obſeruatione priorū
canonū. Et infra. oēs cōſtitutiōes eccleſiaſticas quas ſummatī breuiterq; pſtrinxim⁹
ſicut plenius ī canone cōtinetur:manere ꝑenni ſtabilitate ſancim⁹. Si quis ergo cle-
ricus vel laic⁹ harū ſanctionū obediēs eſſe noluerit:ſi epiſcop⁹ pſbyter diaconus aut
cleric⁹ fuerit ab oī cōcilio excōmunicationi ſubiaceat. Si vero laicus fuerit & hone-
ſtioris loci pſona medietatē facultatū ſuarū amittat fiſci iuribus profuturā. Si vero
minoris loci perſona eſt:amiſſione rerū ſuarum mulctat⁹ in exiliū deputef. hæc ibi.
Cōſilia multa adducere poſſem:ſi opus foret. Eſt itaq; hoc notādū:ꝙ reges & prīci-
pes acta cōciliorū cuſtodire cōfirmare exeq; ꝙ debēt/ſecundū qd̄ in ipſis canonibus
mandatur.

Capitulum. X.

AD iſta aūt concilia reges & pricipes cū omni māſuetudine/reuerētia/& hu
militate/cū dulcib⁹ exhortationib⁹ accedere debēt. vnde legitur de eodem
Recaredo in alio cōcilio toletano. Cum pro fidei ſuæ ſinceritate idem glo-
rioſiſſimus princeps oēs regiminis ſui pontifices in vnū conuenire mandaſſet:prin Recaredi in cōcilijs concio.
ceps concilium ſic alloquitur. Non incognitū reor eſſe vobis reuerēdiſſimi ſacerdo
tes:quod propter inſtaurandā diſciplinę eccleſiaſticæ formā ad noſtræ vos ſerenita
tis pſentiam euocauerim. Et qa decurſis retro temporibus/hæreſis imminēs in tota
eccleſia catholica agere ſynodica negotia denegabat:deus cui placuit p nos eius hæ
reſis obicē depellere/admonuit inſtituta de more eccleſiaſtico reparare. Ergo ſit no-
bis iocunditas/ſit gaudium:ꝙ mos canonicus profectu dei per noſtram gloriam ad
paternos reducitur terminos. Prius tamē admoneo pariter & exhortor ieiunijs vos
vigilijs & orationibus operam dare:vt ordo canonicus quem a ſacerdotalibus ſenſi
bus detraxerat longa ac diurna obliuio/quē ætas noſtra ſe neſcire fatetur/diuino rur
ſus nobis dono pateſiat. Ad hęc aūt gratias deo agētes & glorioſiſſimo principi:vni
uerſum concilium in laudibus cœpit acclamare. triduanum eſt exinde prædicando
indictum ieiunium. & cum die octaua Iduum maiarū in vnū cœtum ſacerdotes dei
conueniſſent & oratione præmiſſa vnuſquiſq; ſacerdotum congruo loco reſediſſet:
ecce in medio eorum affuit ſereniſſimus princeps ſeq; cum dei ſacerdotibus oratio
ni communicās/diuino deinceps flamine plenus ſic ad loquēdum exorſus eſt dicēs.
Non credimus veſtram latere ſanctitatem:quanto tempore in errore arrianorum
laborauit Hiſpania/& non multos poſt diſceſſum genitoris noſtri dies quibus nos
veſtra beatitudo fidei ſanctæ catholicę cognouit eſſe ſociatos/credimus generaliter
magni & æternū gaudium habuiſſe. Et ideo venerādi patres ad hāc vos peragen-
dam cōgregauim⁹ ſynodū. Et infra. Quis deus omnipotēs p vtilitate populorum
regni nobis culmen ſubire tribuerit & moderamina gentiū non paucarū regię no-
ſtræ curæ cōmiſerit:meminim⁹ tū vos mortaliū cōditione pſtringi. nec poſſe felici
tatem futuræ beatitudinis aliter prometeri:niſi nos cultum veræ fidei repetamus
& conditori noſtro ſalutis confeſſione qua dignus eſt ipſe/placeam⁹. p qua re q̄tum
ſubditorū gloria regali excellim⁹:tantū prouidi eſſe debemus in iis quæ a deo ſunt/
vel noſtram ſpem augere vel gētibus nobis a deo creditis conſulere. Cæterum quid

pro tantis beneficiorum collationibus omnipotētię diuinę valeamus tribuere/quan
do omnia ipsius sunt & bonorū nostrorū nihil egeat/nisi vt in eum sic tota deuotio=
ne credamus/quēadmodum per scripturas sacras seipse intelligi voluit & credi prę
cepit. Et proinde sanctissimi patres has nobilissimas gētes quæ meris per nos domi=
nicis applicatæ sunt quasi sanctum & placabile sacrificium per vestras manus æter
no deo offero. Erit enim immarcessibilis corona vel gaudium in retributione iusto
rum. si populi qui nostra ad vnitatem ecclesiæ solertia trāscurrerūt/ fundati in eadē
& stabiliti permaneāt. Sicut enim diuino nutu nostræ curæ fuit hos populos ad vni
tatē CHRISTI ecclesiæ prrahere: ita sit vestræ docibilitatis eos dogmatibus insti=
tuere/quo in tota veritatis cognitione instructi nouerint ex toto errores pernicio=
sos expuere/ & verę fidei tramitem ex charitate retinere: vel catholicę ecclesiæ com
munionē desiderio auidiore complecti. Cæterum sicut facile ad veniā peruenire cō
fido q nescia hucusq tam clarissima errauerit gens: ita grauius esse non dubito si
agnitam veritatem dubio corde teneat atq a patenti lumine (qđ absit) oculos suos
auertat. vnde valde necessariū esse prospexi vestrā in vnū conuenire beatitudinem:
habens sentētiæ dñicæ fidem qua dicit. vbi fuerint duo vel tres collecti in nomine
meo: ibi ero in medio eorum. Credo eī beatam sanctæ trinitatis diuinitatē huic san
cto interesse concilio: & ideo tanq ante conspectum dei ita in medio vestri fidē meā
protuli. hæc ille. Discāt hic vniuersi reges sacra cōcilia venerari/ & sollicitare eorū
frequētiā: ac humilitatē in exhortatiōe exhibere sanctis epis. Discāt sancti epi deuo
te cū regibus se habere: qm̄ p regē bonū ecclesia CHRISTI crescit secūdū magni=
tudinē potētię eius. Ad hęc illud subiungā Sysenādi regis exēplū: dū studio amoris

Sysenandi regis pietatis exemplū

CHRISTI anno eiusdē. 581. ac diligētia religiosissimi Sysenādi regis Hispaniæ atq
Gallię in Tolletanā vrbē sacerdotes cōuenissent/rex ipse dū in basilica sanctę marty
ris leocadię omniū cœtus adesset: p merito fidei suę cū magnificētissimis & nobilis
simis viris ingressus. Primū corā sacerdotib[9] dei: humi pstratus cū lachrymis & ge
mitibus ad p se interueniendū dño/postulauit. Deinde religiosa prosecutione syno
dum exhortatus est: vt paternorū decretorū memores ad confirmāda iura ecclesia
stica studium præberēt. Et illa corrigere quæ dum per negligentiam in vsum vene=
nerunt contra ecclesiasticos: licentiam sibi de vsurpatione fecerunt. Et in fine conci
lii illius cui Isidorus interfuit: dicunt episcopi. Gloria & honor omnipotēti deo no
stro: in cuius nomine cōgregati sumus. Post hæc pax/salus/& diuturnitas piissimo
& amatori CHRISTO dño nostro Sysenādo regi/cui[9] nos deuotio ad decretū hoc
salutiferū cōuocauit. corroboret CHRISTI gloria regnum illius: protegat illum
vsq ad vltimā senectutem summi dei gratia. & post præsentis regni gloriā/ ad æter
num regnum transeat vt sine fine regnet: qui in sęculo feliciter imperat/ipso pręstā
te qui est rex regum & dominus dominorum. Sic legitur Chintillanum regē in cō
cilium aliud Tolcranum/cum optimatibus & senioribus pallatii sui intrasse suppli
citer se orationibus sacerdotū cōmendantē/& q suos fideles ita facere sancta exhor=
tatione coegit: atq hanc constitutionē quam ex præcepto eius concilium decreuit
diuina inspiratione pręmisit: vt per totum regnum suum perpetuo a die Iduum de
cembrium letania triduana seruetur. Ecce nunc reges intelligite/ex his exemplis
erudimini: qui iudicatis terram. Ita enim seruiēdū est deo in timore: & exultādū cū
tremore. Omnes reges hunc morem semper habuere: vt aliquos priscos eligerēt fa=
ma & vita clarissimos quos sequerentur. sequimini quo ad synodicas obseruantias
præfatos: & feliciter viuetis.

Cap.XI.

Grego. ad Hildeberrũ regẽ Francorum.

ATtẽdite itaq; ad exhortationem sancti Gregorii papæ ad Hildebertũ regẽ Francorum c.cclxiiii.qui dicit.propter hoc omnipotens deus bonos ad populorum regimina perducit/ vt per eos omnibus qui prælati fuerint:dona suæ potestatis impendat.Qđ in Anglorum gente factũ cognouimus.cui vestra gloria idcirco præposita:vt bona quę nobis cõcessa sunt/etiam subiectæ vobis genti superno beneficio restaurentur . Et ideo gloriose fili eam quã accepisti diuinitus gratiam:sollicita mente custodi.Christianã fidem in populis tibi subditis:extendere festina.zelum rectitudinis tuæ in eorum conuersione multiplica.idolorum cultus insequens. Fanorum ædificia euerte.subditorum mores in magna vitæ munditia exhortando/terrendo/corrigendo/& boni operis exempla monstrando ædifica.vt illũ retributorem inuenias in cœlo:cuius nomen atq; cognitionem dilataueris in terra. ipse enim vestræ quoq; gloriæ nomen etiã posteris gloriosius reddet:cuius vos honorem quæritis & seruatis in gentibus.Sic enim Constantinus piissimus imperator Romanam rempublicam a peruersis idolorum cultibus reuocans/omnipotenti deo domino nostro IHESV CHRISTO secum subdidit: seq; cum subiectis populis tota mente ad deum conuertit. Vnde factum est vt antiquorum principum nomen suis vir ille laudibus vinceret:& tantum ĩ opinione prædecessores suos/ quãtũ in bono opere superaret.& nũc vtiq; vestra gratia cognitionẽ vnius dei patris/filii/ et spiritus sancti regibus & populis sibimet subiectis festinet infundere:vt antiquos gentis suæ reges laudibus ac meritis transeat.& quanto studiosius in subiectis suis etiam aliena peccata deterserit:tanto etiam de peccatis propriis ante omnipotentis dei terribile examen securior fiat.hæc ille. Ecce officiũ regis est fidem catholicã dilatare in subiectis:per hoc nomen gloriosum acquirẽdo . Multas tales instructiones Isidorus ponit & aliqua de ipsius dictis.xxiii.q.v.habentur/ & ad istã tendit conclusionem ꝙ deus est auctor potestatis regiæ & illa sua potestate rex propter demerita populi permissione diuina sæpe abutitur. A deo vero regia potestas creditam ecclesiæ sanctæ commissionem recipit cuius rationem reddere tenebitur: quare legibus si dei omnes sunt astricti. nõ debet se solutũ legibus existimare rex:quia si lex iusta est tunc ligat & non aliter.quare & ipsum regem qui iustitiæ subest.

Cap.XII.

ESt etiam istud in summa sciendũ:ꝙ studium regentis debet esse vt per cõcordiam leges ordinet.vnde opportunũ est in concilio vtriusq; status primatum & præsulum cuncta vniuersalia rempublicam tangentia statui & ordinari:illius vero sic per concordiam constituti executor rex esse debet.quoniam est ipsa cõstitutio regula secũdum quã subiecti potestatem regis ordinatam esse volunt.regulari autem per concordiam capitis & membrorum præsidentialem potestatem pro bono reipublicæ:nemo dubitat conciliũ vniuersale posse.& licet rex dispensare aut interpretari:nihilominus ipsam sic conditam legem in dubiis occurrẽtibus pro bono publico/ & ad finem iustitiæ possit per epikeiam virtutem . tamen hęc suo modo sicut in Romano pontifice & canonibus supradictum est intelligi debet.non ꝙ rex tollere legem sic editam possit absq; concilio/quæ cum concilio edita est:sed declarare rationem legis in occurrenti casu locum sibi minime vendicare.Et hæc sufficiũt ad sciendũ quomodo in synodicis cõgregationibus officium regis est concurrere/exhortari/cõfirmare/& ecclesiasticis constitutionibus quæ vel ad fidem vel diuinũ cultũ spectãt obedire & exequi.In publicũ vero statũ cõcernẽtibus simul

statuere debet:& ita se habere sicut recte de metropolitano dictũ est superius/qui caput sui cõcilii est.& sine cõsensu suffraganeorũ nihil/vniuersam ꝓuinciã cõcernens statuere potest:quĩ ꝓsidere debet rex in illo cõcilio vbi ea discutiũtur quæ ad regimen reipublicæ spectãt/& cũ cõsilio optimatũ & etiã episcoporũ subiectorũ per cõsensum cũcta digeste ordinare.habere quippe debet priceps ex oĩbus de subiectis viros ꝓfectos ad hoc de omni parte regni electos:qui in quotidiano cõsilio assint regi.tales quippe cõsiliarii vicem gerere debẽt omniũ regnicolarũ:sicut de cardinalibus quodã loco q Romano põtifici astãt:supradictũ est. Et hi tales consiliarii eorũ quos reꝑsentãt bonũ publicũ:debẽt cõtinue defensare/& auisare/& mediũ proportionatũ esse p qđ rex gubernet & influat sibi subiectis/ & p qđ subiecti refluãt in opportunis ad principem/& in hoc cotidiano cõsilio magna vis regni cõsistit.deberẽt quidẽ isti cõsiliarii in vniuersali cõgregatione regni cõcorditer ad hoc deputari:& p leges & iuramẽta ad bonũ publicũ ꝑsuadẽdũ palã obligari. Et quia de regimine reipublicæ sanctus Thomas/Egidius de Roma/Sedulius/Scotus/& ante illos Plato & Tullius/ licet illi vltimi libri non habeantur/ac etiam alii plures magna nobis volumina reliquere:ad ista quisq; recurrat in residuo. Nũc de imperatore videndũ quid in vniuersali concilio catholicæ ecclesiæ inueniatur egisse.

Quĩ de re pub. scripserint.

Cap. XIII.

Imparores cõcilia vniuersalia cõuocant.

EX superioribus habetur:imparores sanctos/cõgregationes synodales vniuersalium conciliorum totius ecclesiæ semper fecisse. Ita ego perlustrans gesta omniũ vniuersaliũ conciliorũ vsq; ad octauũ inclusiue Basilii tẽpore celebratum:verũ esse reperi.Ita in eadẽ octaua synodo in quinta actione Heliam colendissimũ presbyterũ/& *Sincellũ throni Hierosolymorũ* in auditione omniũ affatũ legitur. *Scitote* quia in ꝑteritis tẽporibus imperatores erãt/ qui congregabant synodos ex toto terrarũ orbe/vicarios ad huiusmodi dispositionẽ causarũ colligebant:quorũ ergo & dei cultor imparor noster vniuersalẽ hãc synodũ fecit. hæc ibi. Et legi in glosula Anastasii bibliothecarii apostolicæ sedis q eandẽ synodũ de greco transtulit sup eodẽ dicto:ꝙ vniuersales synodos de omni terra impatores colligere soliti fuerãt.locales vero nũq̃ eos legitur collegisse. Et ad hoc cõcordat definitio canonica eiusdẽ cõcilii superius scripta:quæ principalẽ id est impatorẽ vniuersalibus dixit interesse debere nõ aliis.vnde breuiter dico ꝙ sicut ꝓdictũ est:ita se habet iperator ad vniuersalẽ catholicæ ecclesiæ synodũ/sicut rex ad vniuersalẽ regni sui.non ꝙ coactiue sed exhortatorie colligere debeat: vt synodus Aquileiæ tempore sancti Ambrosii decreto iperatorũ Theodosii/ & Valẽtiniani cõgregata in epistola eiusdẽ cõcilii in principio ponit.oẽs per principes vocatos nullũ inuitũ coactũ. sed solebãt per diuales sanctiones necessitatẽ celebrãdi cõcilii aperire patriarchalibus sedibus: et diẽ & locũ cõstituere/ac libertatẽ ꝓrectionis absq; oppressione vel timore offerre secũdũ cõditiones synodi suprascriptas.Et ex tali cõgregatione nõ recipit synodus iudicii/ac cõstitutionũ firmitatẽ: sed ex omni cõsensu in ipsam congregationẽ/& ex vocatorũ cõparitione & ꝑsẽtia vt hęc etiã supius discussa sunt.dũ enĩ instãt vlla pericula fidei/aut aliqua CHRISTI ecclesiã vniuersã turbãtia:tũc vigilare debet ipe impator/& fidei/& pacis custos.& Romano põtifici primo synodi necessitatẽ isinuare/& et⁹ cõsensum cõgregãdi cõcilii ĩ definito loco regrere: sicut fecerũt imparores Valẽtinianus & Martianus ad Leonẽ papã scribẽtes/sic.ꝓ reuerẽda & catholica religione Christianorũ fidei/cuius auxiliis virtutẽ nostræ potẽtiæ credimus gubernari:tuã sanctitatẽ principatũ in episcopatu diuinæ fidei possidentẽ sacris literis in pricipio iustũ credim⁹ alloquẽdã.inuitãtes atq; rogãtes vt ꝓfirmitate & statu nostri

impii æternã diuinitatẽ sanctitas tua deprecet: vt et tale ꝓpositũ atq; desideriũ habeamus/quatinus oĩm impio errore sublato per celebrandam synodum te auctore maxima pars circa om̃es episcopos fidei catholicæ fiat/ab oĩ scelere pura et interne rata cõsistens. Hæc illi. Pari modo legimus dulci inuitatione alios impatores/papã/et alios patriarchas/episcoposq; omnes ad synodũ vniuersalem semp aduocasse. Legitur enĩ Martianũ Augustũ ad Leonẽ papã pfatũ sic scripsisse. Leoni reuerẽdissimo epõ ecclĩæ ciuitatis Romæ/Martianus. De studio et orone nr̃a sanctitas tua nõ dubitat: quin verã Christianorũ religionẽ/et apostolicã fidẽ firmã velimus permanere/et ab omni populo pia mente seruari. denią soliditatẽ nostræ potentiæ/ex recta religione et ppitiatione saluatoris nr̃i cõsistere nõ ambigimus. Quapropter reuerendissimos viros quos ad nostrã pietatẽ sanctitas tua direxit: libenter et sicut decebat animo grato suscepimus. Superest/vt si placuerit tuæ beatitudini ĩ has partes aduenire/et synodũ celebrare: hoc facere religionis affectu dignetur. nostris vtiq; desideriis vestra sanctitas satisfaciet: et sacræ religionis quæ vtilia sint/decernet. Si vero hoc onerosum est/vt tu ad has partes aduenias: hoc ipsum nobis propriis tua sanctitas literis manifestet. quatinus in omnem orientem/et in ipsam Thraciam/et Illyricum sacræ nostræ literæ dirigantur: vt quendam diffinitum locum/vbi nobis placuerit/om̃es sanctissimi epĩ debeãt cõuenire, et quæ Christianorũ religioni/atq; catholicę fidei ꝓsint: sicut sanctitas tua secundũ ecclesiasticas regulas definiuit/sua depositione declarẽt. Hæc ibi. Cõstantinus etiã impator tertius huius nominis qui cõuocauit sextã synodũ/anno CHRISTI 686 vel circa ad Agathonẽ papã/ita scripsit. Impator Flauius Cõstãtinus fidelis Sacra deo/sanctissimo et beatissimo archiepõ antiquæ nostrę Romæ. Per omnia nouit vestra paterna beatitudo/et plures sanctæ vestræ ecclĩæ antiquæ Romæ: q ex quo iussit deus principaliter nos imperare: dũ multoties voluissent quidã motionẽ facere de rebus de qbus est cõtentio/ꝓ dogmate pietatis inter ptes tam sanctæ vestræ ecclĩæ q huius sanctæ/magnæ dei ecclesiæ hoc phibuimus fieri/tpe nõ admittente: cognoscẽtes/q ex pticulari cõtentione nõ solum veritas sciri non posset/sed magis malum accresceret. Et infra. Veritas enim deo chara est: et secundũ dñi vocem/quicũq; voluerit oĩm princeps esse/sit oĩm minister. Et iterũ dictũ est. In hoc cognoscent omnes/quia mei estis discipuli/si dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Postq̃ igitur tempus recipit pfectam cõgregationẽ fieri: adhortamur vestrã paternã beatitudinẽ per præsentem nostrã piam sacram/ dirigere viros vtiles atq; modestos/habẽtes totius (deo inspirãte) doctrinæ peritiã irrepræhensibilem/indutos personam vestræ apostolicæ sedis/eiusq; consilii/deferentes et libros quos oportet proferri/et omnẽ auctoritatem habentes/quatinus conuenẽtes cũ hic posito sanctissimo ac beatissimo patriarcha/et Machario sanctissimo patriarcha Theopolitanæ id est Antiochenę ciuitatis: pscrutentur cũ omni mãsuetudine et modestia/et p grãm sancti spũs studeãt veritati insistere/et cõsentire. monitionẽ hñtibus eis q huc aduenerint ex pte sedis vr̃æ p psitem nr̃am piã sacrã: p deũ omnipotentẽ nõ est apud nos partis cuiuslibet fauor: sed æqualitatem vtrisq; partibus conseruabimus/ nullatenus necessitatem facientes quocunq; capitulo eis qui a vobis dirigentur quoquo modo/sed omni honore cum competenti munificentia et susceptione dignos eos habebimus. et si quidem vterq; conuenerint/ecce et bene. sin autem minime conuenerint: iterum cum omni humanitate eos ad vos dirigemus/de caetero nos expectantes iudicium dei imminere nobis/iuxta quod constituti sumus seruare fidem sanctam et immaculatam/quam percepimus vnoquoq;

proprio sensu abundãte: rationem reddituri ante sanctum et terribile tribunal dei nostri. Inuitare enim et rogare possumus ad omnem emendationem et vnitatẽ oĩm Christianorũ: necessitatẽ vero inferre nullatenus volumus. Personæ vero quę dirigent a paterna vr̃a beatitudine ipsa decernat. ex vestra itaq; sancta ecclesia (si vtiq; videtur ei) tres psonæ sufficiãt: q; et si plures quãtę ei placuerint dirigat. de cõcilio vero vsq; ad xii metropolitanos epos. de quatuor vero monasteriis Bizãceis ab vno quoq; monachos quatuor. nã si recepit tp̃s perfectã cõgregationẽ studuissemus facere. et infra. Deus autẽ noster pprio cõsilio ptulit: qđ nos differebamus in hoc tpe p omnia iubemus vestrã paternã beatitudinẽ minime effici impedimentũ volũtati dei/sed eos dirigere. Sic enim speramus in eius benignitate: quoniã q voluit hmõi capitulũ moueri in præsenti p sanctũ spm̃/cõcedere habet: vt veritas clarear/et instruanẽ omnes sine schismate atq; cõtẽtione in veritate. Et infra. Oẽmq; impensam venientiũ iussimus præbere Theodorũ gloriosissimũ patriciũ et exarchũ CHRISTO amabilis nostræ Italiæ puinciæ tã in naui/q̃ in expẽsis et omni vtilitati eorũ. et si necessitas exegerit: etiã castellaros dromones præbere ad eorũ munimen: vt ex omnibus illesi et sine piculo deo cooperante iidẽ ad nos pducãtur. diuinitas te seruet p annos multos sanctissime atq; beatissime pater. Hæc epistola ĩ principio sextæ synodi: quæ p illum facundissimũ Leonẽ Siciliensem papã Romanũ vtriusq; tã græcæ q̃ latinæ linguæ disertissimũ trãslata est/scripta inueniẽ: habẽs graues/multas & notãdas sententias. maxime quõ imparor ordinationẽ sacri cõcilii præcogitare iuxta tpis cõgruentiã debet: et cũ omni reuerentia aduocare et defensare veniẽtes cũ præstatione summæ libertatis absq; pttialitate. Aliis vero episcopis legimus cõsimiliter imparores scripsisse p suas sacras. vnde præfati imperatores Valentinianus et Martianus ita rescripsere. Omnia ad verã fidẽ et Christianã orthodoxam religionem tendentia præponẽda aliis rebus existimamus. Et infra. Vnde tua sanctitas cũ quãtis approbauerit reuerendissimis epis sub tuo sacerdorio cõstitutis/ sanctarũ ecclesiarũ exptes habentibus diuinas scripturas et scientiã et doctrinã orthodoxæ et veræ fidei præ cunctis eminentibus ad Niceã ciuitatẽ pxime Kal. Septemb. aduenire festinet. Quisqs enim generalem et omni mundo vtilem futurã synodũ refutauerit: peccat equidẽ/et nostrã diuinitatẽ offendit. Agnoscat autẽ et tua sanctitas: qm̃ nostra pietas aderit in ipo cõcilio: nisi quædã publicæ et ineuitabiles curæ nos inexpeditos fecerint. Hæc illi. Dicit de Nicea: quia ad hanc ciuitatẽ indixit cõciliũ Valentianus: sed postea ad Calcedonã est translatũ. vnde ad cõgregatos in Nicea iidẽ scripserunt. Studii nostri est cõgruenter decerni ea quæ sanctæ et orthodoxæ religionis existũt: quatinus omnis ambiguitas pimatur/et decens pax sanctissimis et catholicis reddaẽ ecclesiis. hoc enim omnibus rebus præponendũ existimamus. Quia igitur volumus interesse sancto concilio: retinẽt vero nos publicæ et necessariæ vtilitates in expeditione. dignetur vestra religio nõ arbitrari graue/nostræ tranquillitatis præsentiã sustinere: sed orare quatenus ea quæ inter manus habemus deo auxiliante disponentes/bene illuc venire possimus: vt nostra pietate præsente decernãtur/quæ omnem discordiã/quæstionemq; submoueant/et confirment verã ac venerandam orthodoxam fidem. Hæc ibi. Post hæc scripserunt iidem imperatores: quo missi Leonis papæ omnino voluerunt eos concilio interesse debere. et quia commodius possent in Calcedonam propter necessitates publicas/q̃ in Niceam cõcurrere: scribunt sic. Vnde si perspicit vestra religio in Calcedonensium ciuitatẽ venire dignamini. Et quia dubitabant de securitare propter Euchetem/ miserũt ad impera-

toresq; in Thracia fuerunt/hoc ei significantes/ qui ad eos rescripserit/plenā securitatem eis pmittentes. Ex his habes/quomodo imparores causas fidei omnibus preponere debent: et omnia cū cōuenienti reuerentia et charitatiue: quæ in synodis habent expedire/nullam necessitatē inferendo. et q̄ cōcilio interesse debent ad fidē cōfirmandā/non ad necessitatem inferendā: sicut Martianus impator Cōstantinū allegans dixit. xcvi. dist. nos ad fidem.

Cap. XIIII.

Etiam ad hoc operam dare debēt impatores/et omnes reges sub suo regno synodicas cōuentiones habentes: vt tumultus omnis vitetur/et expellant expellendi. vnde pissima Pulcheria Augusta ad cōsularem Bithiniæ stratigiū: vt curā haberet circa disciplinam synodi/quæ in Nicea cōgregata et nondū Calcedonā translata erat/scripsit. Quia secundū nostrā sanctionē reuerendi episcopi vniuersi conuenerunt/sustinētes potestatis nostræ præsentiā: quæ post nō multū deo cooperante aderit. Quidam autē (sicut agnouimus) quī sunt soliti cōturbare et cōfundere deo placitā disciplinā superuenientes in Niceā clerici atq; monachi atq; laici/tumultus facere tentant: contendentes absq; iis quæ nobis placuerūt. necessarie has pias literas ad tuā direximus claritatē: quatinus cum omni virtute eos/qui præter nostrā euocationē aut permissionem fuerit episcoporū ibidē cōmorantur/clericos/siue intra hunc ordinē constitutos/siue aliqui eorū a proprijs episcopis sunt remoti/vel monachos atq; laicos/quos nulla ratio ad concilium vocat/omni modo debeas ciuitate et ipsis locis expellere. vt cū omni disciplina/consedente sancta synodo/siue omni cōmotione atq; contentione: quæ a dño CHRISTO reuelata fuerint/cōmuniter ab omnibus cōfirmentur. Scito enim q̄ si quis de cætero inuentus fuerit tumultuosus ibidē cōmorari/aut ante præsentiam nostræ tranquillitatis/aut certe post præsentiam tuō sol turri tibi imminere periculum. Hæc ibi. Ecce laicos/monachos/et clericos/maxime nō habentes sui episcopi facultatē: conciliis vniuersalibus interesse nō debere. Omnes enim cōtentiones cum tumultu pati in cōciliis non debent. gloriosissimi enī iudices et amplissimus senatus legitur in prima actione Calcedonensis concilii dixisse: quādo impediebatur tumultu lectio gestorū in Epheso. Acclamationes istæ populares/neq; episcopos decēt/neq; partes iuuāt. de quo in cōcilio Toletano prouisum est et de pœna in loco benedictionis sedentiū et turbantium synodū: scilicet triduana excōmunicatione. v. q. iiii. in loco. Sic in eisdem gestis Calcedonensis concilii legitur cōmonitoriū ad Helpidiū virū spectabilem/comitem sacri consistorii ab imparoribus datum p defensione synodi Ephesinæ: vbi sic legitur. Ideo igitur tam tuā claritatem/q̄ Eulogiū virū spectabilem/et tribuniū/ et notariū ad ministerium elegimus fidei defensandæ: sicut pbatos in aliis pluribus rebus/recentissimosq; repertos/et circa dei cultū optimatissimos/ac valentes nostris diligenter iussionibus ministeriū exhibere. de iis vero quæ in Ephesi sancta synodo fuerint cōfirmanda: nullum fieri tumultū vos pmittere oportet. sed si quē videritis cōturbationibus et tumultibus tendentē ad læsionē sanctæ fidei: hunc debetis custodiæ mācipare: et ad nostrā perferre notitiam relationibus vestris/ vt causa quidem ordine proprio ventiletur. Interesse autem vos oportet iudicio/et opam celerem dare: quo aliqua circa inspectā probationē sancta synodus fieri sibi cognoscat. vos autē nobis cognitum facite/quæcunq; fuerint definita. Et infra. Non liceat autem vllum aliud moueri negociū ex peculiaribus videlicet capitulis: anteq̄ ea quæ de fide sunt catholica effectui mancipentur. Ideo nanq; et ciuile per literas quas ad virū spectabilem procōsulem scripsimus/ & reliquis/militare nobis auxilium delegauimus: quatinus

Contra synodi turbatores.

et vos siue p propriū officiū seu his fulti auxiliis sufficere possitis ad ea quæ præcepimus adimplenda: quæ tanto aliis omnibus meliora sunt/quanto solent humanis diuina præcellere. et quæ in hac causa fuerint cōstituta: ad nostrā pferre notitiā festinare. eodem tenore Eulogio viro spectabili scriptū est. Hęc ibi. Ecce quomodo imperator sollicitā curam de custodia vniuersalis cōcilii habere debet/et omnino facere: vt tumultus et turbatio nulla fiat/et ꝙ decernēda seruentur. Ista sunt quæ ad imperatorem spectant: quo ad synodi principiū/scilicet cōuocare cū exhortatione et tuitione/summaq; libertate/et bona et optima custodia/dempta omni partialitate/et præcepti necessitate.

Cap. XV.

Qua differētia papa et impator conuocent concilium.

DE cōuocatione vero dubiū ex prioribus/vbi de papa dictū est quomodo ad eū spectet/oriri posset: sed de reliquis prætactis nemo iuste dubitare poterit. Ideo quo ad illud discutiendum dicamus: ꝙ hoc interest inter vtriusq; cōuocationē. quoniā papa vt primus et habens præceptiuā potestatē ex principatu sacerdotii sui in omnes alios episcopos/quo ad eam congregationē respicientē vniuersalem ecclesiæ statū: in qua ipse primā curā gerit. ex qua credita potestate præcipere habet Christifidelibus vt cōueniant: maxime subiectis omnibus sacerdotib9. Impator vero exhortatur et suadet episcopis/ac præcipit laicis. Neq; Romanus pōtifex dicit/cōuocationē ad se pertinere tantū: sed ꝙ sine sua auctoritate fieri synod9 non debeat. Quando itaq; impator ob incumbentē necessitatem ecclesiæ/primo exhortatur Romanū pontificem/et deinde alios vt cōueniant: recte psequitur viā antiquorū. tunc interpellat Romani pontificis primo: et deinde aliorū auctoritatem. Et nisi ita ageret/scilicet si sine vocatione Romani pontificis/episcopos cōgregaret: non esset vniuersalis concilii auctoritas plena/iuxta præhabita. de essentia enī eius est/vt nullus excludatur: maxime episcoporū q velit et possit interesse. Igit̄ hoc indubie in Romano pontifice verū. Si vero Romanus pontifex rogatus nō mitteret/aut non veniret/aliis parentibus exhortationi imperiali: nō est subito procedendū/nisi necessitas ecclesiæ quæ legem nō habet/expeditionem desideraret. verū si cōgregationi institutæ per imparorem Romanus pontifex contradiceret: nisi necessitas ecclesiæ plus parendū imperatori psuaderet/Romano pontifici mos gerendus est. vñ

Qñ impator sine papæ assensu īdicere synodū possit.

non credo etiam absurdū esse illud dictū: ꝙ etiā propter curā cōmissam custodiendæ fidei sacro impio/ipse imperator negligente aut cōtradicente Romano pōtifice: imminente magno vniuersali turbationis ecclesiæ piculo/pręceptiue posset synodū indicere/ad prouidendum fluctuanti ecclesiæ. licet enim aut ordo aut positiui iuris determinatio ppter cōseruandā pacem exemerit clericos a potestate imperiali/vt superordinauerit etiam ipsi imperio sacerdotiū/vt cūctis Romanū pontificē: tamē qñ cessant omnia illa ppter quæ huiusmodi sacra ordinatio instituta est/quoniam omnia ppter cōseruationem ipsius sanctæ ecclesiæ ita constituta sunt/reuertimur tunc ad habendū eundem finem ad aptos congruos modos tempori/hoc ordine nobis non seruiente minime curato. Et hæc sufficiant.

Cap. XVI.

NVnc pquiramus ex codicibus sacrorū conciliorum florentissimæ quondā ecclesiæ/qd cōueniat impatori in concilio cōgregato cū suis patriciis et senatoribus pagere. Et primo reperio ex omniū gestis/tā in Calcedona/Cōstantinopoli/Nicea/et Epheso: ꝙ aut ipse impator per se interfuit/aut ex eius iussione eius locū tenentes sacri senatus et iudices: pauci tamen semp ex maximis et principalibus et intelligentibus principibus/et nō plures xx vnq̄ interfuisse/immo raro

Impator si adest psider

xv comperio. Impatore vero in persona existēte/reperio eū semp præsedisse in sexta

enim synodo tertius Cõstantinus præsedit in medio cum x de maioribus patriciis: et ad læuam eius vicarii senioris Romæ et Hierosolymorũ.ad dexterã vero patriarchæ alii:primo Cõstantinopolitanus/deinde Alexãdrinus/post Antiochenus. et cõiungebant in quolibet scamno episcopi illarũ sediũ.In octaua synodo præsidebat Basilius.et ad dexterã/et secundũ ordinẽ vicarii apostolicæ sedis/et alii patriarchæ.verum in Calcedona(quia Martianus impator in principio non interfuit) senatus et iudices erant in medio:sicut de tertio Constantino dictum est. Et ipse Martian9 ad synodũ post hoc veniens præsidebat cũ paucis de senatu/sibi adiũctis lateraliter vicariis apostolicæ sedis et patriarchis:vt in sexta synodo sedẽtibus.Basilius vero imperator/patriarchalium sediũ vicariis et patriarchis in subscriptione se postposuit ex humilitate:tota synodo rogante vt se præponeret. et ipso ex humilitate renuente:vt dicunt gesta finalia eiusdem synodi. vnde quia senatores et patricii ac principes clarissimi qui sunt pars corporis impatoris/consueuerunt synodis interesse de iussione et mandato impatoris/et non aliter/vt omnia gesta clamant:tunc est hoc notandũ/q nullus secularis princeps habet ius interessendi vniuersali concilio/nisi imperator.alii omnes solum/si iussi ab imperatore fuerint/vel sacro cõcilio.Illi vero qui sunt pars corporis eius:sicut sunt patricii/exconsules/exarchi/ et sacri senatus/ ipsi impatori immediate cõiungi debent.sit itaq iniuria impatoris in locatione sæcularũ principumq de iure interesse non habent in vniuersali cõcilio/et quorũ ius interessendi ab eius iussione dependet/impeditur.ab imperiali enim potestate ordinatio talis inter sæculares dependet:qui omnes ei etiam alioqui exempti tũc in concilio subsunt/tanq̃ protectori concilii.ex qua re in omnes iurisdictionẽ habet.& maxime fit iniuria ipsis sacri imperii electoribus/populũ Romanũ repræsentantibus et sacrũ senatum/et vnũ cum imperatore proximæ colligationis corpus facientibus:si quisq absq ordinatione sacræ maiestatis/maxime qui digniori titulo nõ decorantur/ipsis se præferret/et p honore sacri imperii et bono publico talis ambitio admitti non deberet.

Princeps nullus præter impatorem de iure interest concilio.

Electorum ius i cõcilio

Cap.XVII.

TAmen ad hoc vt de hac re nulla contentio oriatur tanq̃ de nihilo: sciendũ est ipsos laicos principes prætactos/etiã si iussu imperatoris intersint/non habere vocem synodicã/sed solum audire debere.vnde ita legitur in gestis octaui concilii quarta actione:q quũ vicarii senioris Romæ loquendo ad principes qui iussu Basilii interfuerunt/dicerent.Interrogate illos magnificentissimi et gloriosissimi principes/an illi qui introierunt fecerunt libellum hunc. dixerunt principes vt obsecundantes verbo vestro:ex præceptione vestra interrogabimus eos.non per potestatẽ nostrã.potestas enim hæc vestra est. Et in fine dicit Basilius impator in capitulo quod incipit.Multã quidẽ.cuius tenor infra ponitur.Q̃q̃ nõ sit datum istis secundũ canonẽ dicendi quicq̃ penitus de ecclesiasticis causis. Opus enim hoc pontificũ et sacerdotum est.et loquitur de laicis. Idem Ambrosius.lxxv.epistola cõtra Auxentium ad Valentinianũ impatorẽ/dicens.Si scripturarum seriem diuinarum vel veterũ tempora retractemus:quis est q abnuat in causa fidei episcopos solere de Christianis impatoribus:non impatores de epis iudicare/et infra.Pater tuus deo fauente vir maturioris æui dicebat/non est meum inter episcopos iudicare.tua nunc clementia dicit:ego debeo iudicare.et ille baptizatus in CHRISTO/inhabilẽ se tanto põderi esse putabat iudicii.Hæc ille. Ecce q de ptinentibus ad fidei religionem inter episcopos impator iudicare non debet. Scribit autẽ venerabilis Sedulius in libello de rectoribus Christianis c.xi. ipsum Valẽtinum impatorem post hæc dũ

Laicis audire licet/non loqui in cõcilius.

a sanctis episcopis rogaretur: quatinus dignaretur ad emēdatione sacri do[illegible]atis interesse/synodo dixisse. Mihi (inquit) qui minimus sim de populo/fas non est ta[illegible] pscrutati: verū sacerdotes/quorū hæc cura est/apud semetipsos cōgregētur vbi voluerint. Et in sexta synodo dicit in prima actione/psidente piissimo et CHRISTO dilecto magno impatore Constantino/in secretario sacri palatii: et ex iussione eius a deo instructæ serenitatis præsentibus et audientibus/Niceta gloriosissimo exconsule patricio/et comite imperialis obsequii et precis. et similiter hoc quodā loco superius probatur: quomodo ex iussione impatoris Bahanis patricius aliorū nomine loquens ad audiendū senatum interesse dixit. Et hoc pbant gesta Calcedonensis concilii. vbi postq̄ principes in principio nominantur: q̄ iussione Martiani interfuere/additur. Conueniente autē etiā sancto et vniuersali cōcilio secundū sacram iussionē in Calcedonensem vrbē cōgregato Paschasino et Lucentio reuerendis episcopis et Bonifacio presbytero tuentibus locū sanctissimi et reuerendissimi archiepiscopi almæ vrbis Romæ Leonis/et Anatholio reuerendo episcopo inclytæ vrbis Constātinopolitanæ. Ecce synodū solum ex sacerdotio cōstitui/et laicos vocē in ipsa/maxime in ecclesiasticis rebus dū tractarent/non habere. Quare si vocem non habent de iure: tunc ad audiendū tātum venientes iudicio imperiali pro conseruanda libertate synodi/quo ad cuncta synodū respiciētia merito subsunt: sine cuius iussione et facultate interesse nō deberent. quare principes mundi nō laicos/sed episcopos: vt et vocem suam per eos aperire valerēt/mittere deberent: et tunc cessaret omnis quæstio. quia quisq; iuxta canonicas sanctiones qui vocem habere vult: in ordine suo iuxta tempus promotionis debet considere. si vero reges et principes habent/synodo/certa insinuare: hoc possunt per quoscūq; in loco oratorū ad hoc cōmuniter et publice deputato/quia nulla audientia cuiq̄ denegatur. Deliberare vero/et res ecclesiasticas definire: sacerdotū est. hoc si ita sicut recte ab antiquo introductū est seruaret: nulla de sedibus quæstio/aut ea propter turbatio in synodis exoriretur. Verū quia in Constantiensi concilio principes vocati/et etiam in hoc nostro Basiliensi concilio ad habendam vnam oīm concordantiā consulte satis existunt; quia vigor synodicæ præceptionis ex cōcordantia est. et oportet pro cōseruatione fidei nostræ quę ad arctū locū redacta est/maxime quū impatoris potestas hodie nō omnes sicut quondam stringat et compescat: res concorditer per principū etiā aliorū et regū/ qui in Christianitate sunt/aduocationē/vt omnes synodicas definitiones iustas et sanctas et irreprehensibiles videantur tractare/ vt pax in ecclesia seruetur et schisma vitet. vnde tunc oportet etiā vti magna et sapienti cautela in his sedibus vel locationibus ne ex turbatione quæ ex ambitiosis honoribus prætextu defensionis dignitatis exoriri solent/confusio maior fiat. Et posset facile succurri per distinctionem locationum/ponendo sedile scalare vel scabellū pro impatore/et ipsi proxime vnitis. p Frācorū rege/et ipsi cōiunctis. et similiter p Hispaniæ regibus et aliis: vt absq; mixtura diuersorū regnorū/scamnis secundū ordinē regū positis/vnusquisq; princeps in sedili regni sui locaretur. et q̄ talis quidē ordo in pace danda seruaretur: vt secundum ordinē regnorū primū locū in ipsius regni sedili habenti pax cæteris per osculum cōmunicanda daretur. In pcessionibus vero reges suo ordine impatorē lateraliter associarent/ aliis omnibus retro suo ordine pergentibus regni cuiuslibet nobilibus et ambasiatoribus se ad suum regem linealiter/ad seriem qua in scamno sederent colligantibus/absq; cuiusq̄ alterius interruptione. Si vero duo de eiusdem regni dignitate aut prioritate cōtendentes forent: talis ordo seruetur. vt quisq; a que

Ordo principū considētiū in cōciliis.

ꝓpinque imꝑatori admittat̃: senior a dextris/iunior a sinistris absq; cuiusq̃ præiudicio. et ita fieret de scānis vtriusq; cōtendentiū: scilicet ꝙ senioris scānū a dextris locaret: iunioris a sinistris. Et in ꝓcessione quilibet obedientiarius a rege secundū suū ordinem per lineā rectam se suo domino colligaret. Hæc ordinatio forte salua meliori posset scandalis quæ exoriri solent: facile obuiare. et habet æquitatē planam et pacificā et in iure fundatā/secundū qđ supius habet̃: quomodo quisq; cuiuscūq; gradus alterius personam vt ꝓcurator seu legatus indutus/in eo loco sedere debet vbi principalis. Hæc quidē ordinatio fingit scannū regno alicui deputatū/tanq̃ sedē regis esse quē ipsius oratores seu ambasiatores si assunt/seu principes ꝓximiores absq; etiā speciali ad hoc regis commissione fingit ꝓ bono pacis repræsentare. Et dum hic ordo in scanno quolibet qui et in ipso regno præcedentibus cōmissariis regis/et subsequētibus suo ordine principibus seruetur: quis dubitat optime pacem quo adhoc posse conseruari?

Cap. XVIII.

Imperator aliquando primatū ad dixit.

POst hæc de iis quæ sedente synodo imꝑialis maiestas facere habeat: videndū. Et primo reperio imꝑatores aliquādo dedisse primatū in synodo: vt in quadā epistola Theodosii et Valentiniani ad Dioscorū in secunda ephesina damnata synodo/q̃ incipit. Ante hoc quidē. vbi dicit. Necessariū duximus his sacris nr̃is lr̃is ad tuā vti reuerentiā: p quas manifestū facimus tuę beatitudini et vniuersæ synodo/ꝙ nos regulas sanctorū patrū sequētes nō solū ꝓpter Theodericū/sed et alios omnes qui ad cōgregatā sanctā synodū ptinent/auctoritatē et primatū tuæ præbemus beatitudini. Hæc ibi. Sed hoc nō legi alibi q̃ in illo cōciliabulo factū. vnde vt in eadē epl̃a ꝓpter timorē Nestorianorū hoc fuit factū. Etiā tūc nondū venerāt nuntii apostolicę Romanę sedis forte. quare ipse Dioscorus Alexandrinus merito primatū habuit. Igit̃ de hoc non est multum curandū. Sed ipse imperator habet curare: vt detur per suos iudices et senatores maxima diligentia: vt canonico more sancto et iusto seruato ordine/non ex abrupto vel præcipitanter aut passionate per timorē vel impressionem seriatim absq; materiarū inculcatione tractanda expediantur: vt nihil de institutis p sacros canones ad inquirendum veritatem/tam in iudicialibus definitionibus/q̃ etiā disputatoriis omittatur/tanq̃ neutrales iudices. vt etiā clara et manifesta clarissima fiant: vt recte inuariabilis conclusio/et eiusdem executio per imperialem maiestatem fieri possit absq; omni hæsitatione. et ita lego in omnibus vniuersalibus conciliis imperatores dum præsentes fuerunt/aut sacri palatii iudices et senatū/officiū promotorum habuisse ad dirigendum cuncta ad claram veritatis lucem: immo in terminorum obseruatione et dilatoriis/vt iudices cum consilio concilii se habentes/ac etiam aliquando de assensu et approbatione manifesta concilii iudicantes: sicut in quæstione primatiæ in Calcedonensi concilio inter patriarcham Constantinopolitanum et Romanum mota/iudices sententiauerunt iuxta productos canones. interrogantes post iudicium sacram synodum vtrum cōsentiret/an aliud videretur. tota vero synodus approbauit: vt legitur in fine gestorum Calcedonensis cōcilii.

Impatoris in conciliis officia.

Firmitas autem iudicii et omniū quæ ita aguntur in concilio per quoscunq; ex cōsensu tantū synodica depēdet auctoritate/iuxta superius præmissa. Quare et si aliquādo sententiasse iudices tales legūtur/ex cōsensu et synodica cōmissione vigor sententiæ depēdebat: et nō ex imperiali commissione/cui⁹ auctoritas synodū vl'em nū præcellit. dirigi vero res p viā canonicā/ne quicq̃ qđ tractatur possit inculpari ꝓpter suā subscriptionē/quā in fine vt testes: qui recto iudicio interfuerunt/pro firmitate facere debent propria

Firmitas iudicatorū in conciliis a cōcilio dependet.

auctoritate petere poſſunt. Lõgũ foret oĩa enarrare quomodo ꝑ impatores & iudices interlocutores directorie rei inueſtigãdæ ꝑ apertione veritatis fieri ſolebãt. Sed vna eſt cõcluſio/ſcilicet quoniã fiebat eo modo quo iudicia canonica fieri habẽt/ puta vocet ter accuſatus/ inducatur in ſynodũ/legatur libellus/ reſpõdeat delatus/ deliberet melius/probetur negatũ/oſtẽdatur per geſta ſynodica/ac dicta probabiliũ patrũ/ſi eſt hæreſis quæ obiicitur/ inter ꝓducẽs notatius librũ ita in ſcrinio ꝓprie inueniſſe: & ꝑ talia & cõſimilia quæ ad cauſam deſeruiũt. fuit etiã optima conſuetudo ꝙ canones in quibus quis fundauit intentionẽ in ſcriptis ꝓducebantur: & pars reſpondebat fateretur vtrum an ſuſpicaretur muratũ. & ſic clariſſima fuere ſemper ſynodica iudicia & apertiſſima. Et hæc de materia.

Cap. XIX.

QVæ impator in cõcilio regulariter agere ſolitus fuerit ꝓxime dixi: verũ exhortationibus gratioſis ſæpe vſus eſt ĩ cõciliis. vnde Chriſtianiſſimi & piiſſimi Baſilii impatoris/ cuius noſter Sigiſmũdus a deo coronatus inuictiſſimus impator in hoc Baſilienſi concilio veſtigia inſeqtur/ vt ꝓprie dicatur factũ hoc conciliũ in Baſilea Baſilio altero ꝑſidẽte celebrari: aliqua ex octaua ſynodo ĩſerere curaui. Ita enĩ in exordio Synodi locutus eſt Baſilius impator mitiſſimus. Cũ diuina &

Exhortatio Baſilii imperatoria. benigniſſima ꝓuidẽtia nobis gubernacula vl'is nauis cõmiſiſſet: oẽ ſtudiũ arripuim⁹ et ante publicas curas/eccleſiaſticas diſſoluere/& ꝓcellas q̃ per multos annos ex inuidia odiẽtis bonũ ſathanæ expãſæ ſunt in ſtabilẽ tranqllitatẽ/ꝑ meliorẽ quãdã ꝓuiſionẽ trãſferre. Siqdẽ munito diuinitus impio noſtro ſemp hoc deſideriũ gerente/ac ab aliis patriarchalibus ſedibus vicarios adducere ꝓpter iã dictã cauſam iudicante: cooperatus eſt intẽtioni gubernari diuinitus impii noſtri ſolus infinitæ potẽtiæ rex & princeps pacis. & vt aſpicitis cõſiliũ noſtrũ cõpleuit/ et in id ipm cõuenire/ atq; concurrere fecit. a ſeniori qdẽ Roma: epõs duos/& diaconũ vnũ de definitis ſeptẽ prudẽtia/intellectu/ac vita venerabili decoratos. Ab oriente vero: Protorroiũ Antiochiæ ſanctiſſimũ metropolitã tyri omni reuerẽtia plenũ. A Hieroſolymorũ autem ſancta dei eccleſia ſancta videlicet Sion de qua exiit q̃ prophetatus eſt/& noua lex & diſcretor omniũ gẽtiũ dñi ſermo: ſanctiſſimũ Sincellũ virũ apoſtolicũ omni ſapiẽtia diuina et humana refertũ. Igitur coꝑatione & gratia CHRISTI vniuerſorũ regis & dei cũcta tenẽtis/iis q̃ praua vobis oĩbus eſſe videbãtur/& aſpera ĩ vias planas impatoria diligẽtia & ſtudio noſtro tranſlatis: cõmonemus & hortamur oẽs vos fratres vt cum multo pondere & reuerentia cõueniatis ad ſanctã hanc & vniuerſalẽ ſynodũ/ tãq̃ ad cõmunẽ & vniuerſis aptã atq; ſine labore medelã/nullã vitioſam motionẽ/vel affectũ ferentes/nec ad cõtentioſam volũtatẽ reſpicientes/ſed potius vinci bene q̃ vincere periculoſe ac iniuſte ſitientes. Sic enim vnuſquiſq; qui vitiatũ interiorẽ patitur hominẽ: ſanitatẽ recipiet & æternã ſalutem percipiet. At vero ad vos ipſos acclamationẽ imperii noſtri ꝓponimus: quippe qui poteſtatẽ ſynodici iudicii diuinitus accepiſtis. Etenim vos veritatis eſſe & diuinæ iuſtitiæ (ſecũdum qđ eſt poſſibile) dilectores & imitatores nequaq̃ qdem ambigimus. Sed vt & deo munitũ imperiũ noſtrum ſecundum datã ſibi poteſtatis menſurã in eccleſiaſticis negotiis nihil tacuiſſe/pateſcat eorum quæ debent atq; conueniũt: depoſcimus religionem veſtrã/ vt omnis gratiæ & odii nunc maxime ſuperatrix efficiatur/quin potius impaſſibili beatęq; naturæ ad pſonam non accipiendam/ omni robore quantũ fieri poteſt aſſimiletur/ & neq; perſonam potentis per gradum/vel per amicitiã accipiat/ neq; pauperis miſereatur in iudicio. Sic vtiq; ſecũdum concilium/vtiq; ac volũtatem dei/atq; tranquilliſſimi imperii noſtri: pacatiſſima ſubſequetur ordinatio. hæc ibi. Longũ foret aliorum diuorum

imperatorum dulcifluas exhortationes insereret: quas quisq; imperator secundũ tractandam materiam adaptare studebat/ more huius piissimi imperatoris ac aliorum.

Cap. XX.

Solebant etiam imperatores cũ forte abessent: cõmittere locũtenẽtibus allocutionem ad concilium/ et suasiones pro occurrenti materia. sic legitur in septima actione eiusdem octaui concilii: Bahanem patriciũ & præpositum ad concilium dixisse Phocio cũ suis episcopis in concilio existente. Sanctus imperator noster vult facere allocutionem ad istos per me indignũ seruũ suũ. Sãctissimi vicarii senioris Romæ dixerũt: sicut iubet imperiũ eius. Bahanis dixit ad Phociũ & episcopos eius/ hortatorie alloqtur vos imperator, homines dicite vnde estis: de cœlo estis/ de abysso estis/ an de terra in qua nos degimus? & ostẽdite mihi hac hora quia siue hæresis mota est/ siue schisma emerserit in qualibet parte/ & senserit aliquis ex quatuor patriarchis, imo vero quinq;/ q condemnatione condemnãt vos: quid vobis videtur ad hæc? est ne qui adiuuet vos: dicite? quis canon vos adiuuet: & vbi posuerit dominus canones in ecclesiis suis/ an in alio aliquo loco/ & vbi ecclesiæ sunt hodie/ & vbi p̃dicetur euãgeliũ? est ne alius locus/ q̃ quem tenẽt vicarii isti: dicite? Episcopi Phocii dixerunt. Deus custodiat imperatorem nostrum. verbum petiuimus impunitatis vt diceremus negotia nostra cũ fiducia/ & non accepimus: quantũ ergo habemus loqui? Bahanis dixit. Sanctus imperator noster admonentis affectu ad vos dicit: vtiq; deus ideo audiuit deprecationẽ meam/ & adduxit hos sanctos viros de finibus mũdi/ ne qd secũdũ faciem fiat/ sed ex æquo ponatur iudicio iniustissimũ. dicitis vt accipiatis verbum securitatis: & tũc quis a me tristatus/ vel læsus fuerit/ volo vt dicatis. Ideo sunt hic vicarii omniũ sediũ: vt quidqd habetis ĩ iustificationẽ vestrã loquamini. Episcopi Phocii dixerunt. Scimus imperiũ sanctũ eius: quia neminem vult contristari. Quid volumus dicere? si dixerimus iustitias nostras/ non fient. Bahanis dixit. Per imperatorem nostrum sanctum: nihil prohibemini. iubet etenim/ vult/ & acquiescit vt loquamini: sed videntes iudices conuicia vestra/ nec audire vos volũt. Episcopi Phocii dixerunt. Et nos iudices ipsos: nõ recipim⁹. Bahanis dixit. et reicit regula patriarchas? et irrationabiliter iudicant? Amphilocus Phoci episcopus dixit: irrationabilissime. Bahanis dixit: et ex transcensu regulæ/ & patriarcharũ suorũ iudicãt? Episcopi Phocii dixerũt: extra. Bahanis dixit. Ite ad patriarchat⁹ & certificamini. Basili⁹ piissim⁹ imperator et amicus CHRISTI dixit: quotquot crediditis per oĩa q̃ a patriarchatib⁹ venerunt homines isti cum commendatitiis literis/ & non habetis aliquã ambiguitatem: suscipite illos/ et quæ iudicantur ab ipsis. quotquot autẽ dubitatis ad hoc/ et non habetis eos iustos/ neq; secundũ verbũ patriarcharũ suorũ agẽtes/ ite ad eos et discite ab illis et adducite etiã ad nos: imo vero qđ plus certũ existit/ et disponemus ita. Episcopi Phocii dixerũt. nos iudiciũ nõ vidimus: et quomodo habemus sequi qđ nos nõ vidimus? Bahanis iussus ab imperatore dixit. Sãctus imperator dicit: ne dicatis fratres q̃ velim vos mittere illuc vt pereat quis vestrũ. testis est deus: quẽ misero illuc/ in conspectu totius senatus et sanctæ synodi dico: iterũ reducã eum huc. Multa talia quæ notanda forent in actis legũtur. ista ex causa/ quoniã singularia quædã perpetuo notãda cõtinẽtur inserui: scilicet quomõ imperator a modo procurare debet vt luce clarius absq; omni dubitabili actu/ gesta cõciliorũ peragãtur. adhuc est aliud quoddã singulare in ipsis gestis. Legitur dũ se episcopi Phocii multis argumẽtis et gestis defendere vellent: imperator dixit/ q̃ allegati per illos sanati postea per ecclesiã fuerũt. vos aũt vsq; ad præsens in peccato vestro estis: et in sepulchro nequitiæ vestræ iace-

tis mortui. vnde omnes summi sacerdotes patriarchæ vos condemnãt concorditer. Adeo vero munitũ imperiũ nostrũ/placidũ & benignũ est/& vestri curã gerit & consulit: vt percipiatis misericordias quas deliberauerit sancta & vniuersalis synodus. nam omnes nouimus q laici estis: & nõ adduximus vos latrare/& sine ordine facere verba. omnia enim vestra: mẽdacia sunt & seductio. Phocii episcopi dixerũt: hoc nec diabolus ausus est dicere/ac si dicerent nos esse laicos. Imperator autẽ ideo eos laicos dixit: quia a Phocio q nõ fuit episcopus ordinati fuerũt/& episcopi volebãt defendere Phociũ & seipsos. & quia qdã Eulãpius de Phocianis episcopis ad verba venit cũ imperatore: vicarii apostolicæ sedis dixerũt/Eulampiũ ab apostolica sede damnatum & excõmunicatũ/& ideo verba imperator cum eo facere nõ deberet. Tũc dixit Basilius. Ego crebro & multum rogaui ne perirent: & ideo vocaui eos huc/ si nolunt concurrere ad ecclesiam quidquid iudicauerint patriarchæ etiã si noluerint confirmabunt. Nemo enim potest datam eis potestatẽ a CHRISTO deo & saluatore nostro reprobare. Ecce quanta pietas & cura in imperatore esse debet: & demũ fides & constantia in definitis synodicis.

Cap. XXI.

Debet etiam ipse imperator pmonitiões pro tractandis negotiis concilio aperire: & si qua sibi statuenda videtur quæ ad synodum spectãt indicare/& instare vt statuantur. vnde Martianus imperator in concilio Calcedonensi ad synodum dixit. Sũt quædam certa capitula: quæ honorum respectu vestræ reseruauimus sanctirari. congruũ rati regulariter a vobis ista synodali disponi consilio: potius q̃ nostris legibus statui. & iubente sacratissimo & piissimo principe Beronicianus vir deuotissimus secretarius diuini consistorii: capitula ita relegit/& fuit primũ capitulum. Monachos/qui per singulas ciuitates sunt atq prouincias: subiici episcopo & quietem amplecti/ & attendere solo ieiunio & orationi. & hoc idem legitur per Henricum & Carolum reges simul cum certis episcopis Cõfluentiæ diœcesis Treuerensis in concilio existentes: de monachis statutum. Secundũ capitulum fuit. Q clerici non deberent se curis mundanarum rerum subiicere/possessiones conducere: & procuratores fieri. Tertium capitulũ. Q clerici in vno titulo permanere debent: & ibi ministrare vbi ab initio deputati sunt. Ista capitula fuerunt laudata/a sancta synodo recepta & decretata: licet prohdolor hodie non seruentur. Sic imperatores Theodosius & Valentinianus ad Ephesinũ concilium de Iba episcopo scripsisse leguntur. Imperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus victores ac triũphatores semp colendi augusti: sanctæ synodo Ephesinæ. Plurimæ relationes ab Edissenorum ciuitate Osdroenæ prouinciæ/cum monumentis quæ ibi sunt habita huc directæ sunt: in quibus infertur depositio plurimorum reuerendissimorum clericorum & religiosissimorum Archimandritum/& eorum qui in dignitatibus constituti sunt. & fere vniuersi eiusdem ciuitatis populi testimonium perhibent: contra Ibam Edissenæ vrbis episcopũ/de multa impietate atq blasphemia. Quia igitur tale scelus per vestrã corrigi consequens est sanctitatem (tãtorum enim testimonium discidere sanctum non est) dignetur igitur sanctitas vestra testimonia & gesta legere/ipsum amouere/ et alterum religiosum ibidem constituere. Si enim maiorũ præpositi vrbium orthodoxi fuerint: necessario & reliqui eorum magisteria sequentur. talia & consimilia secũdum temporis opportunitatem soliti fuere phortamẽta dare sacri imperatores: qd cedat nostro gloriosissimo Sigismundo/et eius successoribus in exemplum.

Capitula ab imperatore pposita i Calcedonẽsi cõcilio.

Primũ.

Secũdum.

Tertium.

Theodo. et Valen. imperatorũ rescripta.

Cap. XXII.

VLtimoquo ad hãc materiã scire debet imperialis celsitudo: q̧ statuta & definita per sacra cõcilia/omni modo curare debet vt seruẽtur/etiã p leges pœnas nõ seruãtibus infligẽdas. Vnde cũ inqsitione decẽti debet ĩ sacro cõcilio ingredi:an cõi cõcilio & consensu definita sint ea q̃ publicanẽ suæ maiestati. Piissimus enĩ Martianus lecta sibi fide in Calcedona/q̃ ĩ symbolũ redacta fuit ĩterrogauit: si oĩm cõsensu religiosorũ eporũ firmarẽtur lecta/ & habito respõso p synodũ q̧ sic/q̃ magnas etiã laudes dixit ĩpatori:ipse ĩparor legẽ apposuit sic dicẽdo. pia & catholica fides pro patrũ traditionibus a sancta est synodo demõstrata/iustũ pariter atq̧ vtile nostra probauit esse tranqllitas/omnẽ ĩ posterũ cõtẽtionis materiã de syncera religione prorsus auferre. Si qs igitur aut priuatus/aut militatis adhærẽs ĩpẽdiis siue clero sociatus publicã de fide contẽtionẽ faciat/seu vulgi pturbationẽ cõcitet: sciat q̧ q priuati cõditione notatus est a sacratissima vrbe pelletur/militans vero de sua militia/& clericus de suo gradu periclitabitur/etiã aliis subdẽdi suppliciis. Sancta synodus acclamauit multos annos principi Christiano: principẽ te p multos annos optamus. Similia adducere possem de multis gestis cõciliorũ. Sed piissimi Basilii dictũ quoniã notatu dignũ/sentẽtiosum/& memoria dignissimũ non potui nõ inserere: ita enim legitur in conclusione cõcilii octaui. Basilius piissimus & CHRISTO amabilis imperator: ad synodum dixit.

Cap. XXIII.

MVltam quidẽ vexationẽ/& laborẽ vestra diuinitus collecta pertulit sanctitas/ singulis vobis hincinde cõfluẽtibus ad felicissimã vrbẽ nostrã causa ecclesiasticæ ordinationis & cõstitutionis: pro qua etiã diuturnã in ea morã sustinuistis/ & pp̃ter quã multi & senectutẽ cõtẽpsistis & corporalẽ infirmitatẽ puipendistis/ & fortes facti eorũ quæ requiei nõ cõgruũt tolerastis/ & diuturnã separationẽ spiritualiũ filiorũ vestrorũ magnanimiter ptulistis. Sed ecce dolorũ & laborũ vestrorũ videris: q̃ sit finis suauis/& ecclesiæ dei pficuus. Nam cõmunis cõcursus/ & in spiritu sancto magnæ huius & vniuersalis synodi consensus/ omne scandalũ & offendiculũ e medio remouit ecclesiæ: huiusq̧ multi tẽporis pcellas cõpescuit/& ad lympidã tranquillitatẽ traduxit. Gratias ergo agimus dño patres venerabiles/de oĩbus bonis q̃ nobis a deo cõcessa sunt/& admittimus zelũ vestrũ q secũdũ deũ est: & optamus a munificẽtia magni dei/& rege vniuersitatis opulẽtam vobis retribui mercedẽ/ dolores vestros/& labores recõpẽsantẽ: pro qbus & trãqllitas nostra festinabit reficere ac animare vos/& omne desideriũ vestrũ ĩplere. In omni autẽ audẽtia expssa fateri: & hoc iustũ putauimus p cõmuni omniũ nostrũ munimine & sanctæ dei ecclesiæ pseuerãti tranquillitate pp̃ter eos q cõi inuidẽt felicitati. & vulnerãt qdã sagitta serpẽtis sup ecclesiastica ordinatione: cõgratulãtur aũt huius cõmotioni & æstui/ atq̧ delitias existimãt si viderint eã in tẽpestate fluctuãtẽ. Talibus ergo expsse hodie dicimus: quisquis habet aliqd aduersus hãc sanctã & vniuersalẽ synodũ dicẽdũ/vel cõtra huius canones aut terminũ/stet in medio & q̃ sibi videnẽ edicat siue epa sit/siue quisq̃ de ecclesiastico clero/siue laicus/aut ex iis q ciuilibus officiis mãcipatẽ existat: q̃q̃ nõ sit datũ istis secũdũ canonẽ dicẽdi qdq̃ penitus de ecclesiasticis causis. Opus enĩ hoc põtificũ & sacerdotũ est/sed ex abũdãti oĩe os iniquũ obstruere volẽtes/licẽtiã pstamus oĩbus vt q ĩ mẽte habet qd ãbiguũ de iis q̃ decreta sunt ab hac sancta synodo/ hoc in mediũ exhibeat & suscipiat satisfactiõis salubre remediũ. Nõ modicũ certamẽ certauimus/neq̧ labori cuilibet cessimus (vt & ipsi nobiscũ nostis) ad cõgregãdũ eos/ q a Roma & ab oriẽtis patriarchalibus sedibus cõuenerũt: quos cõducere multi qdẽ & ante nos conati sunt/ sed nullo modo valuerũt. non modicã vexationẽ & cõtritionẽ etiã deo amãtissimi sũ-

Basilii in cõcilio poratio.

mi sacerdotes sustinuerit/a lōge cōcurrētes ad sanctæ huius synodi tractatū. Qui er
go habet qd dicendū/dicat:dū hæc celebratur. Nā soluta sancta & vlī synodo q appa
ruerit ecclesiæ dei cōtradicēs/ aut nō cōicās ei/siue eps sit/siue absolute sacerdos/ siue
dignitate aliqua pditus/vel aliter cōuersat⁹:veniā ab impio nostro minime cōsequet
sed iuste cōdēnabitur/& a ciuitate nostra pelletur/vt corruptor & pestilens/ & mēbrū
putridū & inutile/& cōe corpus ecclesiæ violās. Vos autē amatores virtutū deo ami
cissimi/sūmi sacerdotes/q epali decorami dono/singuli cōmonete pptiū gregē & ad sa
lutē ducere ne pigritemi:demōstrātes quātū malū sit eos ecclesia dei manēte in tran
quillitate/ab illa dissilire/& cōtra eos q psunt aīabus suis insanire/ & a diuinis myste
riis ppter irrationabiles & viles occasiones/sese coercere. Et qdē subiectū vobis gregē
per vnūquēq diē dnicū verbis doctrinæ cōfirmātes:ad diuinatū volūtatū dirigite p
fectionē. Eos vero qui errore hæreseos cuiusq̄ detinētur: tāq̄ pastores boni cōuertite.
Nouerit enī virtutibus plena pfectio vestra:q si notū fuerit vobis hæresis qcūq ī p
uincia cuiusq̄ vestrū latitās/nō p assiduā doctrinā radicitus euellatur/ & oēs ad ortho
doxā fidē manuducātur canonice:huiusmodi eps a pprio patriarcha cōdēnabitur. &
sacris qdē doctrinis atq ab abominationibus alienis:taliter sacratissimus grex vr per
pascua salutari pascatur. Ipsi aūt in alterutrū pacifici estote & ecclesiæ vinculū ī disru
ptū cōseruate. in quo laborastis & cōcordastis/qdq verbo & manu in psenti sancta &
vlī synodo cōfirmastis:ne p cōtētionē & ptinaciā mutuā/ disruptionē rursus cōis ec
clesiæ corporis faciatis/ & nō habeatis veniā ī die iustissimæ retributiōis. sed amicitia
vestra & cōsensus sit ad ordinationē totius orbis districtissima norma. vnde vos cōrē
plātur subditi quēadmodū ptores:ad principalia/& ad vitā vestrā & mores seu cōuer
sationē moderari pbātur. Sed & q ī clero deputati estis ecclesiæ dei:eādē cōseruate cō
stitutionē & alternā cōcordiā in nullo declinātes/ vel pter quç sancita sunt spiritu san
cto ab hac magna & vniuersali synodo pdicātes. Nā & ipsi in oībus conuenistis: & sole
clarius veritatē resplēdere vidistis/ in quā et cōsensistis/& cōcordāres apparuistis. De
vobis aūt laicis tā q in dignitatibus q̄ q absolute cōuersamini qd amplius dicā nō ha
beo:q̄ q nullo modo vobis licet de ecclesiasticis causis sermonē mouere / neq penitus
resistere integritati ecclesiæ & vlī synodo aduersari. Hæc enī inuestigare & qrere pa
triarcharū/pōtificū/& sacerdotū est:q regiminis officiū sortiti sunt/q sanctificādi/qui
soluēdi & ligādi potestatē habēt/q ecclesiasticas & cœlestes adepti sunt claues. Nō no
strū:q pasci debemus/qui sanctificari/q ligari vel a ligamēto solui egemus. Quātacūq
Laic⁹ sem per ouis nō pastor.
enī religionis & sapiētiæ laicus existat/vel etiā si vniuersa virtute interius polleat/do
nec laicus est:ouis vocari non desinet. Rursus eps quātacūq sit irreuerētia plenus &
nudus omni virtute/donec antistes est & veritatis verbum recte prædicauerit:pasto
ris vocationis & dignitatis damna non patietur. Quæ ergo nobis ratio est in ordine
ouiū constitutis/pastores verborum subtilitatem discutiēdi/ & ea quæ super nos sunt
quærendi et ambiendi habent. Oportet nos ergo cum timore et fide syncera hos au
dire/et facies eorum vereri:cum sint ministri domini omnipotentis/et huius formam
possideant/et nihil amplius q̄ ea quæ nostri ordinis sunt requirere. Nunc autē (vt vi
demus) adeo multos malitia in insaniā accendit:vt obliuiscētes pprii ordinis/et q pe
des sint minime cogitantes/legē ponere velint oculis non vt natura se habet/sicut ipsi
cupiūt/et singuli ad accusandū quidē maiores semp existūt promptissimi/ ad corrigē
dum autem ea in quibus accusantur et criminantur pigerrimi. et moneo et exhortor
omnes qui tales sunt:vt maledictum et alternū odium auertentes/et iudicare iudices
desinentes/attendāt sibi et secundū diuinā voluntatē cōuersari cōtēdant. Nā nō quie

scet supnũ iudiciũ: sed cõtra diffidentes diuinus furor stillabit/ et iustã vltionẽ opere
cũctis ostẽdet. Otamus autẽ sup oĩa sanctũ dñm oẽs melioratos/et secundũ beneplacẽ
tem ei voluntatẽ clarescẽtes: nõ solũ a diuina ira intẽtatos mãsuros/sed et æterna bo-
na cõsecututos/ oronibus et intercessionibus sanctissimæ dñæ nostræ dei genitricis/
et oĩm sanctorum/et precibus/et obsecrationibus sanctæ huius et vniuersalis synodi.
Amẽ. Et post lectionẽ Basilius amicus CHRISTI/et magnus impator dixit. dicat nũc
quicũqȝ voluerit ex sedẽtibus in hac sancta et vniuersali synodo: in quo istorũ hęsitet/
vel ambigat quæ nũc lecta sunt. Sancta synodus exclamauit/oĩbus placẽt q̃ lecta sunt.
oẽs eisdẽ ipsis cõcordamus, omnes libenter subscribimus. Ecce formã piissimi Basilii:
quã noster oĩ clementia refertus alter Basilius/et qsqȝ catholicus impator acceptet: vt
sic præcedẽti/clara/pracuia cognitione approbationũ/ore et manu oĩm: q synodo in-
terfuit/subiũgat approbatoriũ et cõfirmatoriũ sigillũ cũ sanctiõe pœnali et coercẽia:
et dictata seruent et venerent. Debet etiã ipe cois oĩm pater cũctos admonere etiã sa-
cerdotes: vt qsqȝ officio suo satisfficiat/et altissimo vota psoluat. et maxime ad hoc at-
tendere: vt p pprios veros/et nõ mercenarios pastores grex et CHRISTI mẽbra salu
briter pascant. et maxime debet oĩbus paternã curã adhibere/et p pietatis viã oberrã
tes ad viã iustã reducere/oĩbus possibilibus modis. hõ enim aĩal est nobile: quod poti⁹
vult duci q̃ trahi. et oẽ ferox aĩal placat amica manus. vnde vt hanc sollertiã p exem-
plũ dulcissimi Basilii ostẽdamus/epanagnosticon sermonẽ: quã in ipa synodo ad ipos
episcopos cum Phocio inuasore sedis Constantinopolitanæ schisma facientes: q ple-
nus omni suauitate et doctrina existit/subiungamus.

¶ Ex actione sexta octaui vniuersalis concilii epanagnosticum in dis-
sensione schismaticorum. Cap. XIIII.

MVltæ qdem coẽs passiones sunt: quas pcedentibus diebus audiẽs & intuens a
deo puectũ imperiũ nrm lugere et cõtristari opæpretiũ duxit. præcipuũ aũt
malũ et calamitatũ arx/est ecclĩæ tẽpestas/malignus aspirãtis aduersus eam
diaboli turbo/pacis expulsio/et veteris ordinis dissolutio/ausus irruẽdi iunioris in se
niorẽ/et ĩhonorati aduers⁹ honorabilẽ/ac oĩmoda subuersio stat⁹ ecclĩastici: apd exte-
riores qdẽ in cõciliis iustitia cõuersante/apud ecclesiam iniustitia fiducialiter agente.
Amor prĩcipatus/ac amor priuatus/atqȝ nullius seueritatis pptet hęc reputatio: nec-
nõ cõtra spiritualẽ prẽm rabies et insania. Hæc sunt quæ meã obtinebãt et turbabant
aĩam/et tanq̃ nubes crassa obtenebrabãt aĩm/ac oculos cogebant fontes mihi lachry-
marũ largiri: et diuinitatẽ in auxiliũ et solutionẽ existẽtis mœroris inuocabã. et opus
erat mihi ac cogitatio/ si forte possem in primis de ecclesiastica curã gerere vnitate:
qđ et factũ est/et in effectũ deuenit/quẽadmodũ et vos oẽs nostis quotquot ad sacrum
hoc cõuenistis collegiũ. aliud enĩ impiĩ quod sub me est dimittẽs/ ad id solũ ĩ exordiis
acceleraui: et secundũ vtriusqȝ dissidentiũ ptis petitionẽ/et priscã ecclesiasticã tradi-
tionẽ pspiciendi cã/ etiã iudices eorũ quæ in ecclesia nostra gesta sunt ex reliquis pa-
triarchalibus thronis/collegi. rẽ pficiẽs coopatione sancti spũs: quũ multi qdem ante
nos impantiũ videre desiderauerũt. ex æquo autẽ oẽs minime cõsecuti sunt: et quot-
quot ptinent ad ecclesiasticã vnitatẽ ac ordinationẽ oĩa a me sollerter pacta sunt/ quũ
in nullo penit⁹ impiali manu ac potẽtia/ vt quidã/puũ vel magnũ effecerim. neqȝ enĩ
vt sacratissimus patriarcha ad ppriũ regrederetur thronũ imperii mei opus vel ex-
cogitatio facta est: sed multũ ante sanctissimus et beatissimus papa Nicolaus quæ cir-
ca illum erãt certissime discẽs: synodice decreuit reddi ei ius pprii throni/et anathe-
ma cũ tota sancta Romanorũ ecclĩa pnũtiauit cõtra resistẽtes hmõi decreto atqȝ sub.

Epanagnosticon.

Hoc autẽ nos olim sciẽtes et pauẽtes iudiciũ anathematis ꝓmulgari / obsecũdare syn
odico iudicio Romanæ ecclīæ necessariũ duximus: et huius rei gr̃a reddidimus ei ꝓ
priũ thronũ. verũ nõ modo Romanæ / sed ad orientẽ solem sitarũ sediũ ꝓuidẽtia me-
liori / vicarii ꝑuenerũt: nihil deinceps vel impedire / vel aduersari / aut fauere vtriq; pti
iustissimo impio nr̃o cõsensu to. Cuius rei gr̃a in nullo synodico iudicio inueniri vo-
luit / multorũ garrulitates recidẽs: ne qs diceret q; imꝑialis manus et gladii et ꝓtecto
res / ac mũdanus potẽtatus cõciliũ subadulterauerit. Vnũ solũ nobis desideriũ / et ad
p̃fatos iudices / postq̃ illos vidimus / supplicatio fuit: ne queq̃ ꝑmitterent depetire / vel
ab ecclesia dei quenq̃ (si fieri posset) ꝑici. hoc solũ est nr̃m si voluerit qs noĩate crimi-
na: alia vero oĩa canonibus / et his q̃bus imperiũ synodi creditũ est / tradidimus / mul-
tũ ꝓ præsenti iudicio cõiurantes et cõdẽnantes / id est condemnationẽ imꝑcantes / nil
ad gr̃am vel ꝓ odium decernendũ. humane autẽ magis circa eos qui ceciderant affe-
ctandũ: quos non ꝓprie tantũ / sed et cõmuniter hodie oĩbus videntibus deprecamur /
manũ iis qui cõpassione opus habẽt porrigere / et vnã ecclīam celebrantiũ festiuitatẽ
ꝑficere. Ita p̃res spirituales et veritatis defensores / q figurari secũdũ chrisma Aaron /
et secundũ zelũ Finees / ac secundũ iudiciũ Salomonis: regrite ouem quę perierat. cõ-
uertite quæ errauerat. sup humerũ tollite solitariã / et cõpassionis vinculis alligate. q̃
vlcerata est emplastro cõdescẽsionis sanate. quę extranea et abiecta est a spirituali mã
dra: nonagintanouẽ ouibus dispensationis more cõiungite. relinquite memoriã sem-
piternã posterioribus gn̄ationibus cõpassionis vestræ ad imitationẽ CHRISTI. Et
vos quoq; q curationis indigetis / ac medela opus habetis / pretiosa mẽbra CHRISTI /
et si nescio quõ a malo dæmone detenti / estis separati a capite. Vitis vera quæ ꝓpter
cõtentionẽ importunã / immo vero iniustã / in amaritudinẽ cõuersa es. amici et ꝓximi
nr̃i et si ꝓter odiũ irreuocabile ex aduerso appropiquãtes et stãtes ac veritatẽ respuẽ
tes / suscipite admonitionis sermonẽ: nõ autẽ confundor dicere etiã / depcationis. in id
enim nos adduxit misericordia: quã circa vos habemus. Scrutamini intima cõsciẽtię
vestræ / et inuenietis male vos ab ecclesia esse disiũctos. nouissima hora est / et iudex prę
foribus est fratres: ne præoccupemur ab eius ecclesia sequestrati / et longe ab eius glo-
ria ꝑficiamur. nihil turpe ducamus / passionẽ manifestare / et vulnus ostẽdere: ac locũ
pœnitentiæ et medicinæ requirere / atq; intra atriũ saluantiũ fieri / ne cõfusionẽ obe-
dientiã arbitrãdo / confusionis æternæ sumamus expimentũ. Qualis autẽ est confusio
fratres / ꝓcidere deo et veniã expetere: deo enim ꝓcidũt: q ecclesiæ et spiritualibꝰ istis
patribus ꝓcidũt. Cõfusio qdẽ reuera est et maximus pudor / immo vero in deũ dimi-
catio: nolle vnũquenq; ꝓpriũ confiteri peccatũ / et humiliari ꝓpter CHRISTVM / ac
lucrari / et se / et multos. Si autẽ omnino hoc cõfusionẽ arbitramini: ego cui impii sup-
posita est corona / forma vobis efficiar huius optimæ humilitatis. ego q imꝑitus et in-
sipiens sum / bonũ initiũ ero vobis: q sapiẽtes estis et sciẽtia clari. ego q in peccatis vo-
lutatus sum / primus vobis typus fiam: q mũdi estis et virtuti opam datis. ego primꝰ
memet sup pauimentũ ꝓiicio / purpurã et diadema ꝑspẽdẽs. ascẽdite ad genas meas:
et ꝑ oculos meos incedite. nec reputetis magnũ / impatoris calcare scapulas: neq; ve-
reamini pedibus tãgere verticẽ / cui supimponit a deo donata corona. omnia pati ꝓm
ptũ habeo / et agere ꝓmptius: quæ vobis qdem cõfusionẽ / mihi autẽ gloriã et maximã
claritatẽ cõferre vident. Neq; eñ in hoc curã gero glĩæ meæ: tantũ vt videã cõmunẽ
vnitatem / et vnã ecclesiam festiuitatẽ celebrantiũ / tantũ ne aĩæ detrimentũ patiat / et
gaudeat sup me ille oĩm inimicus diabolus / captiuũ sumẽs qđ mihi desiderãdũ est. tã-
tũ spei meę lampas insperate nõ extinguat: ꝑ quã festinabã cõmuni illustrari lætitia /

ſimul et gaudio. Neſcio qd erat ſatagendũ et efficiendũ/et nõ feci: vel quos ꝑponen-
dos admonitionis et deprecarionis ſermones/et nõ ꝓpoſui/vos ergo videbitis. inno-
cens enim ſum a ꝑditione veſtra. Si vero et ad magnũ et horrendũ illud iudiciũ futu
ræ diei nos remittitis/quaſi ꝓ vobis rationẽ daturos: noſcite quia bene noui/ꝙ nullus
vobis iuſtitiæ ſermo/ſiue hic adeſt/ſiue illic aderit/niſi quantũ in hac cõtrouerſia in-
uentũ extiterit. verũ ſi vultis et ante illud iudiciũ cõſcientiæ veſtræ interrogare iu-
diciũ: diſcetis nihil amplius q̃ qđ ab imperio noſtro dicit̃. Deponite igit̃ cõtentionẽ
fratres/et reſumite amorẽ fraternitatis: fugite diſſenſionẽ/et vnitatẽ amplectimini.
odiũ auertite/et dilectionẽ in ſinũ recipite. ſtate cũ ꝓbabilibus: et capite cõpingimi-
ni. recipite per parẽtiã diuinæ cõmunionis gratiam: et nihil ob ſecularia ſitis ſolliciti.
Sũt enim apud cõpatiẽtiſſimũ imperiũ noſtrũ ſuſceptionũ modi diuerſi: ꝑ quos vos
cõſolabimur/et inceſſanter/quæ ſecundũ ſæculũ vobis opportuna fuerint/faciemus.
Rurſuſq; multimode decertabimus obſecrãtes/rogãtes/ et omne ingenium mouẽtes
ad ſpirituales pr̃es veſtros et patriarchas: vt diſpẽſent q̃dam eorũ q̃ inſunt aĩo vr̃o/
tantũ ne temere cõtra ſalutẽ vr̃am agatis. nõ eñ eſt temp⁹ ad pœnitẽtiã et receptio
nẽ præſenti acceptius, q nanq; hodie ligare et ſoluere eccl̃iæ negocia poſſunt: præſto
ſunt. dimittite importune tp̃s explorare/et rerũ immutationẽ expectare: quę etſi fiat
aliquãdo/nihil vobis cõferet. etenĩ etſi alia tp̃s immutauerit: hoc cõmouere nõ pote
rit. Nã ſi actio vnius viri veſtri nil rõnabile habentis/cũ tota erronea eſſet/rãtũ æſtũ
opata ẽ/vt huic vix ac difficile diſſoluere querimus actionẽ: dic mihi/et iudiciũ qua-
tuor p̃riatchaliũ ſediũ qs diſſoluere poterit/ad quẽ eñ fugietis/ſolutionẽ obligamẽti
petentes/ad Ro. p̃ſulẽ/ſed ſinetenus vos cõdemnauit. ad Antiochenũ/ ſed conſenta-
neus Romano et cõſonus factus eſt. ad Hieroſolymitanũ vel Alexandrinũ/ ſed et illi
vr̃æ dãnationi cõſenriũt. ac ſi et thronũ aliquãdo Cõſtantinopolitanũ/ille q̃ cuncta
violat vobis cõmiſceat/et ꝑ voſmetipſos cõuenire volueritis: qs vos ſequetur/vel quõ
aperire oculos et aſpicere quẽpiã poteritis impugnati ab oĩbus ſacerdotibus ac pa-
triarchalibus ſedibus/Ne ergo fratres ipſi vos decipiẽtes tp̃s ſalutis vr̃æ ꝑdatis(neq;
eñ tale inuenietis aliquãdo)ſed importunas cõtentiones et obſtinationes deſerẽtes/
cõmuni medelæ occurrite/et medicinæ remediũ ſumite/ac adhærete ſpirituali capi-
ti nr̃o/et eccl̃iæ dei cõmunicatores eſtote: vt et crimine exuamini/ et deũ ꝓpitiũ ha-
beatis/ac etiã lętificetis/impiumq; nr̃m exaltare/ac ſpiritualiter feſtiuitatẽ celebrare
faciatis/atq; Rempub. vniuerſam gaudio maximo et tripudio repleatis/ necnon et in
cõi oẽs benedicamus ꝑiter dño gl̃iæ noſtræ/ac principi pacis/ et auctori diſpſa cõgre
ganti et bene coaptanti/interceſſionibus ſanctiſſimæ dñæ nr̃æ dei genitricis/deũ vi-
dentiũ angelorũ/et oĩm ſanctorũ Amen. Poſt lectionẽ vero aſcendẽs Theodorus a ſe-
cretis vicariorũ ſenioris Romæ: legit. Ecce quõ ſuauiſſimus et Chriſtianiſſimus im-
pator diuinitus ſibi cõceſſo impio/nõ vult petire vnã ouẽ a CHRISTO ſibi ad cuſto
diã creditã: tranſſerens oẽ exiliũ/oẽm tribulationẽ/et oẽm anguſtiã in admonitionẽ
et precẽ. Ecce qua humanitate vti debet impator/et cũ diligẽtia curare debet: ne pa-
dat etiã vnã ſibi creditã ouẽ. Vtere o ſucceſſor Baſilii Sigiſmũde piiſſime tua cõna-
ta clementia: et huius iã lecti formã/tuo prædulci eloquio(vt ſoles) applica. attrahe Exhortat̃
itaq; prece ac oĩ humanitate eos q exciderunt a ſalutis via: maxime inclyti regni tui Sigiſmũdũ
Bohemiæ incolas/et tibi ſerui/et epanagnoſticon iſtud de verbo ad verbũ ꝑ oĩa põde
ra. Quanto ſtudio priſci ſancti impatores fidei orthodoxæ augmentũ maxima cura
præſtiterũt: nõ ſit tua minor in cõſeruãdis dudũ eccl̃iæ incorporatis. fiant poſſibilia
oĩa ꝑ pietatis et clemẽtiæ vias. dũ hoc CHRISTVS eccleſiæ ſpõſus viderit: dabit ſi

ne dubio charitatiuæ imprecationi mirandũ effectũ. dũ enĩ ea quæ ipa humilitas de
poscit ordinate fiunt: victoria bellica nũq̃ deficiet. nõ poterũt ptinaces/elati/diaboli-
ci: armatis CHRISTI charitate ac humilitate/et eius solum honorẽ quærẽtibus ob-
esse. Age Christianissime princeps: vt medio huius sacri cõcilii p tua dulcissima pla-
catoria suasa/crudelis feritas eorũ mansuescat. et tũc (etsi nõ poterit spũs dñi repẽte
infundi) tractabiles effecti/dietim ex quotidiana cõmunione ipsorũ et Christifideliũ
reuertent ad cor: et demũ videbũt se stultos in eo/q̃ ppriæ prudẽtiæ innitẽtes/se cõ-
tra cõem catholicorũ sententiã supbe erexerũt. Oportet aũt hanc rẽ maxima diligẽ-
tia/et indefesse infinitis mediis tractare: vt demũ vincat ille nephãdus sathan/q posse-
ssa aliquãdiu ipsorũ corda nõ facile deserit. Habes tu princeps/supnũ/admirandũq
donũ instar tui typũ gerentis Basilii: vt schismata quæq ad vnitatẽ nõ sine pfundis-
sima prudẽtia et fatigationibus/tediisq multis reducas. hoc Cõstantiæ dũ in põtifi-
cibus Romanis cõtentio schismatica inoleuit: egit tua regalis sapiẽtia/qđ Basilius in
patriarchis Cõstantinopolitanis Phocio et Ignatio aduersariis/Cõstantinopolitana
octaua synodo egit. Hoc insup in hoc sacratissimo Basiliensi cõcilio studuisti/nõ absq
grauissimis laboribus ad vnitatẽ reducere inter mẽbra ecclesiæ/et caput nrm Euge-
niũ Romanũ sanctissimũ papã: qđ ipe Basilius inter se Ignatio in cõcilio alio Cõstan
tinopolitano opponẽtes/subiectos epos pfecit. Nũc restat vt alios q supsunt in regno
tuo Bohemiæ inclyto et florẽti/paucis ante hoc annis p reductionẽ pficias: qđ idem
ipe Basilius de ipsis iconomachis et imagines CHRISTI et sanctorũ destruentibus/
et earũ venerationẽ dãnantibus/quorũ multi Bohemi sectatores existũt/laudabiliter
adimpleuit. non absq diuina ordinatione hoc tpe ecclesiæ tẽpestati multũ illi tpi dũ
Basilius impio præesset æqualis p salute præfectus es: vt tu eiusdẽ vestigia insequẽs
idẽ qđ ipse deo inspirãte pageres. Sed vacua est exhortatio currẽti vt currat. multo
plus te natura sagax ac religiosus cult⁹ ad hæc sancta opa sollicitat/q̃ extranea quæ-
cunq etiam eruditissima suasio. ideo non amplius fatigandus es verbis imperator
optime: vt operi vaces.

Cap. XXV.

ESset hoc loco late tractandũ iuxta præmissa de impiali cõcilio: in quo impia-
lia illa quæ ad regimẽ bonũ Reipu. spectãt/maturo/digesto cõcilio ex omni
elicito cõsensu in leges redigi debetẽt. sed quia vlis synodus sacerdotũ se p
prie ad modũ huius habet: cuius iã supius et qualitatũ statũ oĩm descriptionẽ pmisi
Cõcilium impiale. mus/ideo facile nos expediemus. ¶ Scimus impatorẽ caput et primũ oĩm: apud quẽ ẽ
impialis iussio de cõgregãdis/subditis regibus/et principibus. ii vero q vt mẽbra ad
ipm caput cõcurrere habẽt: in hoc vniuersali impiali cõcilio sunt principales psides
puncia tũ/suas puincias repræsentãtes/ac etiã vniuersitatũ magnatũ rectores et ma
Illustres. gistri: et illi q e senatorio gradu q sacer cõuentus appellat/existũt. qm vel illustres q
Expectabiles. primi ad latus principis/et ps corpis eius sunt. vi. q. i. §. si quis. vel spectabiles q me-
dii. vel clarissimi q infimi. vltra quos gradus inter senatorũ coetũ nullus inueniebat.
Clarissimi ii. q. vi. anteriorũ. §. illud etiã. de quorũ officiis p ordinẽ in libro digestorũ. Primi or-
Tres principũ ordines. dines sunt reges et electores impii ac patricii. Secũdi sunt duces/præsides/præfecti/
et hmõi. Tertii marchiones/et lantgrauii: et siles. Oẽs illi q cæteris eminẽt/et impio
plus approximant: corpus impale cuius caput est ipe cæsar/cõstituũt. et dũ simul cõ-
ueniũt in vno cõpendio/repræsentatiuo: totũ imperiũ collectũ est. vt hoc pbat. l. in. §
siquis cũ militibus. vi. q. i. canonizata. vt habet ad. l. iul. maie. C. l. qsqs. & textus octaui
cõcilii positus supra in. xvii. cap. vbi dicit/quũ principes p suis causis frequẽter con-
uentus agãt. et quia p confessum vlia decreta oportet p salute impii tractare/ac etiã

in eū finem/vt lex gñalis nō obsit parti impii:vt de hoc vera notitia habeat. præfati
pro principes et cæteri fidelissimi iurati cōuenientes/singula ad cōsultandū tpi et lo-
co opportuna/ex sciētia clara poterūt cūctis manifestare: et tunc sic digesto concilio
cōclusa/summa custodia recipient. Reperi ego in libris antiquis quædā impialia cō-
cilia vniuersalia celebrata:in qbus se principes post impatorē ,ppria manu ,ppetua fir-
mitate subscripsere/ad modū vt in ecclesiasticis synodis fieri solitū est. Cōciliū etiam
Dagoberti regis Coloniæ cū xxiiii.principibus habitū legi: in quo multa necessaria
et ,p cōseruanda iustitia et pace optima dictata/oīm consensu fuere. Leges etiā Caroli
Magni/quæ cōsultu fideliū statuebant:vt ,pbat rex.xi.q.i.qcunq.§. volumus. et Hil-
deberti ac aliorū vniuersale illud cōciliū examinauit/coadunauit/ et iuxta opportu-
nitatē correxit et addidit:dans distinctis impii nostri locis/distinctas obseruationes.

Dagoberti concilium.

Alemānis qdē alias q̄ Baiouariis:quos hodie Bauaros noīamus. Riboariis/etiā Bur-
gundionibus et Longobardis alias:et alias edidit leges(quas salicas dixit) ,p Saxonū

Lex Salica.

et illarū regionū populis. has ego vidi seriatim oēs collectas: et expertus sum multas
de illis/et maxime potiores in vulgari vsu ex antiqua introductione cum suis formis
maxime in iudiciis ruralibus/potius q̄ in oppidis et ciuitatibus/ ,ppter forte supue-
nientia statuta municipalia haberi. Talia cōcilia q cōuētus nūcupant:omni anno aut
bis/aut semel lego antiquos reges ,p bono publico celebrasse in diuersis impii ciuita-
tibus:et in illis punitiones strictissimæ factę sunt in turbantes pacē et leges publicas/
et maxime in periuris et fidē nō seruātibus. et timore horū cōuentuū ad quos ex iura-
mēto impii præstito vocati venire tenebant/diffidationes pticulares/rapinæ/ et in-
cēdia nō cōmittebant. Nullus illud iudiciū illius coetus/aut vitare/aut recusare po-
tuit. et sentētias ibi latas impator cū coetu/militari manu/in nō obedientes/executio-
ni demādauit. Substātialia mēbra illius cōcilii sunt illi/q principes impii noīantur:si-
ue illi sint epi/siue laici/siue abbates. Alii vero de hoc cōcilio: nisi vocati pticulariter
nō fuere. In fine cuiuslibet cōuētus/rebus expeditis:alteri futuræ cōgregationi tpus
et locus præfigebat. erat nihilominus semp in imparoris potestate locū et tps præue-
nire:occurrentibus causis. Nulla vnq̄ ordinario melior et vtilior vniuersæ ,pfuit ec-
clesiæ:nō hoībus sub impio tantū degentibus. cōfluebāt Romani pōtificis legati pro
causis ecclīæ. aliorū regū ,p suis regni arduis negociis instātibus/ et salutari concilio
cunctis necessitatibus publicis succurrebat. Credo nullā rem regimini publico plus
vtilitatis afferre posse:q̄ introductionē illius sanctæ obseruationis. et ꝙ cōmuni cō-
cilio sic dictanda ,p summa firmitate subscriberent/aut signarent aliqua cruce/manu
,ppria cuiuscunq q interesset/vt fieri solitū fuit:hac lege/vt si quis vnq̄ cōtra legem
manu ,ppria subscriptā aut signatā temere venire tentauerit/a fama cadat/ et ꝙ om-
ni honore tanq̄ in seipm et ,ppriā fidē mēdacissimus/eo ipso priuatus existat. Hęc fuit
antiquorū obseruatio:quæ illis patere poterit q gesta regū et impatorum/ac præfata
statuta eorū in cōuentibus absq tædio plustrauerint. Nō insisto de illius cōuētus or-
dinatione ad longū dicēdo. est eñ quo ad ordinē sediū electorū ,p pissimæ memoriæ
Carolum quartū/ac eius auream bullam prouisum in Metensi conuentu. Sciunt cæ-
teri principes iuxta dignitatem et senium/loca sua. dum vero assunt principes:fide-
litatis iuramento ad ea quæ imperio et Reipublicę meliora/ac in currenti casu secū-
dum conscientiæ iudicium/omni sinistra affectione semota prospexerint interroga-
ti:libere quisq et intrepide palam edicere. Hæc et alia ex superioribus in argumen-
to similitudinis patescunt.

Vtilitas cōciliorū principalium.

Cap.XXVI.

VLtimũ mẽbrũ huius partis est inter cũcta difficillimũ:habẽs inuestigationes in experientiis potius q̃ literatura simplici fundatas. Cuius partitio prima versatur circa sacri ĩperii statũ florentis tẽpore:vt sic hoc cognito excessus hodiernus & gradus ipsius lapsus:ꝓpẽdi possint. Post hæc oportet remedia sanatiua ex ĩgenii discursu adiutorio pricipali ex priscis gestis sumpto elicere/& ipsa aperite: saltẽ vt ceteris meliora p cõsequẽtias illatiuas ꝑquirãtur gradatim. Primũ mẽbrũ est iis notũ: q actus studiosos impatorũ/q ex hac inclyta Germania gubernaculorũ imperia traxere nouerũt. & ne ad remotissimos primos maximos impatores orbis necesse habeamus recurrere/quoniã reductio reformatiua nõ poterit ꝑ nunc ad talẽ statũ pertingere:missos eos faciamus, & ab Othone primo initiũ sumẽtes, cui iter cũctos vnq̃ impatores primũ vera supma absq; diminutione & conditione impialis potestas p se et suis successorib⁹ tã a senatu Romano & toto poplo/q̃ a papa cũ sua synodo tradita legitur. tũc enĩ intãtũ cõquassatũ fuit occidẽtale impiũ variis tyrãnicæ ipm inuadẽtibus:ꝙ nõ nisi hoc pacto ꝑpetuitaris impii & restitutionis omniũ donatorũ ecclesiæ/ etiã ipm pure oblatũ acceptare nollet. factis itaq; his oĩbus, ad votũ Othonis dietim oĩa dominia diuino adiutorio deuenerũt sub sua potestate scilicet regnũ Italiæ/ & Lõgobardorũ/regnũ Burgundionũ/habito prius Germanorũ regno cuius primus rex pater eius Henricus legitur fuisse. Voluĩt autẽ qdã Othonẽ secũdũ ex secunda vxore Othonis filia regis Burgũdiæ natũ/ad possessionẽ illius Burgũdionũ regni hæreditatio iure deuenisse:verũtamẽ ꝓposito nostro sufficit scire ex illis regnis ac dominiis prætactis impiũ nostrũ collectũ/in quo summa fides & cõstantia seruata legitur, etiã catholicæ fidei Hũgari/Bohemi/Dani/Noruegi/Sarmatæ/Prussi/& cæteræ magnæ prouinciæ:post hæc tẽpora nostris impantibus subiectæ reperiũtur. Summa enĩ oĩm impantiũ cura ĩ custodia fidei fuit/& eius augmẽto. Regebatur aũt impiũ impatiue: quoniã vox impialis potẽtia & vigore armabatur. nõ erat lex quã ĩpune etiã maxim⁹ trãsire posset. Nisi enĩ lex cẽsurã & pungitiuã acutiem retineat:obtũditur/& in dissuetudinẽ abit. Oportet enĩ ꝙ appetitus noxius freno legis teneatur: & intra suos terminos limitetur. Lex sine coerctione cẽsurã non habẽs/vitã ꝑdidit:nec lex dici meret. sicut nec mortuus homo:homo. tũc qdẽ vigebãt leges & timebãtur impialia statuta: et vt seueritas legũ cõtinuo vsu fortificaretur/ annui & maximi principum cõuẽtus indicti fuere. In qbus nullus quãtæcũq; potẽtiæ legis transgressor ĩpunitus abscessit. oportebat qdẽ nõ impialẽ tãtũ/ sed omniũ principũ ĩmo parẽtũ & amicissimorũ sententiã æquanimiter tolerare, nõ poterat quisq̃ in conuẽtu ob iusiurandũ impio pstitũ statutã legẽ interrogatus nõ approbare & nõ laudare:& p eã occurrẽtẽ casum etiam cõtra filiũ nõ iudicare, sed erat necessariũ secũdũ legẽ vnã omniũ sententiã & ꝓferri/ et executioni mandari. Sic absq; ptialitate ex cõmuni concordia legalis sanctio censuram obtinuit. nec poterat sua libertate quisq̃ eandem impune transgredi. Ex hoc pax cõmunis & patria felix.

Otho primus impator certissimus.

Quę regna ad imperiũ redacta.

Imperii prisca maiestas.

Lex vera.

Legis imperialis obseruatio.

Cap. XXVII.

SVbsequẽter Otho secũdus vnico gaudẽs filio & multis regnis/cogitans difficile fore absq; maximo labore tot regna in pace aliquãdiu seruari posse/ insequẽs vestigia aui sui Henrici primi & Othonis patris:suũ cogitatũ ad res ecclesiasticas appulit ĩcõsiderãs multa iã religiosis locis ꝑpteritos reges donata summa pace gaudere. quia verecũdũ erat deo dicatis vim inferre/animo põderauit ordinationẽ sanctæ synodi Romanæ ecclesiæ: de qua. lxiii. di. in synodo (per quã perpetua dabatur potestas impatoribus & Romanũ pontificẽ/& cũctos sub impio epos ĩuestiendi/vel saltẽ eorũ consensum semꝑ concurrere debere/celebrata canonica electione/vt

Otho secũdus.

lxiii.di.nos sanctorũ. Vnde hoc põderans credidit perpetuis tẽporibus impio subiectis pacẽ dari posse: si tẽporalia dominia tã Romanæ ecclesiæ q̃ aliis adiũgerẽtur / cũ certi seruitii obseruatione. tunc enĩ cultus diuinus augmẽtaretur. & religionẽ in magnã reuerẽtiã exaltãdã credidit: quãdo sanctissimi episcopi magnæ potẽtiæ aliis principibus intermiscerẽtur. Nõ posset tũc sua quisq; volũtate in peccatis vti / nulla publica ꝓpabar vnq̃ peccata raptorũ & depopulatorũ agrorũ / & cõmunẽ pacẽ turbãtiũ incendiariorũ & cõsimiliũ posse nutriri: ecclesiastica sacra potestate potẽti & valenti resistẽte. Etiã ꝑdones aut pauperũ deꝑssores / qui ꝑticulari regimini ꝑessent: sic corrigi posse existimabat. vt sic absq; tyrãnica oppssione: populus in libertate viuere posset. Imperio etiã tranquillissimo nõ dubitabat hanc ordinationẽ vtilissimã: quãdo per annua seruitia / ac ꝑstimonias cuilibet ecclesiæ iuxta quãtitatẽ temporalium indictas / status imperialis manuteneretur / ac etiã maior multo imperii potẽtia ex hoc appareret / ꝙ illis omnibus dominiis ita ecclesiis traditis nullus nisi p imperiũ / & absq; successione ꝓfici posset / immo & deponi / si nõ sancte & canonice viueret / quando ad imperatoris aut synodi accusationẽ episcoporum aliorum cognitio interueniret. Et ita parũ videbantur illa temporalia ab imperialibus abscedere: quæ semper in eius potestate hoc ordine cum magno cõmodo reipublicæ permanebãt.

Ecclesiasticis cur data secularis potestas. & q̃renus.

Cap. XXVIII.

ORdinabãtur etiã tũc principes / duces / & comites / constitui debere: tanq̃ officia publica impiali iussione habẽtes ad nutũ remouibilia: rationẽ sui ministerii ærario publico reddẽtes. Post hæc quia senatorũ filii licet equestres primo forẽt / tamẽ ad senatũ demũ ꝑueniebãt: introductũ fuit vt parentibus rite in officio se habentibus / filii eodẽ officio nõ priuarẽtur / ad illũ finem vt patres minus auaritiæ studerent / habentes de successione in officio certitudinem / & etiã vt eorũ subiecti minus tunc grauarẽtur per patrẽ / quãdo & ipsis sui posteri ꝑesse deberent. tamẽ vt iꝑiali celsitudini nulla incõmoda detractoria dominiorũ in futurũ crescẽte potestate officiatorũ exoriterentur: feudalia introducta sunt statuta / & de fide seruãda strictissima iuramẽta. quæ per vnũquẽq; vasallorũ instituẽdorũ ꝑstari: & sub poena perditionis feudi inuiolabiliter seruari deberent. Est deniq; alia lex edita / ad magna feuda plura nullũ accumulatiue succedere posse: ne sic plura magna accumulãdo / potẽtia subditorũ intãtũ excresceret / vt dũ tyrãnica rabie immemor iuramentorũ apicẽ dominãdi / cuius appetitus per acquisitionẽ crescit / appeteret: imperii potẽtia schismatica turbatione vilesceret. Erat insup imperatorũ cõsuetudo facile accusationes fractæ fidei & periurii admittere: vt fidelitas per quã solum persistit imperiũ nũq̃ negligẽtia paruipẽderetur. poena vero erat priuationis fidem nõ seruanti. & tũc ne inuidia forte incitaret nobiles eiusdẽ sanguinis cõtra eũ cui hæc ablata donarẽtur: ista quæ sic in cõmissum ceciderũt sacri imperatores ecclesiis frequẽter applicarũt. Multis similibus sacris ordinationibus circũspectissimi impatores p cõseruatiõe reipublicę / & sacri ĩpii vsi sunt: tã in ordinãdis iudiciis Scabinorũ qui dictatores sententiarũ existũt. & ad hoc ex popularibus cũ iuramẽto recte secũdum cõscientiã & rationẽ iudicãdi assumitur: ne in potestate ꝓsidẽtis esset ad nutũ subiectos punire iuxta motũ animi sui / q̃ etiã in cũctis aliis negotiationib⁹ / Talliis & Telonis. & cũcta tendebãt ad publicã vtilitatẽ. Erat tũc imperator habens publicã defendẽdæ pacis ꝑsonã: ad hoc habẽs de publico exercitũ stipẽdiatũ. vndiq; p principes & rectores timebatur. vndiq; p populũ defensor patrię / conseruator libertatis / releuator oppressorũ / rigidissimus executor in reipublicæ turbatores / adorabatur /

Magistratuũ institutio.

Feudalia statuta.

Scabini.

venerabatur/& colebatur. tūc recte ī eū delinquēs/maiestatē summā offendit: & hoc crimen maximū erat qui in patriæ & omniū patrē peccauit. Q; si cūcta illa dignissima relatui inseriberē: prolixior proposito fierem. Cap. XXIX.

Imperii casus.

EX his tamen respice quātum abscessit hodierni regiminis status: vbi pene nulla horū in vsu habēt. periit omnis cura reipublicæ, laxato freno trāstulit quisq; leges impune. & vbi quōdā veneratio cum tremore & timore: nunc despectus vel contemptus. & leges omnes de aranearum telis connexæ sunt. minutissimę vix locustæ teneri in ipsis possunt. nō sicut quondā: quādo in limitibus concupiscentiæ: vt aprorum fortissima retia cōtinue tensa/importunos transgressores innectebant. Iam priuato cōmodo inuigilant cūcti. nulla de proximo & de futuro cura/per incuriam imperatorū: pietate tantū putantiū reficere posse & reformare ab errato. censura omnis cessauit: nec punitur rebelles. & facti sunt ex tyrannica dominatione principes multi/& potentes: imperio decrescente.

Tēporalia ecclesiarū nil pdesse reipub. Inuestitura rū ambitū taxat.

Tēporalia ecclesiarū quid prosunt reipublicæ? quid imperio? quid subditis? certe parū aut nihil. Mandabatur Othoni. lxiii. di. in synodo/absq; pecunia inuestituras episcoporū dare. an ab ipso imperatore sola inuestitura sublata sit per papam/vidim⁹: quoniā nō solū puta absq; acceptione pecuniæ attracta est inuestitura/per Romanū pontificem/sed etiā tantū de pecunia vt per Alemāniam omnes se nō grauatos rātū sed destructos cōquerantur. Rabidus appetitus ad ipsa terrena ecclesiis annexa dominia episcopis ambitiosis hodie inest: vt ea videamus expresse agere dum promoti sunt/quæ ante ambiebant. de temporalibus omnis cura: de spiritualibus nulla. Non fuit ista imperatorum intentio. Non volebant spiritualia a temporalibus absorberi: quæ pro eorum augmēto ecclesiis dedere. et hęc omnia prohdolor ex peruerso ordine euenisse.

Mala tēporalium ecclesiæ datorum.

et quia nulli canones seruantur: nulla coerctio/nulla disciplina/nec punitio. Præter ea illud temporalis dominii ecclesiasticorum regimē: multum Reipub. et subiectis obest. dum vacāt ecclesię/semper in piculo schismatis existit: aut q exactionari plus debeant aliis sub sæcularibus existentes. quoniam si per electionē prouidendum est: ambitio procurat diuisionem votorum. si per curiam: facilius persuadetur pro plus offerente. Et omnia illa grauamina aduenisse pauperibus subditis. curia attrahit qc qd pingue est. et id qd imperiū contulit/et pro dei cultu/et bono publico ordinauit sanctissime: auaritia et cupiditate exorta/palleatis rōnibus/et nouis adinuētionib⁹/totaliter puertitur. et imperiale efficit papale: et spirituale tpale. Cap. XXX.

Retū inuersio.. Alia impii destructio. Iuramentū imparotis de nō reuocandis donationibus.

EST insup alia imperii destructio: quoniā quū impator solum administrator in vtilitatē Reipub. existat: sæpe p pacta electorū sua quærentiū intrat regimen. et occupata cōtra ius imperialia/ob iniurandū repetere nō audet telonea grauantia Rempub. deponere/ac alias vtiles ordinationes facere/et p antecessores incōsulte absq; oim cōuētu amoris iordinati/aut affectionis/vel sanguinis tā in piudiciū impii donata vel ipignerata reuocare ihibet. et sic fit: vt dū electores sua quærūt/ita sibi credita ptāte abutant: q eis cōcessa potestas p bono impii/in ei⁹ destructionem conuertatur. quoniā imperatores nō deberent/pmitti ab ipsis facere alienationes præiudiciales impatori ipsi assistere deberēt: vt sēp augustus esset. sed quia eum ligāt: ne ipsis donata vel obligata aliqñ ficte/vel p cōsanguineos aut parētes q impio præfuerūt: tacēt dū idē facere vidēt impatorē/ne seipos damnēt. O cæcitas maxia! nō credāt pricipes de bonis ipii diuites fieri/et pmanere posse aliquādiu. curantibus eñ oībus sua augmētare/impio ad nihil tendēte: qd seqē nisi vniuersorū destructio? qñ nō existente potētia maiori cōseruatiua/et pacatiua impii inui-

dia eadēq; semp crescente cupiditate bella/schismata/diuisionesq; faciet/& tūc sicut omne regnū in se diuisum desolabitur/inique collectum. Decipiūtur itaq; principes sub imperio: dū ob illā finē attrahūt/& colligūt vndiq; impialia/vt potētiores & fortiores fiāt: quoniā postq̃ totā capitis & iperii potestatē mēbra laniauerint & deglutiuerint/desinet hierarchicus ordo. nō enī est primus ad quē cōcurratur. & vbi nō est ordo/ibi est cōfusio. & vbi cōfusio/ibi nullus tutus. & sic nobilibus inter se altercātibus/tus omne in armis ꝓprius q̃rētes: surgent. quoniā sicut principes imperium deuorant: ita populares deuorabūt principes. Cap.XXXI.

Nsuper hodie videmus aut cōfusionē maximā in ordine iudiciario: aut penitus nullā iustitiā. honore honor distinguitur a iure. & occupare etiā maxima dominia nobiles licite se posse dicunt: vbi possessorem nihil iuris habuisse nec habere cōcedūt. per vilissimū diffidationū modū honorē saluari putant/et vi post ipsam intimatā diffidationē ex quacūq; confictā/aut nulla causa qualitercūq; rapta: palā aut occulte/licite credūt possideri. etiā si bona ecclesiæ aut clericorū forēt. O pſumpta audacia cōtra oēs leges & iura. O iniquissimū iudiciū distinguēs honestū a iusto/affirmās iniustū honeste possideri. fuit rationabiliter sancitū omnē diffidationē sūmi iudicis consensu nō interueniente: & inhonestā & iniustā. & eos latrunculos fore qui aduersariorū bona/illa via occupari t.ff.de capti. & postli.re.l. hostes.de qua.xxiii.q.ii.c.i.& aliis multis capitulis per Ostī. in summa de treuga.& pace.& per Inno.in c.olim.i.de resti.spo.& ibi doc. Insuper manifestum est res ecclesiæ non esse cuiusq; prælati vel clerici/nec delictum ipsius plati in damnū ecclesiæ ea propter redundare potest: quomodo tu nobilis credis honestā esse diffidationē quā aut clerico/aut religioso conuentui seu prælato scribis/Insuper hoc esse honestū qd sine maiori excōmunicatione siue sacrilegio fieri nequit/quis adeo amens hoc cōcedit/si clericū etiā diuina lege tu laicus capere propria auctoritate/aut male tractare prohiberis/quā credis virtutē tuæ fabricatæ diffidationis fœdulæ inesse/vt tūc oīa iura diuina & humana cessare/& mortua esse credas/quando literulā pmittis/sic si ecclesiarū bona absq; sacrilegio vi rapi & distrahi p laicū nō possunt: quomodo credis id licitum qd est sacrilegiū/Error maximus & manifestus qui recēter in Alemaniæ partibus prohdolor inoleuit. per quē deus offenditur: pax publica/& oīs status turbatur. Quis posset cūcta enarrare quæ nostro tēpore inique introducta sunt/& iniquissime defenduntur/Et hæc oia ideo quia leges & canones pdiderūt vigorē: & custodes/& executores/& pastores nulli sunt. Cap.XXXII.

Er ordinē illis deformitatibus ac pœnis in qbus respublica versatur ob pmissa puidēdū esset diligēter & cito/quia mortalis morbus impiū Germanicū inuasit: cui nisi subito salutari antidoto subueniatur/mors indubie sequetur: & q̃retur impiū in Germania/& nō inuenietur ibi. & p cōseq̄ns alieni capiēt loca nostra/& diuidētur inter nos: & sic alteri nationi subiiciemur. Nō potest aūt melius puideri q̃ p iā tritas & expertas & antiquas vias: ad quas per reformationē accedere necesse habemus. Quare prima radix est instituere annuos cōuentus generales/& in hoc facto Basiliensi cōcilio incipere/& futuris regulā dare. Agat itaq; piissimus imperator vt diligentissimus semper fuit: vt per suam sacrā iussionē omnes maiores imperii principes vtriusq; status concurrant. proponat sua admirāda industria imperii flebilem/& vndiq; diminutissimū statum. aperiat qd in Italia/qd in Longobardia de vigentibus imperii viribus reperetit. adiiciat/quod in Arelatensi regno/& per totam Germaniā superest/& dū florentissimi quōdā et tremēdæ poten

Iustitiæ defectus. Belli indictio quā diffidationem vocant.

Remedia in morbos imperii. Annui conuētus imperialium.

tiæ imperii miserabilem statum aperuerit/de eo qđ proxime superueniet nisi remedium apponatur subiungat/remediũ vero ab ipsis qui & fidelissimi fuere/& sunt & ad hoc voto & iuramento astricti perquirat/de successore ordo detur/concurrente prouidentia imperialis suæ celsitudinis.

Cap.XXXIII.

Sediũ imperialium ordinatio.

ET quia non posset tantus lapsus pristinæ sanitati restitui:ordo in curando detur.primo de annuis conciliis imperialibus & iustitia seruãda.Repeto quidẽ per Cõstãtinũ magnũ vt inferius diploma qđdã subiũgetur:Galliç per talem conuentũ & iudices prouisum.Nam postq̃ imperialia iudicia ac cõuẽtus cessauerũt:pene oẽs deformitates sunt introductç.Videtur itaq̧ ordinandũ:ꝙ duodecim aut plures sedes sparsim per ꝓuincias imperio subditas taliter ordinẽtur/ꝙ quælibet sedes ex tribus iudicibus cõstituatur pro triplici hominũ statu/scilicet ex nobili/ecclesiastico/& populari:& ꝙ ipsi iudices de omnibus causis ĩ eis decreto territorio existẽtibus inter quascũq̧ ꝑsonas etiã ecclesiasticas quo ad tẽporalitatẽ quæ ab ĩperio depẽdet cognoscere possint ꝑ viã appellationis a ꝓprio ordinario/vel simplicis q̃relæ si actor vel reus ordinariũ supra se nõ habuerit/puta quia princeps,aut si habuerit & alteri suspect⁹ fuerit:& nõ aliter.& quæ ꝑ appellationẽ introducta fuerit:ibi vltimũ finẽ ꝑ sentẽtiã capiat.quç vero ꝑ simplicẽ q̃relã:illa ꝑ appellationẽ ad proximũ cõuentũ/si magna aut inter magnas fuerit differri poterit.ꝓuiciet & citet quisq̧ iudicũ secũdũ cõditionẽ disceptantiũ personarũ/nobiles inter nobiles/ecclesiasticus inter ecclesiasticos/popularis inter populares:nulla tamẽ diffinitiua feratur nisi ex cõmuni deliberatione omniũ triũ qui in arduis/consiliũ peritissimorũ requirãt.Si vero vnus duobus dissenserit:vincat opinio maioris numeri in iudicãdo Habeãt etiã ipsi iudices potestatẽ suã sentẽtiã executioni demãdãdi ꝑ bannũ & seculare brachiũ:mulctas & pœnas ærario publico cedẽtes.debet etiã ipsis iudicibus et aliis omnibus salariũ ex publico deputari:vt iurẽt secũdũ tex.l.iuliæ repetũdarũ canonizate.i.q.vii.sancimus.

Cap.XXXIIII.

Lex de non occupandis alienis statuenda.

ET statuatur lex ꝙ nulli liceat sub pœna furti vel latrocinii/violenter ꝓpria auctoritate ex quacũq̧ causa alterius bona occupare:aut sibi/aut suis dãna inferre per diffidationes/sed omnia fiãt iudiciũ auctoritate/qui etiã repressalias cõcedere possint cõtra contumacẽ.Verũ si quis cõtra hãc legẽ facere ꝑsumpserit:in quocũq̧ iudicio villagio vel ciuitate dep̄hẽdatur pœna furti & latrocinii plectatur.alioqui si forte iudiciũ vbi dep̄hẽsus fuerit hoc facere noluerit aut neglexerit/dũ cõmode potuit:sint ipsorũ iudiciũ bona eo ipso confiscata.Similiter si q̄s illos

Assisimorũ damnatio.

Assisimos acceptauerit:debet talis vt publicus hostis capi/& eius bona occupari posse absq̧ illa diffidẽtia vt notat Host.in summa de treuga & pace.§.iii.ver.sed.& si. Verũ oportet hanc legẽ cõmuni cõsensus omniũ statuũ & subscribi/& ad ꝓuincias mitti vt acceptet̃ & sigilletur:& eius exemplũ in ꝓuincia seruetur.& sigillatũ ad cãcellariã ĩperii remittatur:vt sic omniũ cõsensu firmetur.Oportet etiã ꝑ oẽs principes in cõuẽtu existẽtes:istã legẽ subscribi & sigillari.& cũ hoc/aliã legẽ qua caueat̃: ꝙ omnis siue princeps siue alius qui cõtra suã ꝓpriã subscriptionẽ ꝓpria auctoritate facit absq̧ iudiciũ aut imperatoris licẽtia:talis in se ipm sententiã ipso facto tulit infamiæ.& priuatus sit omni honore/& sit in potestate imperatoris suo fisco omnia bona quæ habet applicare si prĩceps fuerit.Si vero alius & laicus:sint corꝑo cõfiscata. Si clericus deponatur per synodũ clericorũ:& cũ hoc administratione tẽporaliũ sit priuatus.& ꝑ iudices tẽporane⁹ administrator:ad nutũ remouibilis deputetur.Ista lex subscribatur cũ aliis per oẽs.Et has subscriptiões seruet scriniũ imperiale:vt per

ipsas quisq transgressor conuincatur / & non poterit iustitiæ rigor cõmode introduci nisi hoc ordine vel consimili via facti / diffidationum abusio communi consensu tollatur.

Cap.XXXV.

ORdinetur autẽ conuentus annuus circa festũ pentecostes in Franckfordia quæ videtur locus ex situ / & aliis circũstãtiis aptissimus: ad quẽ cõcurrãt iudices omnes & electores imperii in ppria persona absq pompa & grauibus expensis. Et psideat ipse dominus imperator si pesse poterit per se: alioqui primus ex electoribus eius nomine, & facta imperii / & etiã particularia quæ occurrerẽt iudicibus tractẽtur & reformẽtur reformãda. Si vero ardua materia deposcit plenissimũ conuentũ omniũ principũ ibi vel alibi fieri: fiat qđ plus expedit. Istud vero ordinatũ cõcilium annuũ dominorũ iudicũ ac electorũ nũq omittatur: in quo causæ principũ per cõmunẽ sententiã decidãtur. Et quia prodest ab exẽplis reformationẽ introducere: epistolã impialẽ / & vt credit Cõstãtini / q iubebat in Arelato similẽ cõuẽtũ iudicũ Galliatũ fieri submittũ. Vocabat aũt Arelatũ vrbs Cõstãtinopolitana. Incipit aũt sacra illa iussio saluberrima / q ad virũ illustrẽ Agricolã Galliatũ psectũ fuit directa: vbi in forma habet. Saluberrima magnificẽtiæ tuæ suggestione inter reliquas reipublicæ vtilitates euidẽter instructi obseruãda prouincialibus nr̃is id est p septẽ prouincias mãsura in æuũ auctoritate decreuimus: qđ sperari plane ab ipsis prouincialibus debuisset. Nã cũ pp̃ter priuatas ac publicas necessitates de singulis ciuitatibus / nõ solũ de prouinciis singulis vel honoratos cõfluere / vel mitti legatos / aut possessorũ vtilitas / aut publicarũ ratio exigat functionũ: maxime opportunũ & cõducibile iudicamus / vt seruata posthac quotãnis singulis cõsuetudine in cõstituto tẽpore in metropolitana. i. in Arelatẽsi vrbe incipiãt septẽ prouinciæ habere cõciliũ. In quo plane tã singulis q̃ i cõmune cõsulimus. primũ vt optimorũ cõuẽtũ sub illustri præsentia psecturæ (si id tñ ratio publicæ dispositionis obtulerit) saluberrima de singulis rebus possent eẽ cõsilia. tñ qdqd tractatũ fuerit & discussum ratiociniis cõstitutũ: nec latere potiores prouincias poterit / & pari necesse est inter absentes æquitatis formã / iustitiæq seruari. Hoc plane pter necessitates publicas etiã humanæ cõuersationi nõ parũ credimus cõmoditatis accedere: qđ in Cõstãtina vrbe iubemus annis singulis eẽ cõciliũ. Tãta est enĩ loci opportunitas / tãta est copia cõmerciorũ / tãta illic frequẽtia cõmeãtiũ: vt qcqd vsq nascit illic cõmodius distrahat. Neq enĩ vlla puĩcia ita peculari fruct⁹ sui felicitate lętat: vt nõ nisi hęc ppria Arelatẽsis soli credatur eẽ fœcũditas. Quicqd enĩ diues Oriens / quicqd odoratus Arabs / quicquid delicatus Assyrius / qđ Aphrica fertilis / qđ speciosa Hispania / qđ fertilis Gallia / potest habere pclatũ: ita illuc exuberat affatim / quasi ibi nascãtur oĩa / quę vbiq cõstat esse magnifica. Iã vero decursus Rhodani & Turoni recursus: necesse est vt vicinũ faciãt / ac pene conterminũ vel q iste pterfluit / vel ille q circuit. Cũ ergo huic seruiat ciuitati quicqd habet terra pcipuũ: ad hãc vel naui vel vehiculo / terra / mari / flumine deferatur quidqd singulis nascitur. Quẽadmodũ nõ multũ sibi Galliæ nostrę præstitũ credãt: cũ in eadẽ ciuitate pcipiamus eẽ cõuẽtum / in qua diuino quodam munere cõmoditatũ / & cõmerciorũ opportunitas tãta pstat! Siqdẽ hoc rationabili plane pbatoq cõcilio iã & vir illustris psect⁹ Patronius obseruari debere pceperit: qđ interpollatũ vel incuria tẽporũ / vel desidia tyrãnorum reparari / solita prudẽtiæ nostræ auctoritate decreuimus. Agricola parẽs charissime atq amãtissime vnde illustris magnificẽtia tua / & hãc pceptionẽ nostrã / & priorẽ sedis suæ dispositionẽ secuta / id p septẽ prouincias in ppetuo faciet custodiri: vt ab idibus augustis qbuscunq

Fãckfordia locus annui cõuentus. Quis pside re & qđ agere debeat.

Epl'a Constantini ad Agricolã.

mediis diebus in Idus septēbris in Arelatensi vrbe nouerint honorati/ vel possessores iudices singulatū ꝓuinciarū annis singulis cōciliū esse seruādū/ ita vt de Nouēpopulana & secūda Aquitānica q̄ ꝓuinciæ lōgius cōstitutæ sunt/ si eorū iudices occupatio certa retinuerit/ sciāt legatos iuxta cōsuetudinē eē mittēdos. Qua ꝓuisione plurimū & prouincialibus nostris gratiæ nos intelligimus vtilitatisq; ꝑstare. Et Arelatēsis vrbis cuius fidei secūdū testimonia atq; suffragia patētis/ patriciiq; nostri multa debem⁹: nō parū adiicere nos cōstat ornatui. Sciat aūt magnificētia tua: qnis auri libris iudicē esse mulctādū/ ternis honoratos vel curiales q ad constitutū locū intra definitū tēpus venire distulerint. hæc ibi. Ecce ad suggestionē Agricolæ reformatū cōciliū qd̄ quōdā annue celebrabaẗ: quia multū ꝓuinciis ꝓfuit. Notāda est etiā situatio Arelatēsis ciuitatis q̄ in Galliis tūc caput extitit: & ad nostrū impiū spectat/ licet parū recognoscat. Est similiter cōsiderādū q̄ nō solū iudices/ sed etiam de singulis ciuitatibus honoratos: ꝑ se vel legatos cōcurrere oportebat. Et similiter est cōsiderandū q̄ ꝑ mēsem integrū durabat: & sub pœna astricti tenebātur venire. Ad formā huius i Franckfordia q̄ ob mercium cōfluētiā/ & loci sitū Arelato recte cōparatur: statuaẗ cōciliū annuū ad minimū ꝑ mēsem celebrari/ aut maiū/ aut septēbrē & cū ꝑfatis supra de qualibet ciuitate & metropoli/ ac oppidis magnis impialib⁹ ad minimū vn⁹ cōcurrat. adducāt etiā prīcipes electores secū quos voluerint cōciliarios/ & nobiles/ & oēs astringātur iuramēto secūdū rectū rationis iudiciū ꝓ bono publico cōsilia impertiri. Examinētur ibi ꝓuincialiū cōsuetudines/ & redigant quātū fieri potest ad cōes obseruantias: & maxime captiosę formæ oīno vndiq; tollanẗ/ qm̄ sæpe simplices pauperes iiustissime ꝑ cauillationes causidicorū/ extra formā ducunẗ et a tota causa cadūt/ qm̄ q cadit a syllaba cadit a cā/ vt sæpe vidi ꝑ Treuerēsim diœcesim accidere. deīde tollanẗ pessimę cōsuetudines q̄ admittūt iuramētū cōtra quoscūq; & cuiuscūq; numeri testes. & sunt tales pessimę obseruātiæ multæ ꝑ Germaniā cōtra iustitiā verā. ac etiā peccata nutriētes: q̄ ꝑticulariter enumerare nemo sciret. vnde ꝓpter hoc cōcurrere debēt ꝓuinciarū iudices: & i scriptis cōsuetudines suarū prouinciarū redigere & porrigere in cōcilio vt examinētur.

Iuramentū rei cōtra testes non admittēdum.

Cap. XXXVI.

Est deniq; maxima diligētia faciēda in isto sacro Basiliensi cōcilio impiali: vt electoribus sacri iperii detur strictissima forma quā trāsgredi nullo modo liceat. in qua ante oīa astringātur iuramēto nulla practica/ nullo pretio aut ob quodcunq; ꝑticulare cōmodū/ sed pure & simpliciter ꝓ bono publico & conseruatione sacri iperii/ & eius honore secūdū deū & cōsciētiā eligere. Et si vnq̄ reperiatur qs cōtrarium facere: q̄ tunc ꝑpetuæ ifamiæ/ ac crimē læsæ maiestatis/ & eius pœnis subiaceat. valde enī necessariū est ad prauitatē electionis q̄buscūq; maximis pœnis electores cōstringi ꝓpter practicas absurdissimas/ & ihonestissimas: quas legi præterito tēpore interuenisse. dū ipsi sua q̄rerēt ꝑ multos stringēdo eligēdum illicitos modos: ob quos respublica penitus est neglecta. Et q̄a certi electores occupare dicuntur certa oppida & castra iperii: ac etiā ꝓpter Telonia/ & alia cōmoda ꝑticularia huiusmodi turpiter fœdatæ electiones ꝑ iiustas pactiones fieri dicunẗ. Ante oīa ista differētia q̄ dat ꝑdendi occupata aliquādiu electoribus timorē/ & ea propter ita practicādi: in generali cōuentu pure discuti/ & honeste cōsolidari deberet/ vt sic q̄sq; ex electoribus in libertate pure electionis constitueretẗ. Et quoniā ille est ꝑficiendus impio q cōmuni/ omniū electorum iudicio optimus videtur: subiungā nunc quādā regulam quæ in hoc multum proderit/ & similiter in cōcilio seu conuentu vbi elici debet intentio cōmunis ex omniū votis.

Iuramentū ab electoribus ꝑstādū.

Cap. XXXVII.

Impatoris eligẽdi tatio.

Oportet autẽ in sensibili mũdo:sensibilib⁹ signis de ipsa CHRISTI ecclesia cõiectu
rã sumere:cũ aliter attingi nequeat rationis veritas. Quapropter cõiecturalis illa
ecclesia:ĩ hoc sensibili mũdo secundũ huius mũdi contractã cognitionẽ/vera quidẽ
ecclesia est/licet ĩtra suã cõiecturã ex signis receptã/admittat tã CHRISTO ĩ spiri
tu adhærẽtes q̃ nõ.Constituit hæc huius sensibilis mũdi ecclesia:ex iis q sensibilibus
signis se CHRISTVM participare demõstrãt/vti sunt CHRISTVM filiũ dei cõ-
fitẽtes.Quapropter hæc ipsa ecclesia/sacra quædã habet signa ad hoc instituta: vt
per ea cognoscamus eos q CHRISTI sunt.eo qdem modo: quo ex signis cõiectura-
lis trahi cognitio potest.Dico igit̃ q͏̃ hæc ecclesia CHRISTI huius cõiecturalis mo
di iudicio:sancta cẽsetur/etiã si mali & ficti sub signis sacris se ĩtermisceãt.quo tum
signa q̃ sacra sunt:tãtum cõiectura attingit.Nõ igit̃ oẽs CHRISTO adhærẽtes in
cludit hæc ecclesia.Qui enĩ nullo sensibili signo manifesti sunt:penitus hoc indicio
exclusi remanẽt.Sic nec oẽs de hac ecclesia CHRISTO adhærent:q bonos tantũ ad
vnionẽ admittit.Quoniã autẽ huius vitæ cõditio talis est/q͏̃ hãc ecclesiam ita esse
oportet:ipsã a CHRISTO/optimo quidẽ modo/quo ipsa vt sic ordinari potuit/or-
dinatã nõ hæsitamus.Qua ex re sicut hæc ipsa ecclesia perfecta est suo qdem modo:
ita & caput habet.Sensibilẽ enĩ ecclesiã:sensibile caput habere cõuenit.& ob hoc:ca
put huius ecclesiæ sensibile/est pontifex q ex hominibus assumit̃.In quo est hæc ipsa
ecclesia cõplicatiue:vt ĩ primo vno cõfessore CHRISTI.Petrũ autẽ primũ CHRI-
STI cõfessorẽ scimus ĩter hoĩes:& ob hoc Petrus a cõfessione Petræ q̃ CHRISTVS
est/nomẽ accipiẽs:cõplicatã in se ecclesiã explicauit verbo doctrinæ. primo omniũ.
Nõ est igit̃ aliud ecclesia q̃ a Petro initiũ cepit supna reuelatione: q̃ vnio fidelium
in Petri cõfessione.Explicatio igit̃ Petri a petra dicti ecclesiã cõplicantis:est ecclesia
vna/eandẽ cõfessionẽ in alteritate multitudinis credẽtiũ participãs. Quomodo au
tẽ multitudo vnitatẽ nõ nisi ĩ varia alteritate potest participare:nõ potuit ecclesia
nisi in varia participatione vnitatis subsistere.Quapropter varia esse mẽbra vnius
corporis ecclesiæ necesse fuit:in qbus vna illa cõfessio tota ĩ toto & in qualibet eius
parte existeret. Vnitas igit̃ in varia alteritate:ecclesia existit.& sicut vnitatis virt⁹
nõ nisi ĩ participata alteritate attingi potest:sic nec cõplicãtis prĩcipii virtus aliter
q̃ in explicatis prĩcipiatis potest appræhẽdi.Non enĩ virtus vnitatis naturæ Adæ/
cõplicãtis patris:aliter q̃ in explicatis a se hominibus attingit̃.sic nec creatoris:nisi
in ipsis creaturis.Hoc insup modo Petri capitis ecclesiæ huius cõplicatiua virtus:
nõ nisi ĩ explicata a se ecclesia potest appræhẽdi.Quãdo enĩ varietatẽ potestatũ/or-
dinũ/& p̃lationũ in vnitate fidei ĩ ecclesia esse cõspicimus:illa oẽm varietatẽ ordina
tissimã atq͏̃ decorã ĩ Petro cõplicatã originalit̃ cõspiciẽtes: ad coniecturas de Petri
admirabili potẽtia & virtute erigimur & plenitudinẽ oĩm possibiliũ in ecclesia pro
eius cõseruatiõe & directione vnicã Petri appræhẽdimus potestatẽ. Nõ enĩ est vni
tas ĩ multitudine explicabilis:tanq̃ vnitatis virtus cõplicatiue maior existat. Hinc
prĩcipatũ vniuersalẽ/oẽm particularẽ prĩcipatũ originalit̃ cõplicãtẽ:inexhauri-
bilẽ multiplicatiõe particulariũ cognoscimus. Si igit̃ in ecclesia sunt patriarcharũ/
archiepiscoporũ/metropolitanorũ/episcoporũ/presbyterorũq͏̃ potestates:has qui-
dẽ cõtractas esse cõstat.contractũ autẽ/ex se ortũ nõ habet:sed ex absoluto depẽdet.

Quare potestas primi & sup̄mi:ī sua plenitudine ambit oēm oīm potestatestatē.im
mo nō est potestas nisi vna & primi:q̄ in altetitate rectorū varie participatur/a nul
lo tn̄ maxime.Impticipabilis enī est vti est. Vides nūc Prudētissime pater : q̄ inepte
dicit̄ potestatē particulariū rectorū/æquari aut eminere posse potestati vniuersalis
pricipis. Vides diuinū dictū Leonis Papæ/quomodo oīs potestas primo qdem ab ab
solutissima illa diuina potestate esse recipit:sed ī ecclesia per Petrū caput & pricipē
ecclesiæ. Aduerte igitur:quomodo nō est potestas pricipis absoluta nisi dei summi.
Sed pricipatus oīs:varie hāc in altetitate cōtractationis participat. Pricipatus enī
in hac ecclesia/absolutus quidē est suo modo:quoniā in ipso ecclesia cōplicat̄.Ita qui
dē pricipatus quicūq; absolutionē suo modo participat:cū supra populū cui prici-
pat̄ constituat̄. Vnde irrationabiliter dicit̄/pricipē in eo regno vbi est priceps:præ
esse pariter & subesse.Ratio enī;cōtradictoriorū coincidētiā nō admittit.qd̄ sapien
tissimi quidā intellexerūt:q pricipē solutū legibus & nō posse a subditis iudicari di
xerūt.Ideo satis tibi patere potest:q̄ exectabile delictū sit scissura obedientiæ & vni
tatis/& p̄sumptuosum iudiciū subiectorū cōtra sacrū principē/sub quocūq; colore
istud fiat. Vides etiā sacrū pricipatū oēm in ecclesia:sub primo subsistere / inquātū
in ipso cōplicat̄ & nō aliter.Nā sacer pricipatus vniuersalis:ad ædificandā ecclesiā
existit.Quare oīs pricipatus siue spiritualis siue tēporalis inquātum huic fini sub-
seruit:in ecclesia esse potest.Et inquātum huic fini resistit /nō est pricipatus ī eccle-
siaeū non participet vnicā ecclesiasticā vniuersalē potestatē / q̄ in omni potestate q̄
in ecclesia est/est id qd̄ est ipsa cōtracte. Vides per coincidētiā in vnitate vniuersalis
potestatis differētes & spirituales & tēporales potestates ī ecclesia distincte explica
tas.Non est tibi nunc difficile ītelligere:quō sacro pricipi ecclesiæ oīs fidelis subie-
ctus esse debeat/siue rex/siue p̄ses aut alius/inquātum ipsi de ecclesia esse velint/quā
illa potestas vniuersalis ambit.Et hoc:quādo priceps ecclesiæ secūdū pricipatus ip-
sius virtutē/p̄cepta discernit. Vbi vero ipse priceps ea fieri mādaret/quæ ad finem
ædificationis ecclesiæ illi creditæ nō tēderet:nō procederet iussio a pricipatu:qua-
re ei tūc obedire nō esset necesse.Si vero dubiū esset/& de mēte sacri pricipis nō cō-
staret:pro sacro pricipe p̄sumēdū est q̄ recte credita potestate vtatur / & ipsi obe-
diendū est.Cū ergo ītelligamus ī ecclesia vbi sunt boni & mali sacrorū pricipē etiā
& bonū & malū esse posse/& videamus potestatē eius ecclesiæ obesse nō posse/cū in
his quæ ī ipsa potestate nō cōplicātur ei nō subsit quisq̄/ & ī dubiis obediendo nihil
sit periculi/sed periculū magnū nō obediēdo:hinc ait Augustinus/nullā posse cau- Augustin⁹
sam dari/ob quā necessariū sit ad schisma puenire.Quare schisma:diabolicū inexcu
sabile crimē existit.Aduerte pater quomodo explicata ecclesia primitiua/& cōtra-
ctate ipsa vniuersali Petri potestate:varie secūdū varias particulares super intēdē-
tias/quilibet rector ī sua particularitate Petri potestatē cōtracte participās/eandē
(salua cōtractione)quā Petrus/habet potestatē. Vnde quia ī hoc oēs Petri sunt suc
cessores q dominici gregis curā gerūt:visum ē sapiētib⁹/vniuersalē potestatē sacri
pricipis eccl'iæ sup istā cuiusq; pticularē nō esse/nisi secūdū sacri pricipat⁹ cōditio
nē scilicet ad ædificationē.Ita scilicet q̄ ipse est q est vniuersalis successor Petri:ī pti-
cularē Petri successorē nō habeat potestatē p quā potestas ædificatoria pticularis ī
sibi subiectis īmutationē capiat aut īpediat̄.Secus autē qn̄ supintēdit sacer priceps
vniuersalis:ne rector credita potestate ī ædificationē/abutat̄ ī destructionē subiectę
eccl'iæ.In hoc video murmurationes exoriri/q̄ facile tollunt̄:vniuersali sacro prici-
pe aduertēte se Petri successorē post ecclesiā a Petro explicatā/nō quasi ipse sit alter
Petr⁹ a petra dict⁹:sup quā petrā eccl'ia erat ędificāda cū ordine suo.Nā tollere or-

dinē & statū vniuersalis eccliæ explicare:nō est seq Petrū. Oīs enī roman⁹ & prim⁹ pōtifex:ī explicatū eccliæ ordinē & statū a Petro nō habet ptātē.qm̄ hæc explicatio p Petri potestatē ī ędificationē ecclię iā facta p ipm/repit:qū ad Petri pricipatū nat⁹ ī ecclia fili⁹/sublimat. Quia itaq; ea q̄ explicata repiunt ī ecclia p Petri successores mō nūc dicto/sūt ea q̄ ex vniuersalis pricipis ptāte pdierūt:nō est cōneniēs illa p eā dē ptātē nūc ī electo pōtifice cōplicatorie existēte/quouismō ifrigi/siue illæ sint regulę/siue ordo statuū/aut alia vniuersalia q̄cūq;.nisi ī casu quo pōtifex ipe vidret/aut epiciā/aut imutationē vtilē p ædificatiōe eccliæ:quo ī casu aduertere habet/ne cū vtilitatē pcurare studet/fraetes offēdat & scādalizet. Eo qdē mō sapiētiores semper ītellexerūt,q̄ q̄uis sacri pricipis eccliæ man⁹ ad ædificationē extēsę/nolla obseruātia aut regula patrū etiā ī cōciliis ihiberi īpedir iq; possent:nō est tn̄ apd ipm libera potestas reiiciēdi/semel p Petri explicatā potestatē salubriter p regimīe ecclię ordinata/q̄diu illa ad ædificationē pstāt adiumētū.sed nullā sedē magis oportet/sanctorū patrū bene statuta īuiolabilit exeq;tāq̄ verū Petri successorē ī iis q̄ ex eadē Petri potestate explicatorie pdiere. Vides nūc qm̄ sacer priceps eccliæ cōtra sanctorū patrū statuta aliqd psumeret/vbi nō cōstaret eū ex causa vtilitatis aut necessitatis moueri/sed poti⁹ ex aliq̄ pticulari nō digna causa:qūo tūc ī ipsa priora eiusdē Petri mādata offendit/exiens vires potētiæ suæ. Quapropter nō cēt īcōueniēs si ptinacit ī hoc psisteret:ab eo recedi posse p ecclesiā/qm̄ recess⁹ ipe/vnitati eccliæ sine q̄ ecclia eē nequit/scissurā nō īferret. Eo qdē modo pōtificē canonib⁹ sanctorū patrū subesse intelligēdū est;qū ī eo nō sit porestas/bn̄ ordinatis p libiro abutēdi.& si ī hoc ptinaciter psisteret:q̄ tūc se sacro pricipatu quē ī abusum puifaceret/idignū cōstitueret. Quēadmodū eī Petrus ī vniuersali successore viuit:ita & ī canonib⁹ patrū.qm̄ patres ipi/& vniuersa ecclia ī patrib⁹:sic & Petrus ī ecclia ī ipis sanctorū regulis viuere dicit/q̄diu illa vtilitati ædificādæ eccliæ pstāt adiumētū. Et hoc est iuxta regulā ītellectualē doctę ignorātię:ī pōtifice eē ecclīam cōplicatiue/& ipm eē parit ī ecclia/hoc ē cū ipa ī suis sacris ordinatiōib⁹ cōsentanee vigilate.hæc si ad liqdū extēdant:ītellectū aperiūt/vt aliquorū ineptissimę scripturæ facile spnant.videat q̄ aptissime S.D.N.nulla cuiusc̄q; synodi cōstitutiōe phiberi potuisse/qn conciliū p reductione orietalis eccliæ ī eo loco vbi magis reb⁹ agēdis cōgruebat īstitueret. Atq; ob hoc oēs alias cōgregatiōes dissolueret/& patres a Basilea absolueret/vt ad tā sāctā vnionē libere cōcurrere possent. Nā sicut nō est potestas pōtificis ad destructionē benea ctorum per patres; ita nō est potestas sub cœlo q̄ eius possit auctoritatē minuere/quominos errātes ad ouile reducat. Visi sunt illi obcæcatissimi viri/ī spiritu furoris fuisse extra omnē sensum;quādo supra sacrū pricipē ecclesiæ nescio qualē iudiciariā sibi vendicabāt potestatē/& horridū nefas attentarunt/ī sacrū pricipē suum sæuientes/seipsos ab eodē & vniuersa per orbē catholica ecclesia perniciosissime secātes. Nūc satis est:quoniā gesta tibi res notissima est.habes etiā illuminatū clare ītelligētiæ oculū;vt sophisticas palliationes eorum optime cōspicias/nulla auctoritate aut ratione fulciri. Patet etiam vniuerso orbi/cui viri illi desperati virus pessimum inicere tāta diligētia & cura sategerūt;eorū vanissima ambitio & apostatica rebellio/& maxime serenissimo maximarūq; laudū dignissimo regi castellæ & legionis.q (te medio) deo amabilē sollicitudinē cōseruādæ vnitati ī his lōge distātibus germaniarū regionib⁹ tāto zelo īpendit;vt nihil occupatissimo regi ī quotidiana agarenorū depressione īfestius dietim occurrat;q̄ tales christianæ reipublicæ īimicissimos/sub periculosa q̄dā cōniuētia tolerari p eos/ quos ipsi temerario ausu cū CHRISTI vicario anathemate ferire conati sunt. Reportabit priceps ille clemētissim⁹ pro sua

īnterna deuotiōe:īmarcessibilē gloriā.Non enī poterit:incōsolatus a deo & ecclesia relinqui vir sanctissimorū desideriorū.Nec poterūt vota sacratissima eius/tua circunspectissima agitatione in hac pclara inuictissimi Romanorū regis & gloriosissimorū electorū sacri romani imperii cōstituta dieta:tanq̄ e caelo missa nō acceptari/ vt sic in domino gaudēs:oīa feliciter peracta relaturus/reuertaris.qđ tibi tāto cordialius aduenire opto:quāto me nosti annis multis p eodē feruētiꝰ laborasse. Vale.

EPI.II.R.P.NICOLAI De Cusa CARD.De vsu cōmunionis.Ad Bohemos.



Irige dñe deus meꝰ:in cōspectu tuo viā meā.Quoniā variç & innumerabiles sūt q̄stiones/ q̄ ad opera obscurissima dei/siue ad scripturarū abditissimas latebras pertinēt/quas aliquo genere cōplecti ac diffinire difficile est/ & multa ibi ignorant̄ salua fide/& alicubi erratur absq̄ hæretico crimine vt ait ille veritatis prudētissimꝰ pdicator Augustinꝰ secūdo libro de originali peccato:hinc q nimis amat sentētiā suā vsq̄ ad pcisionē cōmunionis & cōdēdi schismatis vel heresis sacrilegiū/diabolica psūptiōe detineri dicat̄.Est enī angelica pfectio: ī nullo aliter sapere q̄ se res habet.Recte igit̄ q̄diu p futurā resurrectionē istā angelicā pfectionē assecuti nō fuerimꝰ/nos āmonet magnꝰ Leo euāgelicç veritatis tuba:ne nos diabolica psūptio apphēdat/neq̄ alia tētatio scđm aplm q̄ humana, maxime hoc verū in fidei causa ; qm̄ cū ipsa raro pfecta sit/& nullibi periculosius erret/temeraria psumptio periculosissima est. Imbuti enī īfidelitatis venenis animi:nō possunt īpietatis suæ glutinū abolere/ si psūptuositate virꝰ inhaustū/ inoleuerit , quare nerui sunt & quidā artꝰ sapiētiæ:in fidei causa nō temere credere.vti Ambrosio ad Cōstātinū epistola xxxvii placere videt̄.Hic sapiētis Sophronii patriarchç Hierosolymitani sentētiā i.vi.vniuersali synodo prolatā amplectamur: Non sibi q̄sq̄ credat/ sed cū aliis pariter cōferat Pauli exēplo/ ne paternos terminos sua confidētia trāsiliat/& tūc ī qđ(pace & vnitate ecclesiæ seruata)puenerit secure ambulare poterit. Vos vero Bohemi/qui quadā singularitate sub religionis specie quo ad vsū diuinissimç eucharistiç a reliquo corpore ecclīæ cū pacis & vnitatis tuptura abscisi estis:cōtrariū huiꝰ agitis qđ pdicatis.Nā cū hoc summū cōuiuiū non solū sit sacramētū vnitatis corporis CHRISTI in altaris sacramēto/sed & etiā ī pacis vīculo vt vult Augustinus in de ostēsione ecclīæ ad donatistas(est enī mysteriū vniōis cū capite & mēbris CHRISTI/vt idē ait de sacramētis fideliū feria scđa pasche)nō recte veneramini vnitatis sacramētū/q ipo i schismaticā diuisionē vtimini. Nō rectā fidē sacramēti tenetis:si separati a corpore CHRISTI viuere vos putatis CHRISTVS qdē caput ecclīæ:vita est/q̄ non viuificat nisi vnita mēbra. Quare cū extra pacē & vnitatē ecclīç sitis:nō vitā sed mortis iudiciū expectatis.Reuertimini igit̄ citiꝰ ad ecclīam a q̄ exiuistis:ne id vobis cōtigat/qđ Helias vicariꝰ Hierosolymorū ad Theodorū Catinū spnētē venerādas imagines ī octaua gñali synodo dixit. q q diuturnæ sectæ īseruiūt:difficile habēt a mala qua tenent̄ opiniōe euelli.ferreis enī catenis:diabolus mētes iporū cōstrictas tenet.Ad memoriā reuocate patrū gesta:& cōperietis ī synodalibꝰ gestis/oēm pticularē psūptionē ī fidei causa dānatā & demū afflāte diuino spū euanuisse.Forte dicitis. CHRISTVS: via/veritas/& vita est.Per ipm tantū ad beatitudinē ptingimꝰ;& sūmū bonū apphēdimꝰ.q vero ī veritate nō ambulat:extra viā est.q extra viam & veritatē est:vitā æternā nō cōsequit̄. Nos vero cū via veritatis īcedamꝰ/ī vestigiis patrū nroꝝ q cū CHRISTO regnāt: Leo.

vitã attingemus/quã & ipsi assecuti sunt. Qui vero ꝑ hãc viã nõ ꝓgit/sed breuiorẽ
quærit: potius de seductiõe nõ tritę vię/& ꝑcipitatiõe/& ꝓsumptiõe timere habet/
etiã si talis attinget et finẽ optatũ, cũ nõ ambulet ĩ semita sanctorũ tanq̃ periculo se
submittẽs: sequẽdus nõ est. Quid mali nobis ascribi potest: si nulla nouitate vtimur
si id agimꝰ qđ cæteri/& insup id addimus qđ patres nostri ĩ vsu habuerũt/ si neces-
sariũ fuit/vel ob CHRISTI ꝓceptũ/& quia ita ipse fecit iudicarũt sanctissimi ꝑde-
cessores ita faciẽdũ: recte agimꝰ eos sequẽdo. si apud eos sanguinis cõmunio nõ ne-
cessitate ꝓcepti CHRISTI tradebat populo: inefficax tamẽ nõ fuit/aliqd gratię re-
cipiẽti accreuit/nõ possumꝰ rephẽdi si idẽ agimꝰ. Nã etsi sine cõmuniõe sacramẽ-
tali vita haberi posset: nõ tamẽ is rephẽsibilis est q ad cõmunionẽ accedit. sicut nec
corde credẽs inutiliter ad fidei sacramẽtũ accedit: cur nos mãducãtes iudicatis/cũ
vos ieiunãtes minime iudicemꝰ/ Si credimꝰ cõmunionẽ nobis ꝓceptã/& eã capro-
pter sũmopere tanq̃ nostrã vitã extollimus & appetimꝰ: in quo est delictũ/ Hæc enĩ
fides quæ in augmentũ honoris tãti sacramẽti tẽdit/vt credamꝰ sine ipso vitã non
esse: quomodo potest rephẽdi/etiã si sine ipso vita haberi posset/ sicuti habeẽ vbi af-
fectus adest: & deest opportunitas. Nõne certũ tenemꝰ: in hoc sacramẽto/verũ cor-
pus CHRISTI veramq; vitã esse deũ & hominẽ/ & manifestũ est nos sine vita viuere
nõ posse. Si igiẽ in hac peregrinatiõe CHRISTVS in ecclesia militãti sub sacramẽ-
talibus signis latet: quomodo dici potest nõ cadere sub ꝓcepto ecclesiæ dato/viuere
in CHRISTO volentẽ ad cibationẽ istã nõ obligari/sicut enĩ immũdus & infirmꝰ/
dũ per accessionẽ ad agnũ sine macula ꝑ fidẽ mũdaẽ & sanaẽ dũ se ad saluatorẽ con-
uertit/nõ tamẽ in ecclesia nisi signũ huius manifeste appareat, vt huius sacramẽtũ/
baptismꝰ existit: ita & mũdatus & sanatꝰ in CHRISTO absq; refectiõe & spũali ci-
batiõe viuere neqt. Et licet ꝑ internã charitatẽ CHRISTO adhæreat/& viuificãte
spiritu vegeteẽ ꝑ vnionẽ amãtis spiritꝰ hoĩs & amati dei: nõ tamẽ in ecclesia censeẽ
viuere posse absq; sacramẽto/in se vitã cõtinẽte. Si enĩ gratũ & acceptũ est deo ad-
hoc ꝙ corde credaẽ ad iustitiã ꝙ etiã ore cõfessio fiat ad salutẽ/& oris cõfessio est si-
gnũ fidei cordis: est clarũ in ecclesia obligationẽ ad signa ꝑtingere/licet signata tũc
sufficiant quãdo impossibilitas signũ ademerit, sicut amor ꝓximi nõ sufficit mẽta-
lis: nisi opus ac signũ accedat, vt cõpassio vulnerati circa viã nõ suffecit ĩ sacerdote
& leuita: sed cũ hoc exhibitio operis/vt ĩ Samaritano. Impossibilitas autẽ excusat a
signo: sicut egestas in nõ pascẽte/fame morientẽ. Quare cũ lex sit possibiliũ: cadunt
signa inquãtũ possibilia sicut signata/in ꝓcepto. sanctificatio enĩ sabbati ꝓcepta: non
recte expleẽ ꝑ separatã internã cõtẽplationẽ/sed cũ hoc reqriẽ huiꝰ interuæ sanctifi-
catiõis explicata signa addẽda/vt sũt eccl'iasticę cõuẽtiões/sacrificii oblatio cũ aliis
multis: q̃ secũdũ repꝰa deo inspirantẽ. Ita nec ĩ honore parẽtes habet sufficiẽter: q si-
gno hoc nõ ostẽdit. Vnde cũ deũ teneamur quãtũ possibile est nobis/supme dilige-
re/& in ipsa dilectiõe quãtũ possibile est/dilectiõi dei qua nos dilexit vt vnigenitũ ꝑ
nobis morti traderet cõformare: erit necessariũ huiꝰ dilectiõis memoriã mortis &
passionis scilicet nos habere/ qm̃ per ipsã/vitã assequnur. & huius charitatis/viuifi-
cãtis rememoratiõis mortis: nõ aliđ signũ nobis relictũ est/q̃ cõmunio eucharistię/
ꝑ quã mortẽ dñi annũciamus ꝑ memoriæ reminiscentiã in nobis esse/ac ꝑ ipsam nos
viuere/donec veniat in alio aduẽtu. Hinc credimꝰ nos recte obligari: dũ in hac vita
militamus ad sacramentũ diuinissimũ eucharistię/ eo modo quo ꝑfectius significat
passionẽ/hoc est sub vtraq; specie q̃ corporis laniationẽ & sãguinis effusionẽ signat
in ꝑteritũ factã. Ac sub ipsis speciebꝰ eũdẽ sanguinẽ/idem corpꝰ esse: & sumẽti ꝑ viã

refectiõis vitã pſtare. Et ſicut ĩ morte CHRISTI liberati ſaluatiq; ſumꝰ cuiꝰ ſacra-
mẽtũ baptiſmus exiſtit: ita ĩ reſurrectiõe CHRISTI viuificati. vnde hoc ſacramẽtũ
euchariſtię/immortalis CHRISTI ſacramẽtũ eſt: put ampliꝰ nõ moriẽ/ ſed peren-
niter viuit/licet memoriam mortis eius maſticatio inter dẽtes/potatio ſiue fuſio in
os/deglutioq; repſentẽt. & tamẽ qa ampliꝰ nõ moriẽ: tũc ſub ſignis memoriæ mor-
tis/vita viuificãs capiẽ. Et quia ſacramẽtũ baptiſmi ꝑ immerſionẽ/mortẽ & ſepul-
turã figurat CHRISTI: recte hoc ſacramentum cõpletum/ĩ ſe & mortis memoriã
& reſurrectiõis vitã/baptiſmũ cõſequiẽ. quaſi nõ ſit fides q̃ vitã pſtet: ſolũ in morte
CHRISTI/ſed & ĩ reſurrectiõe qua cũcta cõpleta fuerũt. Ita patres noſtri/ĩfantibꝰ
& tradiderũt & tradi iuſſerunt corporis & ſanguinis CHRISTI poſt baptiſmũ ſa-
cramẽta: vt cõpletã pfectãq; fidẽ/ſalutionẽ/ſimul & vitã cõſeq̃rentẽ/in CHRISTO
renati. Credimꝰ etiã irrephẽſibiliter hãc ſacratiſſimã refectionẽ: nõ tãtũ neceſſariã
in anno ſemel/ſed ꝓ noſtra infirmitate crebriter vtilẽ. habẽti enĩ corpus debile: tã-
ta annalis abſtinẽtia/a cibo ipſum cõfortãte & vnificãte periculoſa eſt. Ita iudicamꝰ
de ſpiritu noſtro: & eiꝰ alimẽto ſpirituali. vnde ſi pluries accedimꝰ ad hãc mẽſam/ĩ
hoc ſanctiores & fortiores nobis q̃ nũc cũ CHRISTO regnãt/ſequẽtes: rephẽdi nõ
meremur manducãtes a nõ mãducãte/ſicuti nec nos rephẽdimus nõ mãducãtes.
Hoc enĩ in ꝓbatiõe hoĩs latet: an abſtinẽtia cõferat ſanitati potiuſq̃ cibatio/& ĩ me-
dici ꝓuidẽtia/cuiꝰ vicẽ paſtores credimꝰ agere q̃ ouibꝰ alimẽta miniſtrãt aut ſub-
trahũt/put vtiliꝰ iudicauerint. Cõſideramꝰ etiã omne ſacramẽtũ ſignũ eſſe alicuiꝰ
ſignati/ac cauſã alicuiꝰ effectꝰ gratię: & huiuſmodi gratiæ ꝑ ſacramẽtũ acq̃ſitę/ne-
ceſſe eſt quẽlibet Chriſtianum/fateri CHRISTVM operatorẽ eſſe/teneriq; Chri-
ſtianũ ad huiꝰ ſuę fidei ſacramẽtũ accedere. & hoc ẽ ſacramẽtũ ſacramẽtorũ: ſacra-
tiſſima euchariſtia: qm̃ adultus credit operatiõe diuina CHRISTI/ꝑ ſigna ſcilicet
verba & elemẽtũ & lauationẽ/gratiã regeneratiõis noui hoĩs qui ẽſt ſecũdũ CHRI
STVM cõferri. huiꝰ totiꝰ fidei quo ad effectũ ſacramẽtalẽ gratiæ: euchariſtia ſa-
cramẽtũ eſt. Etenĩ virtute diuina ꝑ verba miniſtri ſub ſpeciebꝰ ſenſibilibꝰ elemẽta-
libꝰ: plenitudo gratię/veritas/& vita/CHRISTVS dñs/deus & homo exiſtit. Hoc
itaq; ſacramẽtũ: eſt ꝓprie ſacramẽtũ alteriꝰ cuiuſcũq; ſacramẽti & eiꝰ effectꝰ cõple-
tiuũ. vnde ſumiẽ ꝓ cõplemẽto & cõfirmatione ſacramẽti alteriꝰ & eiꝰ effectꝰ: ſicut
baptiſmꝰ ꝑ catechuminos credẽtes. Vnde fatemur ſicuti quodã loco pdiciẽ: hoc di-
uiniſſimũ ſacramẽtũ ꝓut datẽ ĩ robur & cõplemẽtũ aliorũ minꝰ neceſſariũ/qa eſt vt
ſignũ ſigni. Et cũ ſignũ/ legi poſſibilitatis ſubſit: ſignũ ſigni minori neceſſitati ſub-
eſt. quare vt eſt cibatio: fatemur textũ niſi mãducaueritis carnẽ filii hoĩs & ſangui-
nẽ eiꝰ biberitis nõ habebitis vitã in vobis cũ poſſibilitate legis/ſacramẽtaliter obli-
gatoriũ eſſe. nõ tamẽ adeo obligatoriũ: dũ ſumiẽ ꝓ ſacramẽto ſacramẽtorũ/vbi fa-
ciliores excuſatiões admittimꝰ. & hic nõ hæſitamꝰ puerũ baptizatũ/ſi ãte ſũptionẽ
euchariſtiæ deceſſerit: ꝑ effectũ prioris ſacramẽti regnũ cũ CHRISTO cõſecutu-
rũ/cũ hoc habeat/cuiꝰ euchariſtia ſacramẽtũ eſſet ſi ſumpſiſſet. Laudamꝰ tamẽ/oĩa
ſacramẽta hoc ſacramẽtũ ſequi: ea ꝓpter/vt pfectiſſime & ſignatũ & eiꝰ cõfirmato-
riũ ſignũ per exuberãtiorẽ gratiã cõſequamur/ qm̃ euchariſtia eſt ipſa bona gr̃a/ſi-
mul & ſacramẽtũ. Quis ĩ his oĩbꝰ ſimplex oculꝰ nos errare iudicare poſſet: vbi hũi-
liter quãtũ valemꝰ veſtigia pdeceſſorũ/praxim CHRISTI & aplorũ ĩſeq̃mur? Certe RESPON
q̃q̃ his ratiõibꝰ vos colorate nitemini defenſare: multa tñ q̃ agitis rephẽſibilia ſũt. SIO AD
ĩter q̃/hoc maxĩe: q̃ nõ cũ pace eccleſiæ ſed temere & vr̃a ſpõte (auctoritate ꝓhibẽ ARGV-
te etiã eccleſiaſtica) ritũ cõionis/iã nõ ſine cauſa quo ad ſanguĩs ſpeciẽ quo ad laicos MENTA.

incõsuetũ/renouastis/potius eligẽtes abscindi ab ecclesia q̃ a renouatione desistere. vbi hæc egistis/putãtes plus vtilitatis vos ex bibitiõe calicis ĩ separatiõe q̃ esu agni paschalis tãtũ/in vnitate & pace cõsecuturos: nõ recte iudicastis. Nõ enim vtiliter calix domini vnionis & pacis ꝓ causa diuisionis sumit̃: nec vitã cõferre potest extra ecclesiã quæ corpꝰ CHRISTI est/absciso mẽbro. nec vobis satis est: nisi diceretis reliquũ corpꝰ ecclesiæ a vobis abscisum vosq; verã ecclesiã/ĩ paruã Bohemiæ portiũculã coarctatã ꝑnciosius assereretis. In eadẽ quidẽ ecclesia remanẽte vnitate: varii posse ritũ esse sine periculo/nemo dubitat. vbi vero ꝑsumptuosa temeritas quẽcũq; ritũ vnitati & paci ꝑfert: etiã si in se bonus/sanctus/laudabilisq; foret/dãnabilis est. Dicitis ꝓcepto CHRISTI obediẽdũ esse primo loco: deinde ecclesiæ. & si aliud ꝓceperit ecclesia q̃ CHRISTVS: nõ ecclesię sed CHRISTO obediẽdũ. Certe in hoc est oĩm ꝑsumptionum initiũ: quãdo iudicãt particulares suũ sensum ĩ diuinis ꝓceptis/volũtati diuinæ cõformiorẽ q̃ vniuersæ ecclesiæ. Audi huiꝰ similitudinẽ ꝓpinquã: quẽadmodũ CHRISTVS loquit̃. nisi mãducaueritis carnẽ filii hoĩs & biberitis eiꝰ sanguinẽ: nõ habebitis vitã æternã in vobis. Ita idẽ loquit̃. Qui nõ renũciauerit oĩbus q̃ possidet: nõ potest meꝰ esse discipulꝰ. Origenes ĩ vltima homilia sup genesin: ꝓceptũ CHRISTI esse ait. & negat eiꝰ esse discipulũ: quẽ viderit aliqua possidentẽ.

Hieronymus. Vnde si ꝓceptũ est vt etiã Hieronymꝰ in secũdo dialogorũ actici & Critoboli dicere videt̃/tũc q̃a is solũ habebit lumẽ vitæ q sequit̃ CHRISTVM/& is sequit̃ qui eiꝰ

Augustinꝰ est discipulꝰ: cur apostolici/hæretici cõdẽnati sunt/qui ita hoc ꝓceptũ ĩtellexerũt/& practicarũt/vt ait Augustinꝰ ĩ libro Cathalogi hæreticorũ? Nõ alia certe de causa q̃ ꝙ ipsi se ab aliis possessoribus sepatarũt: iudicãtes ita stricte hoc ꝓceptũ sub pena dãnatiõis obseruãdũ & practicãdũ/licet nõ habere ꝓpriũ ĩ monachis & clericis plurimis laudabile sit/vt ibidẽ Augustinꝰ. certe tũc laudabile: quãdo ĩ vnitate ecclesiæ huiꝰ intellectus ꝓcepti practicat̃. & hoc fit exẽplũ. vbi pius etiã ĩtellectus ꝓceptoris/cũ maceratiõe/abstinẽtia/& insecutione vestigiorũ apostolorũ & praxis CHRISTI

Cyprianꝰ. extra vnitatẽ dãnat̃. Sicut ecõuerso rigorosus ĩtellectus ꝓcepti & deuius nõ dãnat̃: si vnitati ecclesiæ nõ ꝑponit̃/vti fuit circa baptismũ hęreticorũ/sancti Cypriani/& septẽ episcoporũ: de quo late ꝑ Augustinũ de baptismo & ĩ aliis multis locis. Vnde si ĩ symbolo/& eiꝰ intellectu/ꝓceptis/ac aliis etiã oĩbus sacramẽtis ĩter separatos ab ecclesia & ecclesiã cõcordia esset & ĩ hoc tãtũ discordia ꝙ nõ vniti cũ ecclesia a qua recesserũt: tales vitã cõseq nõ posse & sacramẽtorũ effectũ Augustinꝰ cõtra vĩcẽtiũ rogatistã apte ostẽdit. Iste vero ĩ ecclesia remanet: q suũ sensum ꝑsũptuose nõ eleuat supra dictamẽ maioris partis sacerdotii/qbꝰ verbũ creditũ est/& q CHRISTI legatiõe fungunt̃. In obediẽdo enĩ illi sentẽtię quã saniorẽ ecclesię partẽ videt affirmare: nihil periculi incurrit Christianus. Hãc q̃dẽ sentẽtiã ex CHRISTI doctrina: sanctꝰ Cyprianus elegãter deducit ad Nouatianũ/vbi ait CHRISTI veracẽ cõfessorẽ/maiorẽ melioremq; partẽ in vera fide/lege/ac disciplina dñicę veritatis ꝑsistere/quoniã portę inferi nõ præualebũt aduersus eã. veritas enim: cathedræ adhæret. quare mẽbra cathedræ vnita & põtifici cõiũcta: ecclesiã efficiũt/vt idẽ Cyprianꝰ ad florẽtinũ & pappinianũ/scribit cuiꝰ pars habet̃ septima q̃stione prima. Scire debes. hoc ele

Augustinꝰ gãtissime Augustinus/Alipius/& Fortunatus ad generosũ scribẽtes ostẽdũt: dicen

Alipius. tes/etiã angelo credi nõ debere potiusq̃ ecclesiæ dispsæ ꝑ orbẽ/quę romano põtifici

Fortunatꝰ. & cathedræ Petri adhæret. & ꝓ ĩfallibili regula salutis nostræ: CHRISTVS hãc tradidit ecclesiæ potestatẽ & auctoritatẽ/ vt cũ in vnitate cũ ipa ꝑsistimus q̃ cathedræ Petri adhæret per quã successores etiã maiorũ/CHRISTO capiti alligat/errare a

salutis nõ possumꝰ/etiã si in ipsa ecclesia alius/sic alius sic vadat. Dices fortassis. Ec- Bohemus.
clesia hodierna nõ ita ambulat in ritu cõmunionis sicur ante ista tẽpora: quãdo san
ctissimi viri/vtriusq; speciei sacramẽtũ necessariũ esse vi pcepti CHRISTI & verbo
& opere astruebãt. Potuit ne tũc ecclesia errare? Certe nõ. Qz si nõ: quomodo id ho
die verũ non est/qđ tunc oĩm opinione affirmabat/cũ nõ sit alia ecclesia ista/q̃ illa?
Certe hoc te nõ moueat: ꝙ diuersis tẽporibus alius & alius ritus sacrificiorũ & etiã Responsio.
sacramẽtorũ stãte veritate inuenitur/scripturasq; esse ad tẽpus adaptatas & varie
intellectas/ita vt vno tẽpore secundũ currentẽ vniuersalẽ ritũ exponerẽtur/muta-
to ritu iterũ sentẽtia mutaretur. CHRISTVS enim cui pater regnũ cæleste terre-
nũq; tradidit/in vtraq; præsidens/miro ordine angelorũ hominũq; mysteria ꝓ tẽ-
porũ varietate dispensat: & quæ singulis tẽporibus cõgruũt/vel occulta inspiratio-
ne/vel euidẽtiori illustratione suggerit. Hæc est doctoris sentẽtia Ambrosii xii epi Ambrosius
stola ad Herenniũ/Augustini ad Deo gratias in secũda quæstione de mutatione sa Augustinꝰ.
crificiorũ. Quare si hoc tẽpore distãtiori a CHRISTO/propinquiori antichristo/
ambulãtibus nobis in descensu remoto aliorũ vestigiis/quorũ alius sit ritus q̃ fue-
rit/non tamẽ propterea extra veritatẽ/sumus constituti/vt idem Augustinus ad Augustinꝰ.
Esitium monachũ de die nouissimo scribẽs aperte declarat. Quare etiã si hodie alia
fuerit interpretatio ecclesiæ eiusdẽ præcepti euãgelici q̃ aliquãdo: tamẽ hic sensus
nunc in vsu currẽs ad regimẽ ecclesiæ inspiratus vti tẽpori cõgruus/vt salutis via
debet acceptari/sicuti de baptismi forma apostolorũ tẽpore vbi in CHRISTI nomi
ne/& alio sequẽti vbi in trinitatis nomine/ac post hoc ĩ nomine patris & filii & spi-
ritus sancti varietatẽ legimus/secundũ tẽporis cõgruentiam salutẽ præstitisse. Ip-
sumq; diuinũ præceptũ nisi quis renatus fuerit/& ite baptizate: interpretationẽ tẽ-
pori congruentẽ absq; errore recepisse/vno tẽpore currẽte/vsu validam/alio inua
lidam. Cuiꝰ sentẽtiæ etiã de septuaginta interpretibꝰ Augustinũ fuisse/xviii libro
de ciuitate dei legitur: arguẽs ex concordia tot iterpretũ/inspirationẽ diuinã cre-
di debere/etiã si inueniret aliquid ab originalibus detractũ vel additum/& hoc eo-
dem instigante spiritu actũ quo originale dictatũ. Hanc sentẽtiã radicẽ vniuersa-
lium conciliorũ in omnibus pene cõciliis reperimꝰ canonizatã/quia ex vnanimita-
te omniũ etiã paucis resistẽtibꝰ/inspirationẽ diuinã/sententiã dictasse legitur. Fa-
tuum est ergo argumẽtũ: velle vniuersalẽ ecclesiæ ritũ ex scripturis prædecessorũ
arguere. legitur enim apostolos non tradidisse fidẽ per scripturas/sed per vocalem
impressionẽ breuissimi symboli: vbi inter ea quę ad saluationẽ necessaria narrãtur/
ecclesiæ sanctę ac sanctorũ cõmunio narratur. Vnde scripturæ de bene esse regimi
nis ecclesiæ etiã inceptæ & cõtinuatæ: nequaq̃ de essentia existere possunt. quia per
imperiũ alicuius tyranni Antichristi: omnes cremari & de mundo tolli possent/vt
quondã libri veteris testamẽti per Esdram laboriose recuperati. Vnde cũ hoc possi-
bile sit: non erunt de essentia ecclesiæ scripturæ cremabiles/ecclesia semper persistẽ-
te. & tunc manifestũ est: cum in veritate persisteret/hoc (vt verius) sequendũ/quod
vniuersalius cõmuniusq; esset/illisq; ex symbolo apostolico necessario cõmunican-
dum qui maiorem saniorẽq; ecclesiæ partem efficerent. Videmus etiam in scriptu-
rarum intelligẽtia: varia hominũ ingenia varios sensus explicare/variãq; auctori-
tatis scripturarum opinionem existere/possibileq; fore aut in auctoritate earũdem
aut intellectuũ inextricabilem dubietatem/hominũ mentes suspendere. vbi erit so-
lidum refugium peregrinãtium? Certe in alio nullo q̃ in militantis ecclesię vsu atq;
approbatione/siue hoc sit circa scripturam & eius auctoritatem atq; intellectum/

siue extra scripturam in consuetudine accepta per ecclesiam. in his enim firmitas
est: vt in solida petra ac veritatis columna / lex exarata quae talia dictat acceptanda
sit / aut sententia cui obediendum / aut opere in quo concurrẽdum. & ita via cuiusq
in ecclesia existẽtis / est: vt p ecclesiã ad scripturã eiꝰ / intellectũ aut vsum nõ scriptũ /
se cõuertat / nõ vt p scripturarũ auctoritatẽ ad ecclesiã pgat / & eã si cũ scriptura nõ
cõcordat iuxta priscorũ aut suũ intellectũ i operis exercitio ipune spernere possit &
scripturae inhęrere. Haec est oĩm sane itelligẽtiũ sentẽtia: q scripturarũ auctoritatẽ
aut intellectũ (vt Augustinꝰ de euãgeliis dicit) in ecclesiae approbatiõe fundãt quę
vnã accipit & alterã abiicit. & nõ ecõuerso: ecclesię firmamẽtũ in scripturarũ aucto
ritate locãt. licet & ecclesia ex scripturis p ipsã acceptis & approbatis: aduersus eos
qui ipsam ipugnare q̃rũt & nõ scripturã se iuuare cõsueuerit. & ecõuerso: si scriptu
rae impugnẽtur suã auctoritatẽ per cõmunionẽ ecclesię habẽtes p sua validitate / ad
ecclesiae acceptationẽ refugiũ petãt / vt ita i comuni medio disceptãtes cõcordẽt in
veritate. tamẽ possibile nõ est scripturã quãcũq siue ipsa pręceptũ siue cõsiliũ cõti
neat: in eos q apud ecclesiã existũt / plꝰ auctoritatis ligãdi habere aut soluẽdi fideles
q̃ ipsa ecclesia voluerit / aut verbo aut opere expsserit. Si enim dictauerit pceptũ / vt
dei pceptũ i scriptis redactũ acceptãdũ: p mediũ ecclesię auctoritas manifestata re
uerẽter est amplectẽda. si vero scripturã acceptat / & ipsam p cõmunẽ vsum etiã ali
ter q̃ priores practicãdo itelligit: ita cũ tali intellectu auctoritatẽ habeat. si vt cõci
liũ / dixerit ecclesia scripturã etiã in verbis pceptiuis explicatã / verbo vel praxi ac
ceptãdã cũ non habeat aliud auctoritatis q̃ vt p ecclesiã dictat: nõ ad verba / sed ad
experimẽta lẽ sensũ ecclesiae obliget. quoniã ecclesia est: q̃ nõ habet maculã neq rugã
erroris & falsitatis. Est enĩ corpus CHRISTI qui est veritas: & sic spiritu veritatis
cõtinue vegetat & regit / quia i ecclesia loquit CHRISTVS / & in CHRISTO eccle
Augustinꝰ. sia. Augustinꝰ sup psalmũ. xxx / & in sermone eiusdẽ de die pẽtecostes / & ipsa ecclesia
de seipsa hoc testimoniũ phibet i oratiõe quã p ordinatis fundit in die parasceues.
Dicetis forsitan pcepta CHRISTI quomodo mutabunt auctoritate ecclesię: vt sint
tũc obligatoria quãdo ecclesiae placuerit! Dico nulla esse CHRISTI pcepta / q̃ p ec
clesiã p talibus accepta: vt phabitũ est. Si igit cõstat ecclesiã illa pcepta vt talia lau
dare: illis vt CHRISTI pręceptis obediẽdũ esse nemo ambigit. Si vero circa pcepti
intellectũ & eiꝰ expositionẽ diuersitas cõcurrat / aut ex loco aut tẽpore: hic itellectꝰ
laudatus intelligit / quẽ maior vel sanior pars verbo aut opere approbat / eo nõ ob
stãte / q aliquãdo alius intellectꝰ in practica viguerit. & nõ est haec mutatio / tanq̃ a
minori auctoritate q̃ CHRISTI pcipiẽtis depẽdẽs: qm̃ ecclesia q̃ est corpꝰ CHRI
STI & eiꝰ spiritu vegetat / nõ aliud agit q̃ CHRISTVS vult. & ita mutatio ista in
terptatiõis: a CHRISTI voluntate ita nũc volẽtis ispirãte depẽdet. sicut pceptũ ip
sum quõdã iuxta illiꝰ tẽporis cõueniẽtiã aliter practicatũ: & pptera haec ligãdi &
Augustinꝰ. soluẽdi potestas nõ minor est in ecclesia q̃ in CHRISTO. Vnde Augustinꝰ quarto
libro de baptismo. Munus beatae vitae: nõ nisi itra ecclesiã reperit / q̃ supra petrã etiã
fundata est / quę ligãdi & soluẽdi claues accepit. Haec est vna: q̃ tenet & possidet oẽm
spõsi sui & domini potestatẽ. Idem ipse in septimo libro ac aliis diuersis locis / ait enĩ
ipsa veritas: nõ derelinquã vos orphanos / sed vobiscũ sum omni tẽpore vsq ad con
sũmationẽ seculi. Quare vniuersa catholica ecclesia ad Petri cathedrã conglobata:
a CHRISTO nunq̃ recedet qui veritas est. cum qua: CHRISTVS semper se man
surum pollicitus est. Varia sunt huius veritatis exempla. Nonne praeceptum sab
bati ante CHRISTI aduentum per ecclesiam quae tunc vna fuit cũ ista: intellectum

& practicatũ fuit de septimo die/Post vero CHRISTI aduẽtũ: practicatũ ĩ prima feria q̃ prima sabbati est, nõ sine maximo mysterio huius p̃cepti expletio ita introducta est a sancto spiritu: licet non cõstet nobis/aliter hoc CHRISTVM voluisse q̃ ex comuni ecclesiæ obseruãtia/quæ ei displicere nequit/& tamẽ nõ venit soluere legẽ CHRISTVS sed adimplere. vnde p̃ceptũ sabbati/iuxta volũtatẽ præcipiẽtis licet nõ sic vt quondã seruet: nõ tamẽ soluit/sed adimplet. Idem in sacramẽto matrimonii probat. Nõne deus dictus est ab initio eos coniũgere qui intẽtiõe & cõsensu mutuo cõcurrẽte cõtraxerũt/p̃ceptũq; est hominẽ separare nõ debere quos deus coniunxit/& manifestũ est cũ in paradiso institueret hoc sacramẽtũ/non habuisse quãcũq; graduũ & p̃sonarũ exceptionẽ: & tamẽ ĩ tẽporis successu opportunitate superueniẽte/dictauit ecclesia infra certos gradus cõiunctionẽ irrationabilẽ/& iudicauit si infra eos gradus cõiungerẽtur/postea separãdos esse/qui tamẽ antea/tãq̃ a deo cõiuncti nõ separabant/Et cõsequẽter ĩ nouo testamẽto visũ fuit post aliquot tẽpora/irrationabile fore/q; in sacris ordinib⁹ existẽtes cõtraherẽt/similiter & solẽniter vouẽtes, qd si facerẽt: separãdos esse. qui tamẽ ante tãq̃ a deo cõiũcti separari nõ potuissent. Sic consequẽter de tertio gradu cõsanguinitatis & affinitatis/& demũ de quarto gradu vsq; ad septimũ/& talia similia exẽpla plura/tã in aliis sacramẽtis/q̃ præceptis. quare manifestũ: sicut nõ iudicam⁹ deũ eos cõiũgere quos ecclesia iuxta tẽporis qualitatẽ rationabiliter nõ iudicat cõiungibiles/licet hoc idem alio tẽpore ante & prius rationabile iudicauerit/vt de p̃hibitione vsq; ad septimũ gradũ/licet etiã circa ipsas p̃sonas & qualitatẽ ipsarũ nihil sit innouatũ, sic & iudicam⁹ deũ per præcepta aliquãdo data: nõ aliud p̃cipere velle/q̃ qd ecclesia iuxta tẽporis cõditiones rationabile iudicauerit verbo vel opere. vt in primitiua ecclesia p̃ceptũ p̃priũ nõ habẽdi/fuit p ecclesiã simpliciter p oẽs vt sonat acceptũ: vt in actis apostolorũ & in libro Hieronymi de illustrib⁹ viris/vbi de Philone iudeo legit. Hoc enĩ tũc cõueniebat paucitati Christianorũ & plãtationi ecclesiæ. Postea vero intrãte multitudine gẽtiũ: nõ ita vniuersaliter cõueniebat. Vnde secũdũ rationabilẽ tẽporis cõgruẽtiã: idẽ p̃ceptũ absq; errore tũc p oẽs/postea p aliquos/monachos scilicet/extat adimpletũ. Habem⁹ itaq;(si ab oĩb⁹ scrupulositatib⁹ circa p̃cepta & eorũ intelligẽtiã aut variã ecclesiæ cõsuetudinẽ intelligẽdi aut operãdi secũdum p̃cepta CHRISTI aut patrũ erui voluerim⁹) ad ecclesiã firma fide & cõfidẽter recurrere/aliud si extra ipsam inuenerim⁹/p nostra salute minime curãtes. Forte cogitatis in his dictis meis hoc dubiũ remanere: ex quo rep̃hẽsionis vestræ sumim⁹ argumẽtũ, puta: dicitis de ecclesiæ potestate nemo catholic⁹ ambigit. Sed q; illa veritatis colũna sit quæ cathedræ Petri ac Romanę sedi adhæret: nõdũ p̃batũ est sufficienter. Iã hoc p scripturas ab illa ecclesia approbatas Augustini in allegato loco & alibi Hieronymi ad Damasũ .xxiiii. questiõe prima. hæc est fides. Per Ambrosiũ Athanasiũ ac alios laudatos doctores: ecclesia a principio hoc ex ore CHRISTI p̃latũ/tu es Petrus & sup hanc petrã verũ esse asseruit/docuit/& prædicauit/& q; p̃missio CHRISTI/q; inferi aduersus ipsam/nunq̃ præualebunt: ad eã ecclesiã quæ ad ipsam sedẽ tanq̃ primã vnita est pertineat/hactenus veraciter tenuit, licet non oẽs in ea sede successiue p̃sidẽtes ĩ sanctitate primi p̃stiterit: nõ tamẽ hoc cathedræ obfuit neq; obest/vt idẽ Augustin⁹ in p̃allegata epistola scribit. Veritas enĩ: cathedrę p CHRISTVM alligata est/quãdo dixit supra cathedrã Moysi sederũt scribę & pharisęi: q̃ dicũt facite. nõ p̃sonis: qa ait/q̃ faciũt facere nolite. Nolo tamẽ vt ex loco auctoritatẽ arguam⁹/cũ possibili sit aliquãdo ibi non futurũ põtificẽ/aut vrbẽ opprimi ab infidelib⁹/aut

Augustin⁹ Hierony. Ambrosius Athanasi⁹.

Augustin⁹.

desolari:sed ex prioritate episcopi sup cæteros in quo prior pricipatꝰ & altior sup
quosq; existit.Quare cũ nullo tẽpore a pricipio nascẽtis ecclesię ĩ alio cuiuscũq; loci
episcopo prior pricipatꝰ fuerit q̃ ĩ Petro/q etsi ĩ aliis locis vt trãsiẽs põtificis officio
vsus fuerit:in vrbe tamẽ romana vt in finali ad quã tendebat ipm pricipatũ erexit/
eãq; sedẽ martyrio cõsecrauit.hinc iubet Augustinꝰ:si scire velis an in ecclesia exi-
stas:hac vestiges ratione/si cathedræ romani pontificis adhęreas/quæ p continuas
successiones bonorũ malorũq; in Petrũ principẽ continuatur. Credendũ est hãc se-
dem sacratissimã:quo ad locum etiã inexterminabilẽ. Et tamẽ si casu/roma defice-
ret:ibi veritas ecclesiæ remanebit/vbi erit principatus & Petri sedes modo prædi-
cto.Cũ enim episcopi succedãt apostolis:primo apostolo/recte primus succedit epi-
scopus ad quęcunq; etiã particularẽ locũ aliũ a romana vrbe/fuerit sedes cõtracta.
Nec potest quoquo modo cauillari:iuxta sancti Cypriani sentẽtiã, quia cũ populus
adhærẽs põtifici particularẽ constituat ecclesiã/& cũ vnus sit per orbẽ principatus
qui suo priori adhærere debeat/Romanę scilicet sedi:erit necessario catholica eccle
sia illa/q̃ primæ sedi Petri adhæret.Et licet sæpe multi schismatica diuisione ab illa
romana ecclesia recesserit:nunq̃ tamẽ fuit/quin maior fideliũ numerus ĩ vnitate il-
lius Romanæ ecclesiæ ex fidelibus & primo episcopo cõpactæ/perseueraret. quare
in ea:nostræ saluti necessaria remãsit hactenꝰ & remanebit veritatis colũna. huius
stabilis veritatis exẽpla plura legimꝰ:quoties aliæ ecclesiæ/maxime Cõstãtinopoli-
tana a fide errauerit/& ab ipa Romana/fatua præsumptione se absciderit/& demũ
ad vnitatẽ ipsius & obedientiã reducta sit. Si quis scire voluerit:libellũ Leonis no-
ni cõtra præsumptiones Michaelis Cõstãtinopolitani patriarchę legat/simul & an
tiquorũ conciliorũ gesta in constãtinopoli/in vrbe Romana/ac lugduno & alibi ce-
lebrata reuoluat. Ita de Alexandrina ac aliis patriarchalibus sedibus: paria plura
fueniet. Nullũ tamẽ eorum de Romana ecclesia nut ꝙ ipsa vnq̃ a fide errauerit/aut
p quãcũq; sedẽ fuerit reducta cõperiet.sed sicut alię ab ipa aliquoties recesserũt ĩ er-
rorẽq; ceciderũt:ita p pricipatũ fortissimũ Petri/debiles demũ cõfortati in fide/ad
eiꝰ vnionẽ reducti sunt. Vnde infallibilitatis refugiũ est: ĩ vniõe esse cũ pricipe ĩ ec-
clesia/q̃ oĩs pricipatꝰ spiritualis/tã Petri ĩter apostolos & iudæos/q̃ Pauli ĩter gẽtes
vti legitimꝰ successor vtriusq; potestatẽ habet/ob salutẽ CHRISTI fideliũ ĩ ædifi-
cationẽ ecclesiæ. Nec mysterio caret Romanũ põtificẽ auctoritate pricipũ Petri &
Pauli ligare & soluere:qm horũ vnicꝰ successor existit.& ãbo pricipes:vnꝰ sedis &
episcopatus titulũ erexerũt/vt in vniuersa ecclesia ex iudæis & gẽtilibus cõgregã-
da/tũc vnus principatus in vno episcopatu/ac vna CHRISTI ecclesia existeret/de
vtriusq; tã Petri ĩter apostolos & iudæos q̃ Pauli inter gentes primatu immediate
a CHRISTO vtriq; collato: Ambrosius elegãter explicat sup epistolã ad galathas/
quæ hoc nobis insinuat.Potuit tamẽ vterq; vbiq; ecclesias fundare tã in circũcisiõe
q̃ p pręputio:licet pricipalis cõmissio cũ primatu Petri fuerit in circũcisione/& Pau-
li in pręputio.Nec in hoc alter alteri suberat:sed ambo sub CHRISTO immediate
vt ait Ambrosius ibidẽ/& secũdo libro de spiritusancto.Idẽ ait Augustinꝰ sup eãdẽ
epistolã ad galatas/& Hieronymus secũda quęstione septima.Paulus.tamẽ ĩter hos
primatus prior erat Petri q̃ Pauli:qui meo iudicio/licet in circũcisione se primo di
lataret/irrestrictus tamẽ erat ex cõsequẽti quo ad gẽtes.& ita ex ipsa prioritate pri
matus Petri/irrestrictaq; potestate apostolatus missionis & legationis CHRISTI:
possemus dicere nihil Petro defuisse/ qđ singulariter Paulo collatum sit a CHRI-
STO.Quare actũ est diuina ordinatione: ꝙ etiã si quid fundãdæ sedis primatus in

tota ecclesia Petro quo ad gẽtes defuisset/Pauli primatus concurreret/qui vna die
tanq̃ vnus cõmunis principatus sedẽ glorioso martyrio consecrarũt/vt dicit Am-
brosius secũda questiõe septima. Beati. qui quidẽ vnicus primatus: per singulos suc-
cessores in ecclesia viget cũ plena ligandi soluendiq; potestate. nec est opus hoc loco
inuestigare: an ideo veritas infallibilis sit in ea ecclesia. Quia ad sedẽ illam vnitur:
tanq̃ a sede riuus ille veritatis priuilegialiter emanet. vel quia episcopat⁹ ille eccle-
siam amplectitur; ideo ille episcopatus ab ecclesia infallibilitatẽ sortiatur. aut neu-
trum horũ: quoniã puto ꝙ hoc nõ sit ad nostrũ propositũ necessariũ. Licet credam
ex mutua adhærẽtia exurgere infallibilitatẽ: sicut esse humanũ ex vnione animæ &
corporis: vti Cyprianus dicit ecclesiã esse in episcopo/& episcopũ in ecclesia. Ita &
hic primatus amplectitur ecclesiã: sine qua nõ est/& ob quã est. ecclesia amplectitur
principem: sine quo vna non est/nec bene persistere potest absq; scissura in vnitate.
quæ quidẽ vnitas: est de essentia ecclesiæ/vt primatus ꝑpter ipsam vnitatẽ conser-
uandã. vt ait Hieronymus contra Iouinianũ Petro primatũ traditũ: vitandi schis-
matis causa. Vnde etsi in ecclesia quædã appareat materialitas inquãtum subiecti-
ue consideratur ad regimẽ principũ/& in primate formalitas/vt ex ipsis tanq̃ ma-
teria & forma constituatur infallibilis illa ecclesia catholica quasi ex vtroq; consur-
gens: tamen in parte ecclesiæ quædã prioritas videtur/vt Hieronymus ait. 95. di-
stinctione. Olim. & 93. distinctione. Legimus. Sicut & in aliis naturalibus vbi forma
educitur de potẽtia materiæ: ita de potẽtia ecclesiæ educit̃ ille primat⁹, qui eo ipso
ꝙ eductus est: respectiue se habet ad ecclesiã propter quã est/& diuino gaudet præ-
sidentiali priuilegio ex successione. Et iam ista sufficiant q̃ breuissime dicta: vt scia-
mus ex mutuo complexu ecclesiæ & primat⁹ veritatẽ ecclesiæ persistere infallibili-
ter/sicut indiuidua veritas ex vnione naturali & concordanti materiæ & formæ de
eius potentia eductæ/& in ipsa inchoatæ. nec pati potest hæc sententia calumniam
quo ad veritatem saluationis: quoniã fides ab ecclesia nunq̃ deficiet. qui hoc nõ cre-
dit: CHRISTO & veritati non credit. qui autẽ fidem habet & apud cor suũ irre-
præhensibilis est: cum fiducia impetrat quia mãdata seruat. primæ Ioannis cap. ter-
tio. Quare ecclesia pro tẽpore iudicans ita expedire vti agit: irrepræhensibiliter se-
quenda est/quia fidem habet & mandata seruat/etiam si in hoc iudicio aliquid exe-
quens deciperetur. sicuti cũ iudex falso testimonio circũuentus/excõmunicat inson-
tem: cum nihil agat in quo cor suũ eum repræhendat ad hoc/mãdata nõ transgre-
ditur/sed ipsa seruat cũ dicant secũdũ allegata & probata esse iudicandũ. & innocẽs
obediendo sentẽtiæ/& eapropter se a corpore domini sepatãs: nõ perdit gratiã aut
vitã quã ex sacramẽto cõsequeret̃/sed ecclesiæ etiã deceptæ obediẽdo/in omissione/
salutẽ consequit̃. Dico in omittẽdo: aliter licitũ & sanctũ si nõ ꝓhibitũ/siue ibi causa
subsit siue nõ/siue illa causa q̃ subesse debet aut ꝓpter quã/vera sit siue nõ/quoniã in
omittẽdo aliquẽ licitũ meritoriũ actũ non perditur salus quæ per internã accessio-
nem vbi per se quis accedit ad deũ semper viuentẽ imperpetuũ/haberi potest/ad he-
bræos septimo. & vsq; ad illũ volũtatis internũ liberũ actũ: ecclesiæ prohibitio non
attingit. & ideo cum absq; periculo salutis omitti possit actus de genere bonorũ/ne
detur rebellãdi potestas p inobediẽtiã: poti⁹ est obediẽtia eligẽda sine qua nemo ꝓ-
bus esse potest/q̃ ex ꝑsumptiõe innocẽtiæ/ꝓhibitus actus faciẽdus. nõ tamẽ idẽ in il-
licitis actib⁹ faciẽdis addo: neq; si mãdat̃ ex iudicis ꝑcepto qđ illicitũ est/obedire de-
beo/vbi iudex circũuẽtus hoc ꝑcepit qđ ego eũ ꝑcepisse nõ ꝑsumo si veritatẽ scioif-
set, quoniã si sine dei offensione peragi neq̃t: poti⁹ tũc deo q̃ iudici obediẽdũ/ne pdã

salutē iuxta Iacobi apostoli sententiā/qui in vno offendit/omniū erit reus. vt in c.literas.de resti.spoli.De senten.excō.inquisitioni.xi.q.tertia.Qui resistit cū sequētibus ibi positis.Dico/quādo psumo si veritatē sciuisset nō mādasse:quoniā nō est voluntas ecclesiæ nisi ob causas propter quas decet.quibus cessantibus/absq; perplexitate potius deo obedire debeo:cuius mādatum ppter causarum falsitatē per ecclesiā nō est epikizatū. Secus igit̄ si ecclesia diuinū pceptū limitaret aut interptaret epikizando ex causis quas rationales iudicaret & quæ veritati subessent:impune is dispēsatiōe ecclesiæ tūc vtitur vbi causæ cōcurrūt/vel mādato sine animæ detrimēto parebit/immo impune nō parere nō poterit/vti probat̄ hoc quo ad pręceptū sabbati.c.licet de feriis.Quare manifestū est:quādocūq; cōstat de volūtate ecclesiæ pura/illi obediendū esse tā in omittēdo q̄ faciendo/aliter vt ethnicus habēdus/qui ecclesiā nō audit.si cōditionalis fuerit volūtas:inquātū scilicet causæ veræ fuerint quæ causam præstāt pcepto aut phibitioni ꝙ pareat̄.si pceptū alias illicitū esset & causæ falsæ:nō vult ecclesia ꝙ obediat̄.in phibitionib⁹ vero/etiā ex falsa causa quæ apud ecclesiā vera psumitur: ob bonū obediētiæ etiā a licitis est abstinēdū.xi.q.iii. quid ergo.vti iniusta excōmunicatione ex falsa causa.xi.q.iii.sentētia pastoris.& matrimonio phibito in sacris existētibus seu phibitis gradibus & aliis multis exēpla patent Habemus itaq;:repħensibilē esse oēm psumptionē cōtra ecclesiæ ritū/inobediētiāq; vsq; ad schismaticā diuisionē dānabilem/nō obstāte quocūq; colore aut ex praxi aut scriptura quacūq; pro resistentia & inobediētia allegata & assumpta.Ex qua cōclusione euacuatur oīs vestra intētio cū suis quibuscunq; rationibus: cum & vsus vniuersalis ecclesiæ hodiernus ac romanæ ecclesiæ præceptū in ipso vsu rationabiliter fundatum:nullam excusationem admittant.

Epistola.III.R.P.NICOLAI de Cusa CARD.Ad Bohemos.



Vanq̄ satis aperte constat ex priore epistola/nō cōuenire vobis Bohemis ex quacūq; causa non cōsentiente catholica ecclesia/ppria auctoritate cōmunionē renouare sub vtraq; specie/hinc verum nō est plus gratiæ ex duplicis speciei cōmunione vobis aduenire sed min⁹/q̄diu in schismate hoc agitis/neq; etiam patiēte ecclesia/plus aliis sub panis tantū specie cōmunicātibus/gratiæ cōsequeremini/cū nihil (vsu ecclesiæ approbāte) ipsis desit quod recipere teneātur & nō receperint: tamē hāc partem clariorē faciā breui manuductione. Arbitraria potestas ecclesiæ credita irrestricte a spōso ligādi & soluēdi: iudicat & discernit inter meritoria opera.& vnū pfert alteri:secūdū locū & tēpus iudiciū variādo.vti quōdā vita cōiugalis virginali:post hæc virginalis plata cōiugali existit.& de his: multas ex tēpore circa sacrificia & sacramēta mutationes legim⁹.& nō est dubiū quin p tēpore existēs/iuxta Salomonis doctrinā quisq; suū iudiciū & sensum/ne ppriæ innitatur prudētiæ/ecclesiæ iudicio subiicere & conformare debeat.Qui ergo secūdum hoc iudiciū operat̄:per cordiū & volūtatū scrutatorē remunerat̄ iuxta feruorē operantis.Quare necesse erit:iudiciū ecclesiæ in illis cōforme esse iudicio dei remunerātis.Ita vt sicut quondā cōiugiū præferebat̄ castitati p ecclesiā/ita & apud deū remunerantē:& postea mutato iudicio ecclesiæ/mutatū est & dei iudiciū. Si itaq; ec-

clesia aliquē actū ob causas tūc tēporis existētes iudicat actum magni meriti / & alio
tēpore aliū maioris vti pro refectione pōtis / pacis tēpore necessarii iudicat cōtribu
tionē maximi meriti ppter periculū totius rupturæ incūbētis / nō tanti si periculū
nō adesset / alio vero bellorū tēpore ppter hostiles incursus qui per pontē ipm in pa
triæ lęsionē factus fuerit / iudicat magnū meritū contribuere p destructione eiusdē
pontis / & tale suū iudiciū exprimit cū numero indulgētiarū tēpore maioris & mi-
noris: & operās / & cōtribuēs / nūc refectioni / nunc destructioni secundū iudiciū ec-
clesiæ intēdēs / meritū per tēpus mēsuratū gradualiter prout tēpus sonat cōsequet /
erit manifestū magnitudinē meriti plurimū a iudicio ecclesiæ dependere. Quare si
ecclesia nūc iudicat contribuentē duos denarios pro aliquo pio opere consecuturū
meritū vt decem / & alio tēpore aut paupertate hominū supueniente aut charitate
refrigescēte / aut nemine ad pontē oculū habente ad hoc q & pons reficiatur & cha
ritas reuiuiscat / iudicat vnū denariū dantē idem meritū vt decē consecuturū: non
dubium quin diuerso tēpore idem meritū sequatur opus simplex / qđ quondam du
plum. Pariformiter: de gratia sacramētali. Si ecclesia quępiam excōmunicat / vt pau
lus corinthiū: nō hoc facit vt ipm gratia & vita priuet, quia nō mortalis sed medi-
cinalis est excōmunicatio: sicut Paulus excōmunicauit corinthiū vt spiritus saluus
fieret in die domini. Si igit ecclesia iudicat couenire saluti excōmunicationē: mani-
festū est obedientē / gratia & vita nō priuari ex eo quia ad participationē dominicæ
mensæ nō accedit / sed cōsequitur per actū obediētiæ eandē gratiā vitæ. Et sic in ec-
clesiæ obedientibus eundē finē habet cōmunicatio & excōmunicatio. Pariformiter
ex eodē ecclesiæ iudicio: eundē finem gratiæ & salutis obediētes consequūtur ex ipsa
sub vna specie cōmunicatione / nunc / sicut quondā sub diuersis. Et similiter etiā obe
dientes nunc & ecclesiæ vniti p eius cōsensum sub duplici specie recipiētes: nō plus
consequūtur q̄ sub vna tantū / vsu cōmuni ecclesiæ acceptāte & approbante. Vnde
ex cōmuniōe vtriusq speciei vobis Bohemis hodie illicita / quia præsumpta cū scis-
sura ecclesiæ / si cōsentiente ecclesia inoleuerit: nō plus gratiæ & vitæ consequimini / q̄
ante renouationē ex cōmunione sub panis specie fuistis cōsecuti. Nihil enim vobis
tūc defuit: qđ ecclesia opportunū iudicaret, quare nihil gratię: quā ex specie sangui-
nis separatim subinde recipietis. Vnde etsi alia gratia p corpus sub panis specie alia
per sanguinē sub vini specie erogatur: nō tamē alia sanguinis gratia futura post do
minici corporis sacramētū expectat quæ non corporis sumptionē consecuta sit: vbi
post cōmunionē panis / calicis cōmunio / approbāte ecclesia nō expectat. Recte (vti tē
porib⁹ quondā primi Iulii papę / quādo quidā ppria auctoritate a ritu sub vtraq spe
cie cōmunicādi recedētes / loco vtriusq intinctū panē dederūt / & non recte ritū sua
auctoritate īmutare poterāt: p ipm Iuliū papā rephēdebātur vt de cōse. d. ii. cū om
ne. Post hoc nihilomin⁹ in ecclesia catholica (licet nouitati primo Iulius restiterit)
ex certis rationabilib⁹ causis ritus extat introductus cum intincto cōmunicandi in
multis locis / vt in cōcilio Turonēsi / statutū legitur, de quo in libro Buchardi v. ca. Buchard⁹.
vt omnis presbyter, vniuersali ecclesia demū approbante & nō contradicēte. Qua-
te illud gratiæ quod quōdā seruato priori ritu sub diuersa specie Christianus cōse
quebat / nunc comedēdo separatim tūc & bibendo: illud postea ex vnico actu cōmu-
nionis sub specie intincti panis extat assecut⁹. Et licet tūc nō parua altercatio ī prin
cipio mutationis illius prioris ritus ī ecclesia fuerit ob praxim CHRISTI & priorū
patrū vt i eodē ca. cū omne: tamē vniuersalis eccl'ia qa ita tēpori cōgruebat populū
cū intincto pane cōmunicare pmisit. De qua re quidā religiosus frater Arnolfus / ad Arnolfus.

quæstionē cuiusdā Lamberti circa illa tēpora scribēs: dicit post principiū. Prima ergo posita percontatio de altaris sacramēto extitit: cur hodierna cōsuetudo ecclesiæ censeat porrigi corpus dñicum aliter q̄ a dño in cœna discipulis fuit distributū. Id enim quotidianus vsus ptendit ecclesiæ/ vt porrigat hostia sanguine intincta: cū a dño prius corpus/deinde sanguis porrectus fuisse memoretur/etiā Iulio papa illud quondā prohibente. De cuius dubietatis ambiguitate: qđ itelligimus/qđ a nostris doctoribus accepimus: respōdere parati sumus. Redēptor noster veniēs in mundū/ quia propter hominū salutē inter homines apparuit/quæcūq; reparationi humanæ infirmitatis accōmoda seu necessaria fore præuidit: sicut oportere vidit in sapiētia sua/ita ab oībus fieri/& esse voluit in ecclesia sua. hæc eis quæ faciēda erāt: eis cū quibus cōuersari dignat⁹ est/verbo vel exēplo insinuauit/certū quo faciēda erāt/ præfigere modū omittēs. Hinc esse videtur: qđ ait hoc facite in meā cōmemorationem. non ait hoc modo facite. & ite baptizate. non ait hoc modo semel aut ter mergendo. non ait: scrutiniū facite. charisma conficite. quare insinuasse videt circa modū mutationē ex causis rationabilibus accidere posse: sicuti hæc experientia in multis cōperimus. quia discipulis post cœnā: nobis ieiunis traditur. vt August. de consecra. d. ii. Liquido. Hieronymus ad Ianuariū narrat super epistolā ad Titum: quomodo prius cōmuni sacerdotum cōcilio ecclesia regebatur. 93. d. Legimus. &. 95. d. Olim. imponebatur aqua calici: quæ per CHRISTVM imposita nō legitur. Alius est ritus hodie conficiendi. alius fuit quondā. & post pauca dicit. ob honorē & reuerētiā sacramēti & periculū effusiōis/ ac vt sacerdos sine periculo ministrare posset: consuetudinē introductā panem intingēdi. Ad decretū Iulii respondet. Q₂ licet rationabiliter pro suo tēpore fuerit institutū: præualuit tamē postea rationabilis ecclesiæ cōsuetudo/quæ cum inualescit/decreto derogat. vt & decretū Telesphori de tēpore celebrationis missæ/& aliorū de tempore baptizationis/ et chrismationis in fronte/cū multis similibus per consuetudinē aliter introducta/ pro tēporis conuenientia reperim⁹. Ad hoc enim tēdit volūtas pastoris: vt q̄diu poterit pdesse saluti obseruet decretū. quare p rationabilē consuetudinē: nemo dubitat ipsis statutis derogari. Super addit aliā rationē dicens. Q₂diu ob persecutionē fundendus fuit sanguis/CHRISTI fidelium: voluit CHRISTVS/ dum memoriā fusionis sanguinis CHRISTI per sumptionē calicis agerēt/ ꝙ ad mortis & sanguinis fusionis tormēta viriliter confortarentur. Iuxta illud. ad magnā mensam sedisti: scito quoniā talia oportet te præparare. Ex quo videt mihi vt infra dicetur/colligēdū: vsum sacramēti charitatem ecclesiæ ad CHRISTVM ostēdere. vt tunc sæpe & sub vtraq; specie: quādo ardens est. tunc rarius in anno: quādo calida est/ & sub intincti panis specie. tūc rarissime I anno & sub vna specie: quādo tepida est/vt hoc tēpore. & qa tūc erāt nōnulli qui primū ritū vtriusq; speciei nondū reliquerāt/ qui tamē hos non iudicarūt qui ritū mutarūt: ideo nec ecclesia eos/ꝙ primū ritū obseruarūt. Quare ait circa finē quæstionis huius: omittimus de ea re vlterius loqui/fautores dominici ordinis nequaq̄ arguētes/ecclesiasticę vero disciplinæ cautelā/minus prouidis cōmēdātes. Videtis exinde notandū: quomodo diuersus ritus incōcordāti vnione ecclesiæ catholicę æqualiter laudatur. Nec hic ideo melior/quia ordinem dñicum sequitur: quādo ali⁹ ob ecclesiasticę disciplinæ cautelā/per ecclesiā admissus/ per oīa ordinem ipm sequi postponit. Patet etiā ꝙ si comedere & bibere sacramētaliter caderēt sub præcepto: nō tamē obligarēt ad aliter faciendū ipsam bibitionē & comestionē q̄ habet ritus ecclesiæ p tēpore/nūc separatis speciebus/nūc sub intincto pane/& nūc

sub altera specie sub qua totus CHRISTVS est corpus & sanguis/licet ipsa species non sit nisi aut edibilis/aut potabilis. sicut intinctus panis nõ fuit potabilis:per quẽ tamẽ/præcepto de bibẽdo si ꝓceptũ est/fuerat satisfactũ.dixi si sub diuino ꝓcepto caderet iuxta formã textus nisi mãducaueritis & biberitis:quẽ tamẽ vt ĩfinita doctorum scripta vulgata trãseam/nõ de sacramẽtali mãducatione loqui/sanctus Hilarius per cõmunẽ nos instruit regulã/in sexta generali synodo positã/ex nono ipsius veritatis defensoris libro de sancta trinitate extractã.cuius:hæc sunt verba. Natus vnigenitus deus ex virgine homo/ & secũdũ plenitudinẽ tẽporis in semetipso ꝓfecturus in deũ hominẽ:hĩc per oĩa euãgelici sermonis modũ tenuit/ vt se dei filium credi doceret/& hoĩs filiũ prædicari admoneret locut⁹ est/& gerẽs homo vniuersa quæ dei sunt/loquẽs deinde & gerẽs deus vniuersa quę hominis sunt.ita tamẽ vt in ipso vtriusq; generis sermone:nunq̃ nisi cũ significatiõe hominis locutus & dei sit. hæc ibi.Cũ igit̃ CHRISTVS hæc verba cũ ĩ Caphar naũ doceret/locut⁹ est/quare cũ de trãsitoria vita quæ ꝑ esum & potũ prestat̃ locutus fuisset iuxta suã ipsius sententiã quia nõ in solo pane viuit homo/sed in verbo dei: ostendit se verbũ vitæ esse & vitã præstare/ hocq; verbũ incarnatũ filiũ hominis esse. quare dicit nisi mãducaueritis carnẽ filii hominis.Hæc autẽ expositio:nõ minus placet Augustino.26.Homilia super Io.quia dicit: vitã de vita locutã/vt se ostendat vitam omniũ sibi adhærentiũ. Vnde vt ita ĩtelligit̃:tũc est prima & sũma veritas cõtinẽs CHRISTVM deũ & hominẽ viam/veritatẽ/& vitã omniũ sibi adhærentiũ.& manifestũ est: hanc adhęsionem per fidem & charitatẽ fieri.Ait enim. Qui credit in me:habebit vitam æternã/& nõ morietur in æternũ.Cuius adhęsionis:excellẽtissima Pauli epistola ad Ephesios/modũ exprimit.Et Ambrosius 17 epistola ad Herenniũ admodũ elegãter exponit:quomodo illa est per cõuersionẽ interni hominis per fidẽ ad CHRISTVM sine qua est impossibile deo placere. Vnde siue illa adhęsio vocet̃ fides/siue incorporatio ad corpus CHRISTI/ siue spiritualis refectio per quã viuit anima/ & ideo in vita & vita in ipsa:tunc est supremę necessitatis/ antecedens omnia sacramẽta tãta distãtia ꝙ sine ista nemo vnq̃ viuere potuit nec poterit/licet multi qui viuũt & viuent perenniter omnib⁹ caruerint visibilib⁹ sacramẽtis. nõ tamẽ nego secũdũ Augustinũ de verbis domini/& super psalmũ.33/& alios/fidelibus in præfatis verbis sacramentũ eucharistiæ posthoc institutũ cõmendatũ/ sine quo tamẽ infantes baptizati vitã cõsequi possint: quia CHRISTO incorporati.quia id sunt:qđ sacramẽtũ significat vt ait Augustinus sermone de infantibus ad altare accedẽtibus. Et sic cũ hoc sacramẽtũ prout cibus est sit grandiũ & iudiciũ rationis habẽtium (qđ innuit apostolus ꝑ verba ꝓbet seipsum homo)& nõ diiudicare nõ valẽtiũ quoniã discreta ratio diiudicare sciẽs/per hanc sapientiã & veritatẽ incarnatã pasci debet.quare vt sic:infantibus nõ cõuenit. sed vt superius afferebat̃ aliquãdo vt sacramẽtũ effectus prioris sacramẽti/quasi vt ipsam cõfirmaret tradebatur infantibus: sed non de necessitate salutis vt dicit Augustinus.quia iã pueri id fuere cõsecuti:cuius hoc est sacramentũ. vnde manifestũ est:vitam sine hoc sacramẽto haberi/& hunc textũ præfatum dicẽtem non habebitis vitã in vobis:non posse de sacramẽtali esu intelligi/sine quo probatũ est pueros auctoritate Augustini viuere. sed tamẽ cum non sit dubium/nullum sacramẽtum simpliciter necessarium/& tamen quodlibet secundum suam conditionem & possibilitatẽ cum debita reuerentia merito amplecti debeat/ conclusiones/disputationes/&auctoritates sæpius allegatas hincinde ex quib⁹ vos necessitatẽ præcepti probare/nos vero declinare contẽdimus/missas nũc facientes/

Hilarius.

Ambrosius

Augustin⁹.

quoniam superiora satis ostendunt auctoritatē ecclesiæ pręferendam scriptoribus:
vt clarius finaliter cōspiciatur veritas.altius ꝓspiciētes dicamus deo trino vnū tē-
plum trinū ex angelicis spiritibꝰ/ex beatis aīabus/peregrinātibus hominibꝰ subor-
dinatū/vt ait Augustinꝰ.56.cap.in enchiridion/ & Ambrosius ad Herenniū. pars
vero militās:ex trinitate est/sacramēto vt spiritu/sacerdotio vt anima/ & fidelibus
vt corpore.Postq̄ enī peregrinamur/nōdū finē attingētes in via positi:p signa tanq̄
in speculo & ī ænigmate/quārū viæ possibile est/capiti nostro spirituali cōiūgimur.
& ipsum quē facie ad faciem videre nequimus:per fidem sub sacramētalibus signis
attingimus.quare ipsa sacramēta sunt in ecclesia peregrinante:tanq̄ CHRISTVS
in patria/sacerdotibus vt ministris angelicis existētibus/& fidelibus/fideliū beata-
rum animarū typum gerētibus/ vt tota ecclesia peregrinātiū subsit toti triūphan-
ti.Erit itaq̧ prima & altior pars spiritualior scilicet sacramētorū/primo loco eccle
siæ adeo necessaria:ꝙ sine ipsa/ ecclesia vt ecclesia mediū vnionis cum triūphāte ac
CHRISTO capite habere nō posset. Nec ecclesia quæ per fidem sub signis CHRI-
STVM amplectit̄ ecclesia peregrinantiū esse posset:illa parte suꝑma & essentiali nō
existēte. Vnde q̄uis omnia ipsa sacramēta eiusdē capitis sint sacra signa/ipm secū-
dum varios nostrę salutis respectus repſentātia:tamē inter ipsa in ordine ad corpus
ecclesiæ/graduatio necessitatis existit/vti in eodē rationali spiritu diuersæ potētiæ
sunt secundū sub & supra/in ordine ad hominē se habētes.ex quo euenit:ꝙ sacramē
tū ordinis in ipsa ecclesia est de prioribꝰ sacramētis.quoniā per ipm:sacerdotiū cō-
stituitur.& p sacerdotiū:alia sacramēta cōficiūtur & ministrant̄.Sacerdotiū vero:
est vt aīa quæ inter spiritū & corpus est viuificans/& gubernās ipsum corpus p in-
Naziázenꝰ fluentiā spiritus/vt elegāter Gregorius Nazianzenus in apologetico suo declarat.
vnde sicut in homine secundū Augustinū super symbolū/est spiritus rationalis deo
proximior/deinde in infimo loco corpus/& in medio tanq̄ partē capiēs vtriusq̧ ani-
ma/corpus animās tanq̄ mediū per qđ spiritꝰ vitā corpori influit: ita spiritualia sa
cramēta per mediū ordinis/sacerdotio cōiungūtur/& per mediū sacerdotii influūt
vitā populo fideliū.ad instar: vt in hierarchiis superioribꝰ primus ordo illuminat/
secūdus:illuminatur & illuminat.tertius:illuminatur tātū. Vnde cōsideratur ne-
cessariū fore ꝙ ipsum sacerdotiū continuetur p continuā successionē vsq̧ in primū
maximū sacerdotē scilicet CHRISTVM:quoniā si aliquādo rupta fuisset talis cō-
tinuatio/nō esset idem CHRISTI sacerdotiū.nec fuisset:qui ipsos subsequētes sacer
dotes cōsecrasset.Nemo enim dare potuisset: qđ nō habuisset.quare ea quæ secūdū
Augustinū superius de cathedra Petri dicta sunt:ad hoc tendunt.cū CHRISTVS
Petrū primū sacerdotē cū plena potestate ligādi & soluēdi cōstituerit & ita eū mi-
serit sicut ipse a viuente patre missus fuit:eidem tradidit alios successores eiusdem
potestatis constituendi sacerdotes. Hoc quidē sacerdotiū ita a capite inchoatū: per
successiones ad nos vsq̧ ptinet. nec vnq̄ deficiet talis successio legitima sacerdotii:
cū necessario tota deficeret ecclesia. & hinc ecclesia quæ sacerdotē habet qui cū hac
successione a CHRISTO & Petro nō descēdit:nō est de ecclesia catholica.quoniam
non potest nec vere regi:nec vera habere sacramēta.CHRISTVS enim per mediū
suorū legitimorū sacerdotū qui eius potestate & legatione fungūtur : omni tēpore
cōficit & renouat sacramēta/& per mediū ipsorū sacramētorū gratiā partit̄ fideli-
bus. quare vbi in CHRISTO diuinitatē/animā rationalē & corpus cōsideramꝰ in
vnitate suppositi:ita ī vna ecclesia sacramēta/sacerdotiū/& populū.& sicut CHRI-
STVS secūdū humanitatē fuit rex & sacerdos/ & hæc humanitas rationalē animā

pricipalius respicit: ita CHRISTO succedūt legati sacerdotes / regnū in ecclesia ac sacerdotiū possidētes. Vt aūt rationali animę CHRISTI fuit hypostatice diuinitas vnita / secūdū quā potuit ipsa aīa rationalis ī diuinas & miraculosas operationes supra naturā sanādo aliquādo signis mediātibus vt quādo manus īposuit / verba locutus est / lutū fecit & oculos liniuit / benedixit / & fregit & huiusmodi: ita & voluit sacerdotio quādā diuinā potestatē inesse / p quā & sacramēta cōficerēt quae operationem supnaturalē haberēt / ac etiā ipsi operarētur ligādo & soluēdo virtute potestatis regiae / & per mediū sacramētorū virtute potestatis diuinae / eaq; finaliter hominū saluti cōuenirēt, pp̄ter quā quidē salutē: CHRISTVS venit & factus est homo / rex & sacerdos. Vnde cū hoc ita sit: manifestū est ī potestate sacerdotii ministrationē sacramētorū esse / maxime hui⁹ diuinissimi sacramēti eucharistię, vt infra dicet. Oporter autē q̄ sacerdotiū cōsideret / aut prout est de corpore fideliū & ita se habet pure passiue in particularibus psonis: quia sacerdotes vt priuatae psonę de corpore fideliū existētes ab aliis sacerdotib⁹ publicā psonā gerētib⁹ ligātur & soluunt, aut se habēt vt officiū sacerdotale publicū gerētes: & tūc ligāt & soluūt ī virtute ereditae potestatis & legationis, aut se habēt vt ministri dei summi / typū CHRISTI gerentes: & sic sanctificāt & cōficiūt sacramēta gratiā cōferētia & sanctificātia. Quare sacerdotiū materialiter vt est de corpore fideliū cōsideratū: subest legibus fidelib⁹ datis in recipiēdo sacramēta / ad CHRISTVM ac aeternā vitā ordinata. Vnde si pręceptū est fideles cōmunionē eucharistię sumere debere: hoc praeceptū eo modo quo possibile est fieri ita obligat sacerdotes sicut alios, dico modo possibili: quoniam lex possibiliū est / & ad impossibile / nemo obligat. quare si praecipit cōmunio diuinissimę eucharistię sumi debere / & nō est dubiū cū cōsecrās p se capiat aut capere possit: cōsecta sacramēta non caperet modo sibi possibili / si calicē dimitteret, quare nisi sub vtraq; specie sumeret: reprachēsibilis esset vt declararūt patres nostri q̄plurimi / & ita vult textus / cōperimus / de cōse. d. xi. Si vero ipse sacerdos nō cōficeret nec in sua potestate sacramēta haberet sed ī potestate tradētis essent: manifestū est nec ipsum / nec aliū quēcūq; ad aliter accipiendū obligari posse q̄ vt ipsi porrigūtur. Vnde est haec generalis regula omniū sacramētorū quae nō sunt ī potestate recipiētis sed tradētis ita tradere sicut libet: ad aliū modū nō obligari (salua semp fide sine qua īpossibile est deo placere) q̄ vt ei tradētur, dico salua fide: quae si p sacramētū a deo tradi debet / necesse est vt forma ecclesiae seruetur / mediāte qua / tantū gratia fidei in non habētibus vsum rationis credit dari. In habētibus vero discretionē / vbi iā incorporatio praecessit: sufficere capere quęcūq; sacramēta vti tradunt / adhibita tamē possibili cautela per recipientē / vt ab eo capiat qui in cōmunione ecclesiae existit / & cuius modus tradēdi se vniuersę catholicę fidei & ecclesiae cōformat / aut saltē diu scita / tolerata ac cōfirmata p ecclesiā extitit. Tūc enim quādo recipiēti vbi fides praecedit in se vel parētibus quo ad infantes nihil illi possibile impingi potest: quis dubitat nec ob variā formā / modū aut ritū sacramētorū ab ecclesia tūc acceptū / aut permissum / salutē illi ita cōformiter ad sentētiā ecclesiae / recipiēti abesse posse! nisi dicere velimus totā ecclesiā cuius ille mēbrū factū est / eiusdē ecclesiae iudicio iā penit⁹ defecisse / & ab omnimoda salute cecidisse: qd̄ est erroneū manifeste. Quare nō minus fuere in CHRISTI noīe baptizati etiā infantes quorū fides sana erat in oībus articulis / etiā trinitatis: q̄ hodie in noīe patris & filii & spiritussancti ī CHRISTO renati / & ita de cōfirmatis quōdā per sacerdotes 93 d. Peruenit / & nūc p episcopos & ita de cōmunicatis quondā infantibus / & extrema vnctiōe etiā in infantili aetatę

inunctis / & modo nõ / & de vsu variæ cõmunionis etiã quo ad adultos penitus idem
dico. & hoc superius est manifestũ: & satis est clarũ: cũ in adultis fidem habentibus
sacramẽta in voto esse possint eos ad spiritualẽ illã sacramẽtorũ susceptionẽ / in vo-
ro obligari. in receptione vero non aliter obligari: ꝗ̃ sibi possibile est habere. Vnde
solũ obligatio ꝓceptiua sacramẽtorũ quo ad receptionẽ / necessario refertur ad vo-
luntatẽ tradẽtis: sic ꝗ recipiens paratus sit ita recipere vti tradit̃ ei per cõmunionẽ
habentẽ cũ ecclesia. Et quia credita est potestas sacerdotio præposito populo / sacra-
mẽta ad finẽ salutis prout conuenientius iudicauerit ministrare / leuitici. 14. & .27.
Deute. 3. Ezech. 44. primæ ad corinthios. 3. 6. & .9. secũdo ad Corin. prĩo. Ad Ephe.
primo. Lucæ. 17. Matthei. 24. actuũ secũdo. 93. d. præcipimus / maxime hoc casu mini
strationis sacramenti eucharistiæ vt probãt textus pulchre primo esdræ secũdo / &
conformis Neemiæ septimo / & multa concilia. 26. q. 6. Si quis. & de his cũ aliis de
pœ. & remi. omnis / ibi nisi de consilio sacerdotis: tũc patet præceptũ cõmunicandi
necessario esse conditionale / scilicet si animarũ curam habenti visum fuerit. quare
receptio sacramẽtalis eucharistiæ si sub præcepto dei caderet: tũc in hoc ꝓcepto ali-
quãdo homo qui seipsum ꝓbaret ex humilitate / secũ posset dispẽsare ꝑ textũ Pauli
etiã per annos plures / sicuti multi eremitæ fecerũt ante præceptũ ecclesiæ. Post vero
præceptũ ecclesiæ abstinere nihilominus quisꝗ posset cũ consilio sacerdotis: vt in
cap. oĩs vtriusꝗ / & aliis locis. & hoc totum propter salutẽ accedere debẽtis: ne iudi-
cium sibi mãducet & bibat. In tradẽte vero similiter est potestas dãdi & nõ dãdi ex
causis rationabiliꝰ / vel sic & sic dandi: prout viderit saluti expedire recipiẽtis: qđ
nequaꝗ̃ verũ esset si tantæ necessitatis sacramentum esset / ꝗ sine eo vita haberi non
posset / sicuti sacramentũ fidei in discretione carẽtibus. quoniã nisi renati tales fue-
riut: regnũ intrare nequeunt. Huius tã libere creditæ potestatis tradẽdi ecclesiæ si-
bi cõmissæ: exẽpla multa legimꝰ / vt de Paulo excõmunicãte Corinthiũ. & nõ est du-
biũ Paulũ iuxta intẽtionẽ CHRISTI tũc egisse: vt spiritus excõmunicati saluus fie
ret in die domini. Aliquãdo nõ dabat̃ infantibꝰ ante quintũ annũ: vt notat̃ sup septi
mũ ecclesiasticæ hierarchiæ. Aliquãdo ĩmediate post baptismũ etiã infra illos ãnos:
vt in libro primo Rabani de institutiõe clericorũ / cuiꝰ pars habet̃ de cõsecra. d. iiii.
post baptisma / & similiter ĩ libro Adelberti archiepiscopi mediolanẽsis de mysteriis
baptismatis ad interrogationẽ Caroli magni ca. vlti. Post hoc in cõcilio generali oĩs
vtriusꝗ sexus / dicit̃: ꝗ postꝗ̃ ad annos discretionis venerit. & sic cõmunio puerorũ
cessauit. & nõ deficiebãt pro tẽpore rationes. adultis dabant̃ aliquãdo omni die. ali-
quãdo: pluries ĩ anno. aliquãdo: infirmis sub vtraꝗ specie. aliquãdo: sub vna / vt ista
habẽtur de conse. d. 2. peracta / & c. etsi nõ frequẽtius / c. peruenit / & c. presbyter / vbi
sub specie panis. 26. q. 6. Iis qui primo / vbi sub specie vini / vt patet ex textu ibi eucha
ristia infundatur ori. Et Cyprianus de lapsis. & ita cõfirmauit se illius dispositioni
ministrans / de cuiꝰ salute agebat. Danielis. 4. sicut populus ita sacerdos. hinc ex ho
minibus sumitur pontifex: vt eis cõpati possit / ad hebræos quito. Sæpe etiã nec sub
vna aut alia specie etiã in extremis constitutis & petentibus dabat̃: vt de pœni. d. 7.
Hoc fuit prohibitũ in Niceno concilio: licet ante teneretur / vt late scribit Cypria-
nus ad Antoninum & de pœnitẽ. d. tertia in tantam cum multis cap. ibi positis. 26.
q. sexta / de his. Et hoc secundum Innocentium papam primum: propter crebras
persecutiones. concessa enim pœnitentia tunc fuit / & negata communio. sed suis tẽ
poribus data pace ecclesiæ: prior durior obseruatio / facta clementior admittit si-
mul & ad viaticum. Sardicense cõcilium statuit ambitiosos communione perpetua

priuandos. vltimum capi. Carthaginense/etiam viatico priuar apostatas semel a voto. et 63.capi. eleberitani concilii &.57. & 71.& 72. in quibus crimina numerantur/ob quę/confessis & contritis viaticum prohibebatur. Sæpe etiam vnus episcopus certis dabat:quibus/alius nequaq̃. Vnde Cyprianus de hoc ad Antoninum & post eum Augustinus ad Vincentium rogatistā scribunt de certis episcopis:qui mœchos etiā ad pœnitētiā nunq̃ admiserunt/aliis admittētibus. Nec propter hoc: ab inuicem & episcoporum collegio recesserunt/nec ecclesiæ vnitatē duriciæ cęsuræ ruperunt. Manēte enī concordiæ vinculo/ & perseuerāre ecclesiæ catholicæ indiuiduo sacramento:actum suum disponit & dirigit vnusquisq; episcopus/rationē propositi sui domino redditurus.hæc ibi. Quare nunc aperte satis ostensum puto propositum nostrum:scilicet nec ad sic vel sic tradēdum sacerdotes pceptum habere/sed medici fungi potestate/ob quid/& cui & quādo & qualiter ad finē salutis ministrādo/habēdo nūc respectum ad bonū publicum quādo ob facinora cōmissa/cōtrito in terrorē aliorum tunc subtrahitur/& nunc distribuitur/aut etiā infirmitate & indiscretione considerata sic vel sic ministrādo/aut ob reuerentiā sacramēti & cautelā disciplinæ sub specie intincti panis/aut altera specie tantū/aut periculū infidelitatis crebrius vel rarius sic vel sic dando/semper respectum habendo ad id qđ sibi melius visum fuerit in credita legatione/iuxta præceptum innocētii.90.d.pręcipimus. Forte dicitis nō posse negari ex rationabilibus causis:ita vt exemplis ostēsum est/& factum esse & fieri posse. Sed cum non sint tales hodie ob quas calix subtrahi debeat populo:irrationabile esse/sine causa a CHRISTO concessum non ministrare. Ad hoc:luce clarius responsum cēseo in pcedētibus.quia cōmune sacerdotium capiens sui regiminis motū a sancto spiritu/quoniā sanctissimū est:ex CHRIsti legatione non obstāte q̧ quidā peccatores sint in ministratione/errare nō potest. Quia ad cōmunis sacerdotii errorem:totā ecclesiā errare necesse foret. quare non cadit deceptio quo ad fidelē populum etiā per malum sacerdotē rectum/ex sui officii administratione:vt hoc clarissime videtur/& Augustinus hoc ostendit 1.q.1.per Esaiam. Et omnium:hęc est sentētia. Alioqui si in hoc hæsitatio esse posset:duo maxima inconueniētia sequerētur:scilicet aut totā ecclesiam errare posse/ aut fidelem ad ĩpossibilia obligari. & si ratio inquiri deberet huius cōmunis ritus hodiernæ cōmunionis vera & indubia:ab eo nos sciscitari ipsam oporteret/ qui sensum domini nouit/& consiliarius eius fuit. Persuasibile tamē est:sicut non sine mysterio casus & decliuitatis ecclesiæ diaconi in parociis destiterunt/ quorum officium erat prius eucharistiā sub panis specie per sacerdotem traditā cum sanguine confirmare. vt in ordinario romano legitur:vt Inno.de officio missæ/ac sancti Laurentii legēda.& notatur 93 d.diacones.& c.diaconi.& de conse.d.2 peruenit. Ac ob cautelam etiā & periculum effusionis & ĩpossibilitatē(diacono non existēte)quia vni sacerdoti successiue sub vtraq; specie ministrate/tēpus non suffecit/quæ omnia mysterio nō carent:dum vix ecclesia tepescat in charitate/ad vltimumq; gradum descēsus deducta/etiā ad vltimum gradum ĩ ministerio peruenerit/vt certe rarius q̃ vnq̃/ & sub vna specie tātum/& ob hoc iuxta statum ecclesiæ ad nostrā salutē hunc vsum inspiratum per spiritū sanctum credere debemus, vt hic vsus recte cōmensuratus charitati ecclesiæ:ipsam sufficienter iuxta currentē charitatis appetitum pascat/ pauco feruore sitim diuini sanguinis minime generāte/nisi in ipsis pontificalibus ad certā corporis & sanguinis oblationē cōstitutis. Ad Hebræ.viii.& sacerdotibus peccata populi comedētibus:& ex publico officio aliorum defectus supplētibus/& mortē

domini quouſq; ĩ extremo iudicio denuo veniat annũciãtibus/ex merito officii pu-
blici & ex pcepto dei/ita eccleſia interpretãte de conſe.d.2.relatum & c.cõperimus/
ad confectionem & ſumptionẽ vtriuſq; obligantur.in quibus perſiſtet veritas & ro
bur infallibilitatis:ratione cõmiſſæ legationis / fidelium infirmitate non obſtante.
quibus fidelibus hoc tempore tanq̃ ab hinc deceſſuris / ſicut infirmis ſolitum fuit:
viaticũ conuenit miniſtrari ſub vna ſcilicet ſpecie panis/vt probat textus/preſby-
ter/iuncta glo.de conſe.d.2.Solet etiam a vobis curioſe/ſuperflue tamen quęri:quis
Romanus pontifex aut quale concilium/ritui vnius ſpeciei auctoritatẽ primo pſti-
tit.& licet infallibilis noſtræ ſalutis regula in iſtis per Auguſtinum/poſt Baſiliũ 12.
de eccleſiaſticis conſcripta/merito ſufficeret:tamen vt curioſitati etiã ſuperfluæ ſa
tiſfiat. Dico q magna & plenaria totius orbis & vniuerſæ eccleſiæ ſynodus / anno
CHRISTI 1215 in eccleſia lateranẽſi Romæ Innocẽtio illo tertio/literatiſſimo diui
næ & humanæ legis peritiſſimo pſidente:hunc ritum non cõmunicãdi infantes/&
ſub vna ſpecie fideles per c.omnis vtriuſq; ſexus approbauit/quo ad infantes ĩ ver-
bo poſtq̃ ad diſcretionis annos/quo ad vnã ſpeciem ibi/euchariſtiæ ſacramẽtum.&
licet dici poſſit/ſacramẽtum calicis quoniã etiam euchariſtiæ ſacramentum eſt cõ-
præhendi poſſe:vt in c.firmiter § vna de ſum.trini. tamen panis & vini ſacramẽta
prout ſacramẽtum eſt vel rei ſacræ ſignum vel complectitur ſignum cum re / licet
ſub vtriſq; ſpeciebus idem CHRISTVS exiſtat/nominãtur ſacramẽta vt ĩ miſſarũ
collecta dicitur.Proſint nobis quæſumus domine ſacramẽta.& ne ĩ hoc dubium re-
maneat:dicit ille textus a proprio ſacerdote.& iã ſuperius manifeſtatum eſt: nunq̃
fuiſſe ſacerdotis officium ſanguinẽ populo miniſtrare.& probatur idẽ in cap.preſ-
byter.de conſe.d.xi.iuncta glo.vbi textus:per ſacramentũ euchariſtiæ/corpus tan-
tum intelligit/vt ait glo.Idem probatur in c.eiuſdem generalis concilii de cuſtodia
euchariſtiæ.vbi eodem termino ſcilicet euchariſtiæ vtitur.& tamen iuxta ca.preſ-
byter cum glo. non poteſt ille textus concilii de ſanguinis ſacramento intelligi . &
ipſe Inno.declarat in libro de officio miſſæ : ac omnes doctores poſt eum ita viden-
tur intellexiſſe.quia ex omnibus qui poſt ipſum concilium fuerunt : non inuenitur
aliquis q dicat fidelem ad cõmunionẽ calicis obligari.& ita nihil amplius reſtat:de
quo per diuinæ pietatis miſericordiã non ſit vobis abunde credo ſatiſfactum.Qua-
re amplius ab inceptis deſiſtentes:matrem veſtram eccleſiam amplectimini / vt in
eius vnitatis pace peregrinantes / ſimul ad æternam pacem triumphantis eccleſiæ
CHRISTO duce transferri mereamur.

Epiſtola IIII.de amplectenda vnitate eccleſiæ.

NICOLAI de Cuſa CARD.Ad Bohemos.



Icolaus miſeratione diuina tituli ſancti Petri ad vincula
Sacroſanctæ Romanæ eccl'iæ preſbyter Cardinalis/apo
ſtolicæ ſedis legatus/epiſcopus Brixinẽſis:magnificis/no
bilibus/prudentibuſq; viris/dominis/gubernatori/con-
cilio/regentibus/& vniuerſis incolis regni Bohemiæ ve
ram pacẽ aſſequi/& in ea perſeueranter permanere. Vo-
luit diuina pietas vt ordinatione ſanctiſſimi & piiſſimi
pontificis noſtri Nicolai Papæ quinti ſumme pro veſtra
ac omnium ſalute vigilantis:vt veſtræ ad apoſtolicæ ſe-
dis vnitatẽ/reditegratiõis/poſt multos lõge nobis aptio-
res legatos/ad nos nunc perueniret qualiſcunq; ſollicitu

do.& quis tam admonitione apostoli/q̄ sanctorum conciliorum atq; doctorum im-
buti/meritoretraheremur/maxime quia auersio animorum/nō repperit hactenus
efficax remedium/quasi iam tales animi in seruitute principis tenebrarum redacti
nequeant intelligere vt bene agant:nihilominus nonnullis literis ex regno ad prin
cipes vicinos atq; ad nos missis/i quibus S.D.noster notatur quasi cōpactionib⁹ cer
tis per Basilieńses vobiscū initis detrahat/medio religiosi fratris Iohānis de capistra
no respondere distulimus.sperantes iacobellianos qui iacobelli vesaniam sequentes
communionem vtriusq; speciei quo ad populum laicalem sua sponte contra ritum
ecclesiæ catholicæ continuāt:de proximo ad ecclesiā vnde exiuerūt reuersuros.aut
nos cum ipsis conuētum aliquem de proximo pro instauranda & firmāda pace ha-
bituros.& fuimus/de hoc non parum ex his optimis verbis oratorum vestrorū qui
nobiscum Ratisponæ conuenerant:consolati.Sed nobis inquirentibus:quid singuli
vestrum de sanctæ vnionis repetitione sentiant:comperimus nondum omnium in-
teriorem emollitam/vt veram catholicā velint vnionē amplecti. Considerauimus
autem iacobelli sequaces suæ diuisionis materiā/plurimū ex cōpactiōibus firmare.
Post hæc se praxim primitiuæ ecclesiæ/atq; subsequētis/ac etiā sacras allegare scri-
pturas.& quia visi sunt suis vltimis ad multos datis scripturis penitus in cōpactio
nibus residere:nos volentes experiri an illa deserere vellent quæ nihil vtilitatis cō-
tribuunt/deliberauimus primū nostris scriptis ostendere eos superuacue cōpactio
nibus inhærere/cum nō seruiant ipsis i aliquo/sed potius nobis catholicis cōtra eos
proponētes in euētum indurationis/alias eorum circa praxim primorum nostro-
rum enodare fallacias/atq; demum nihil eos fulcimenti habere/ex sacris literis pro
nostro modulo manifestare.q̄q̄ fateamur longe sufficientius a nostris prædecessori
bus/& qui adhuc supersunt doctissimis fidelibus/ad singula iacobellianorū assum-
pta responsum.Misimus autem primum ex Ratispona literas tenoris subsequētis.

Epistola V.Nicolai de Cusa Cardinalis ad Bohemos V.



Icolaus miseratione diuina tituli sancti Petri ad vincula
sacrosanctę Romanę ecclesiæ presbyter Cardinalis/apo
stolicæ sedis legatis/episcopus Brixinensis: Vniuersis &
singulis nobilibus/venerabilibus/strenuis/ honorabili-
bus/prudētibusq; baronibus/prælatis/militib⁹/ presby
teris/religiosis/militaribus/magistriscíuium/& oppida
nis/& cūctis ecclesiasticis & secularibus inclytum regnū
Bohemiæ/& marchionatum Morauiæ/inhabitantibus/
veræ pacis desideria fœliciter adipisci. Postq̄ diuina pie
tas statuit vti firmiter speram⁹ regnum & marchiona-
tum prædictum/hoc tēpore ad obedientiam Sacrosanctæ
Romanæ catholicæ ecclīæ reuocare:Sāctissim⁹ dn̄s noster dn̄s Nicolaus Papa qn-
tus/nobis curā & sollicitudinē tam sancti operis commisit/& legati de latere plenā
tribuit facultatem. Et quoniam nuper ex nobilibus regni ipsius oratoribus in die-
ta Ratisponensi latenter intelleximus/ desideria omnium vestrorum diuina inspi-
ratione/nunc ad vera & effectualem vnionem īclinari/& φ eapropter apostolicā le-
gationem i regno ipso constitui optatis:pro complemēto tam sancti propositi/mox
operā dedimus vt hoc summo pontifici nostro q̄ocyssime inotesceret.Et quoniā ad

rem ipsam fœliciter conducendam necesse est/vt ante accessum apostolici legati ad
regnum/de mente singulorum/aut saltem maioris & sanioris partis inhabitãtium
quo ad purã verã & effectualem obedientiã & subiectionẽ simus certiores facti(nã
nisi esset propositi vestri vos velle conformare progenitoribus vestris/qui ante hãc
differentiã/catholicã vitã duxerunt/qui fidem orthodoxã ab apostolica sede/atq;
priuilegia metropolitanæ sedis/& generalis studii/pro sua deuotione & obediẽtia
ad matrem suã/ipsam scilicet sedem romanã/meruerũt:quẽadmodum & alia Chri-
stiana regna quæ adhuc in eadem obedientia perseuerãt/superuacue apostolicus le-
gatus inquietaretur/& re non pacta in non paruum omnium vestrorũ dedecus re-
diret)ideo vt experiamur quẽ fructum introitus legati efficere queat/honorabilẽ
Ioannẽ dursmit præsentium latorẽ capellanum nostrum deuotum/ac dilectũ ad vos
omnes & singulos trãsmisimus.cui dedimus in mãdatis:vt his nostris patẽtibus li-
teris ostensis/vniuscuiusq; mẽtem & intentionẽ inuestiget circa iã dictã obedientiã
præstãdã/& quæ circa ipsam atq; securum accessum apostolici legati fuerit oppor-
tuna/prout de hoc per nos latius est informatus.Quare rogamus vos/& in domi-
no exhortamur:vt ipsum capellanum nostrum admittere/benigne audire/& q̃ mẽ
te geritis/scripto patefacere velitis/nec putetis nos a vobis rem magni ponderis le
uiter exigere.Nã cum impossibile sit verã pacem ecclesiasticã constitui posse/q̃diu
non est omnimoda conformitas corporis & mẽbrorum(turpis enĩ est omnis pars:
quæ toti non congruit)hinc in ea re/vbi qui non est cum vniuersali ecclesia/contra
eã esse constat.Necesse est pure & simpliciter absq; pacto & conditione/omniũ con-
formitatẽ obedientiæ amplecti.neq; quenq̃ moueat:ꝙ cum oratores tunc Basilien-
sis concilii de pace ecclesiastica Pragæ tractarent ad compactiones deuentum sit.nã
experimento cõpertum est:modum illum/integrã pacem & vnitatẽ cum sancta Ro
mana ecclesia non effecisse.quæ cũ sit piissima mater omnium fideliũ:nulli redeun-
ti quem in fide genuit/gremium claudere potest.& omnia quæ filii sui postulant/si
salutaria sunt/liberaliter concedit.sicut enĩ mater ipsa per quæcunq; pacta nõ pos-
set trahi ad consentiendum ĩ iis quæ filiorum suorum saluti sciret obuiare:ita etiã
ea quæ salutis sunt sine pactis/assensum nequit denegare.Vnde si qui sunt nimium
fortassis soliciti:hos admonitos esse volumus/ne in catholica fide tali onere se fru-
stra fatigent/sed matri fidei cui hoc onus a sponso CHRISTO domino creditũ est/
derelinquãt.Scit enĩ mater illa quibus nos debeat pascere fidei cibis/quæ sola ĩ his
talibus alimentis quæ administrat pro salute nostra errare nequit.Oportet igitur
omnẽ Christianum per purã obedientiã pasci cibo vitæ a matre sua sancta romana
& catholica ecclesia quæ eũ regenerauit:& nequaq̃ inniti propriæ prudẽtiæ.Exper
ti estis quãta mala passi estis:eo ꝙ nõnullos qui contra Romanæ ecclesiæ fidẽ & ob-
seruantiã nouitates introduxerunt/monitis matris vestræ præposuistis.Hi enĩ de-
generes filii iactabãt se Christianos:& fratres suos/eiusdẽq; matris sanctæ Romanę
& catholicæ ecclesiæ filios/extra quã non est salus/& matrem spreuerunt.Et hodie
aliqui se ei anteponũt.de quib⁹ recte scriptura ait.Filios enutriui:& ipsi spreuerũt
me.hi vero:nimium suo ingenio confidebant.Nolite igitur tales pro fratribus ho-
norare:qui se matris vestræ filios nominari/verecundãtur.Aperite quæso oculos/
& considerate vnde excidistis/& quo perducti estis/& per quos/& credite plus ma-
tri vestræ a qua oĩa quæ salutis & honoris sunt recepistis/q̃ seductoribus illis.qui
adeo cæci sunt:ꝙ lumen non vident.adeo bestiales:ꝙ matrem non cognoscunt.Par
uifacite omnia:quæ ipsi de compactionibus ingerunt.Nam ad illorum sciolorum

confusionē: deus illas sic fieri permisit. Neq; religiosus frater Ioannes de capistrano vir vtiq; zelum dei habēs cum scientia/nec alius quisq̃ asserit/cōpactiones hæresim in se continere/sed constātet negatur in eis talia concedi/quæ vobis falso subgerūtur. Poteritis si volueritis ex cōpactionibus ipsis:seductores vestros facile cōuincere. Nā cum extra vniuersalē ecclesiā quæ catholica græce dicitur nō sit salus/ & vt ipsi negare non possunt:videte in cōpactionibus vbi est illa catholica ecclesia & reperietis in cap. primi articuli esse scriptum/ꝙ regnum Bohemiæ & marchionatus in fide conformare se debēt vniuersali ecclesiæ. & nō potest intellectus alius dari: q̃ ꝙ romana illa sit vniuersalis ecclesia/cui se debēt regnum & marchionatus conformare. Si igitur illā admiserint esse vniuersalem ecclesiā cui se debent regnū & marchionatus conformare: clare intelligitis ꝙ ipsi vestri sacerdotes qui in concordatis consenserunt/confessi sunt vos esse extra vniuersalē ecclesiā/eorum ignorātia seductos. Nonne clarissimum est illā vniuersalē ecclesiā de qua loquuntur cōpactiones: in fide tenere/cōmunionem sub vtraq; specie non esse de necessitate salutis quo ad non cōsecrātes/ Videte si illi qui cōpactiones allegāt sic credunt: vt etiā secundum textum earū tenentur/& ostenditur manifeste ex ipsis compactionibus: vbi dicitur ꝙ post conformitatē fidei & rituum/illi & ille qui vsum habēt sub vtraq; specie cōmunicādi/cōmunicent. Admiserunt igitur sacerdotes illi: ꝙ cōmunio talis nō fuit nec est de necessitate salutis/quādo admiserunt ꝙ saltem vsum habētibus traderetur. Ecce q̃ aperte constat ī confusionē seductoris: deum sic cōpactiones fieri permisisse. Velitis quæso diligēter attēdere: quid vtilitatis vobis eueniret/si obedientiam non aliter q̃ saluis cōpactionibus ꝓstare velletis. Nā si aliquid singularitatis ex ipsis habere putatis circa ritū cōmunionis sub vtraq; specie/vt seductores nonnulli persuadent: legite textum/& ponderate mētem concilii ex litera/& reperietis/negligētia illorum sacerdotū vos omnia ibi vobis oblata perdidisse. Est enī vobis notorium ꝙ illi tales sacerdotes/nunq̃ ea quæ fieri debebāt ad habēdam permissionē illius cōmunionis procurarunt aut obseruarunt/sed non obstātibus cōpactionibus continuarunt illa quæ dimittere tenebātur. Ideo ex eorum negligētia/permissio etiā quo ad personas quæ vsum habebāt/non est sortita effectum. minus permissio de libertate concedēda obtineri potuit a synodo: semper ob talium presbyterorum ꝑsumptā ꝑtinaciā/qui toto tēpore quo cōciliū sedebat/cōpactata/nulla ex parte obseruare curarunt. & ita soluta est synodus: anteq̃ euentualis promissio fieri potuerit. Videre nūc quæso quomodo quidā tales vestri sacerdotes in suā confusionē ad compactiones refugiunt: ex quibus penitus nihil ex eorum seductorum culpa/etiā quo ad eos qui vsum cōmunionis habebāt estis assecuti. sic alia quæ in cōpactionibus sunt: nōne manifeste condēnāt tales allegātes/ipsi enī sua sponte currere se ingerūt: & absq; missione expresse contra cōpactiones prædicāt. Et cū nullā habeāt potestatē ligādi & soluēdi/populum decipiunt. Videtis ne quomodo obediētiā illā de qua similiter in cōpactionibus: quo ad suum seruāt romanum pontificē/Ex his intelligitis compactiones nihil singularitatis vobis præstare: sed solum confusionem eorum/q̃ sua præsumptione seducti vos seduxerunt/exprimere/vt ore suo iudicētur. Quare merito instar aliorum fideliū: obedientiā/purā/simplicē/verā & effectualem quæ solū deo grata/vobis vtilis & salutaris existit/suademus in legati aduētu alacri animo acceptare/& nos de illa certiores facere. per quā solā ab illa liberalissima apostolica sede/indubie omnia quæ salutis & pacis sunt potius sine pacto q̃ cum pacto ꝗprimū in laudē poteritis obtinere. Datū Ratisponę sub nostro sigillo die xxvii. Iunii/Anno

a natiuitate domini Millesimo quadringētesimo quinquagesimo secundo / Pontificatus sanctissimi ī CHRISTO patris & domini nostri / domini Nicolai diuina prouidētia Papæ quinti anno sexto. Et q̄q̄ in pactis inter nos & oratores ex regno / qui Ratisponę constituebātur / habebatur / nostris mittēdis conductum ī regno dari debere: tamen per capellanum nostrum de quo in litera / saluus conductus īpetrari nequiuit / inde euenit ꝙ p̄missæ literæ non potuerunt vbilibet præsentari / neq; earum gerulus in credentia audiri. Fuimus autē ad sic scribēdum inducti rationibus illis: quibus & sanctus Bernardus mouebatur / quādo mediolanēsibus tunc schismaticis epistolam misit. quæ in corpore epistolarum ipsius reperitur. incipiens Ciuibus mediolanēsibus. Suadet enī ne acquiescāt pseudoprophetis: sed attēdāt ꝙ causam nullā habēt non simpliciter obediendi apostolicæ sedi. cui resistere / est ordinationi diuinæ resistere / ac ꝙ finaliter ei resistere nequeunt: ꝙꝙ in ipsa sit plenitudo potestatis & auctoritatis. & ideo dare potest priuilegia etiā pallii: & tollere. Vnde mediolanēses bene consulti: sic fecerunt. De quo videatur epistola illa: & alia sequēs eandē. Et reperient nos sane & iuste consuluisse. Sed ad hāc nostrā salutiferam monitionem / non recepimus responsum: nisi quorundam assertorum sacerdotum oppidi Clatoniensis ad quos rescripsimus vt sequitur.

EPISTOLA VI. NICOLAI DE CVSA CARDINALIS AD QVOSDAM BOHEMORVM PRESBYTEROS.



Icolaus miseratione diuina tituli sancti Petri advincula sacrosanctæ Romanæ ecclīæ presbyter Cardinalis / apostolicæ sedis legatus / Episcopus Brixinensis / Martino & reliquis sacerdotibus Clatoniensibus: spiritu duci sanio ri. Expectauimus / vt ad nostra scripta quæ ad manus vestras puenere / vos obedientes respōdereteis / atq; ꝙ præstitā vestro & aliorum nominibus obedientiā Romano pontifici realiter & cum effectu seruaretis. Nunc vero contrarium in vestris literis reperimus: in quibus multa contra catholicā fidē / clauium potestatē / propria vestra promissa in regni infamiā / & animarū vestrarū periculum plus præsumptuose q̄ sapienter / dolēter legimus. Nā in nostris literis vbi de seductoribus populi loquimur: non credebamus vos offensos. Habemus enī meliorē æstimationē de vobis: q̄ vestra scripta ostendāt. Scribitis: nos omne ingenium adhibuisse ad cōpactiones. fatemur: sed ad illum certe finē vt vos & vestros cōplices qui ad cōpactiones confugitis / detectis his quæ scripsimus / cautius ageretis. quoniā in veritate: potius vobis aduersantur / q̄ seruiant. Vbi autē nobis culpā ascribitis quasi vos seductores & omnes (licet non reperiatur omnes in nostris literis) seductos asseramus: nō nobis sed vestris compactionibus quas nitimini cūctis inculcare vsq; etiā ad iniuriā summi pontificis nostri / rectius īputaretis. Ipsis enī p̄suppositis: hæc sequi quæ scripsimus / nemo ratione vtēs ambigere potest. neq; vos euaditis per hoc ꝙ scribitis nos respexisse / ad id qđ ponitur in ipsis: scilicet ꝙ Bohemi vsum habētes cōmunicabunt auctoritate CHRISTI & ecclesiæ veræ sponsæ eius. Mirādum est: ꝙ vos vt nobis impingatis ignorātiā / non videtis vos ruere in hæresim maximā / quasi sit alia ecclesia catholica & alia sponsa CHRISTI. ita ꝙ si nō siris

de prima:sitis de secunda.Non opus est declarare hunc errorẽ:qui ex symbolo fidei
notorius est.Deinde admiramini quomodo auctoritate ecclesiæ cõmunicare/& ex-
tra ecclesiã esse se compatiãtur.Neq; nos id dicimus/neq; credimus.& cõpactiones
docẽt vos autoritate ecclesiæ non cõmunicare potuisse:nisi prius fuissetis in eccle-
sia catholica per cõformitatẽ fidei & rituum.Docẽt itaq; cõpactiones quas amplius
declinare non potestis post sigillationes/allegationes/& varia scripra vestra:ꝙ sine
autoritate ecclesiæ/illicite cõmunionẽ duplicis speciei vsurpastis.Nã nõ dicunt il-
lę ꝙ autoritate CHRISTI & ecclesiæ sponsæ eius cõmunicastis in præteritum/aut
cõmunicatis in pͥsens:sed præmissa conformitate fidei & rituum cum catholica ec-
clesia cõmunicabunt in futurum illi & illæ.Ex quo constat manifestissime secũdum
intẽtionẽ concilii/vti etiã postea synodus in decreto de cõmunione declarauit:vos
illã cõmunionẽ absq; autoritate CHRISTI & ecclesiæ/illicite vsurpasse.Fuisset ta-
mẽ tunc demum facta licita illi & illis autoritate CHRISTI & ecclesiæ:si conditio
conformitatis prius fuisset adimpleta.quæ cum nunq̃ sedẽte synodo adimpleta re-
peritur/q̃q̃ sæpe sollicitari fueritis/vt scripturis per manus bonæ memoriæ tũc le-
gati & domini Ioannis polemar scriptis quæ apud nos sunt/ostẽdere poterimꝰ. Per
vos igitur stetit:vt vosipsi negare non potestis. Manet ergo illicita. Quomodo er-
go in ecclesia esse potestis : quando illicite vestra propria præsumptione vsurpata/
vosipsos ab ecclesia separastis!neq; euadere potestis:nisi alia periculosiori hæresi in-
uoluamini.quẽadmodum in scriptis vestris vos inuolutos reperimus:vbi quãdam
fingitis ecclesiã mathematicã/de qua vos esse dicitis/etiã si neq; cum Papa/neq; car-
dinalibus/neq; cum toto mundo sitis,asserentes adhuc vos in tẽplo domini esse:nisi
CHRISTVS vos repellat.qđ est potius insanire:q̃ errare.Neq; ita est vt scribitis:
nos cõpactiones ignorare.nã illæ aliquã correctionẽ nobis tunc præsidẽtibus in na-
tione germanica receperunt:maxime in cap.de libertate cõmunionis.vbi apponi fe-
cimus:facultatẽ in euẽtum dari sacerdotibus/posse cõmunicare populum/modo q
ibi ponitur. Videte ergo:quid populus fidelis/etiã si cuncta per vos quæ fieri debe-
bãt fuissent adimpleta/obtinuisset.& an ex cõpactionibus hoc verum sit qđ cõmu-
niter & in scriptis vestris ad nos datis asserere nõ cessatis/cõmunionẽ duplicis spe-
ciei sic per vos basileæ deductã & euãgelica veritate probatã:ꝙ illi doctores qui di-
cuntur Basileæ fuisse rationibus cõuicti/eã admiserunt.Nã si libera facultas dabã-
tãtum sacerdotibus dãdi in euẽtum cõplerionis appositarum conditionum:nonne
manifestũ est/nequaq̃ hoc subsistere posse qđ vos dicitis!atq; ꝙ illi doctores nequaq̃
fuerunt vestris rationibus & autoritatibus inducti ad quicq̃ concedẽdũ:docet pro-
cessus & diffinitio tricesimę sessionis.Sæpissime in faciẽ audistis:ꝙ non vnicum fal-
tẽ doctorẽ allegastis/qui ex intẽtione necessitatẽ illius communionis probaret.Pro-
pterea nõne postq̃ promisistis & sigillastis cõpactiones sæpius pręscriptas/& orato-
res cõcilii sollicitati:nõ curastis ea seruare!Nouẽ petitiones obtulistis Basileæ:qua-
rum prima erat.vt libertas euẽtualiter oblata quo ad sacerdotes tradẽdi/& populi
recipiendi trãsiret in præceptum.Habemus in manibus:legati & auditoris præfa-
torũ responsum negatiuum.qđ & te Martine non latet:qui vt audiuimus pro solli-
citatione responsi missus eras Basileã.Si igitur cõpactiones in quas cõsensistis non
dederunt quæ optastis/neq; post obtinuistis a synodo:quare adhuc non cessatis as-
serere/id qđ nobis quasi ignorãtibus scribitis!Multa sunt apud nos monumẽta cõ-
cilii illius & testamẽtaria quædã scripta relicta legati & auditoris:quæ nos optime
de singulis instruunt.Ita ꝙ nihil nos quasi ignorãtes/latere potest. Volumus tamẽ

pro nunc patienter ferre iniurias veſtras:ob ſpem melioris.Q; autẽ tãtum ſcripſi-
mus de cõpactionibus in aliis noſtris literis:cauſa fuit / quia legimus ſcripta ex re-
gno ad principes noſtros regno propinquos trãſmiſſa / in quibus eccleſiã & pontifi-
cẽ de non obſeruãtia præmiſſarum cõpactionum arguere niſi eſtis.Cõſideranimus
igitur:ad nos ſpectare / qui tenemur honorẽ pontificis eccleſiæ pro poſſe defenſare /
vobis manifeſtare compactiones nihil tribuere:nec ad tales nos ad quales illę literæ
nos prouocarunt / deſcẽdimus particularitates refellẽdas / ſperãtes q deus cõcede-
ret vnionẽ in eccleſia ſua / pro qua cum omnibus noſtris tam in oriẽte q̃ in occidẽte
fideles impendimus labores.eã turbare non volumus:q̃uis nobis ſynodalia geſta ſa
crorum generalium cõciliorum oſtẽderẽt rem iſtã humanitus impoſſibilẽ experi-
mẽto aliorum qui de eccleſia abierunt quos raro humana diligẽtia cõperimus ve-
re rediiſſe.Et ne totum legationis tẽpus quẽadmodum multi ex præteritis legatis
inaniter vobiſcum perderemus:circa reformationẽ Alemãniæ aliquãtiſper vacaui
mus.qua pro parte nobis poſſibili expedita:nouo apoſtolico recepto mãdato incœ-
pimus / vtinã fœliciter / & durãte mãdato nõ deficiamus.parati omnia exequi pon-
tificis iuſſa:pro regni pace / & ſalute.nequaq̃ putetis nos ad ea quæ prius ſcripſim⁹
ob quæ a vobis de imprudentia arguimur:ſine pontificis noſtri iuſſu proceſſiſſe. Si
enĩ ſimpliciter modo quo alii Chriſtiani obedire recuſatis:ad placitãdum vobis ne
mo ab apoſtolica ſede mitteretur.Non eſt enĩ cõſuetudinis / nec iuris:q CHRISTI
vicarius & iudex fidei ſe ſubiiciat / & placitationẽ cum ſuis ſubditis ineat.ſed q obe
dientibus in iis quæ ſalutis & pacis ſunt: gratioſe / liberaliter / & paterne condeſcẽ-
dat.prout nos in priori epiſtola:in fine id ipſum ſcripſimus & obtulimus.Ad quod
certe potius reſpicere & oblationẽ magis q̃ cõpactiones / ſeu compactata veſtra ma-
gnificare debeatis.Admonemus vos pro ẽcredito nobis legationis officio : vt dein-
ceps deſiſtatis ab his modis inuectionis / & humiliemini vti decet Chriſtianos ſacer
dotes obediendo præpoſitis veſtris ſecundũ legem dei & ſanctorum inſtituta / rea-
liter & cũ effectu / prout ex promiſſo & de iure diuino & humano tenemini / & alios
ad idẽ inducatis / nos de hoc certiores reddentes.& tunc ſentietis:præter ſpem quã
de perſona concepiſtis / omnẽ cordialẽ affectum ad quęuis inclyto regno vobis & ſin
gulis ſalutaria.Datum Brixinæ decima ſexta Decẽbris. Anno Milleſimo quadrin-
gẽteſimo quinquageſimu ſecundo.

EPISTOLA.VII.NICOLAI DE CVSA CARDINALIS AD CLERVM ET LITERATOS BOHEMIAE.

VII. 

X ſuperioribus literis noſtris ſatis oſtẽſum putamus Ia-
cobellianos:ex cõpactis pro ſe allegatis cõuictos ſua con-
feſſione / extra catholicã eccleſiã eſſe / q̃ eſt ſponſa CHRI-
STI.& nobis ſolum ſufficit ſic oſtẽdiſſe pro noſtra cõtra
eos victoria:etiã ſi in omnibus ſacramẽtis nobiſcum cõ-
currerẽt / vt elegãtiſſime arguit magnus Auguſtin⁹ cõ-
tra Rogatiſtas & Donatiſtas in multis locis / & late de ca
tholica eccleſia & pmiſſis in epiſtola quã ipſe / & Siluanus
ſenex / Valẽtinus / Aurelius / Innocẽtius / Optatus & cæ-
teri epiſcopi de cõcilio Zertẽſi ſcripſerũt ad donatiſtas /
cuius initium eſt.Cum i auribus noſtris fama crebreſce-

ret:& q illa sit catholica quę vnitur successori Petri apostoli/& q anathema sit aliã esse/ostẽdit Augustinus ĩ epistola quã ipe & Fortunatus ad Generosum scripserũt. & probatur ĩ c.Pudenda.& c.schisma.xxiiii.q.i.& xciii.dist.Qui cathedrã.& ĩ multis aliis locis.Audiãt etiã Iacobelliani quid ait idẽ Augustinus ĩ epistola ad Bonifaciũ comitẽ:quæ ĩcipit.Laudo & gratulor & admiror/circa finẽ.sic enĩ dicit.Isti autẽ cũ quibus agimus nõ sunt desperãdi.adhuc enĩ sunt in corpore scilicet suo mortali:sed nõ acquirẽt spiritum sanctũ nisi ĩ corpore CHRISTI cuius habẽt foris sacramẽtum/sed rem ipsam non tenẽt intus cuius illud est sacramẽtum/& ideo sibi iudiciũ mãducãt & bibũt. Vnus enĩ panis:est sacramẽtum vnitatis.quoniã sicut apostolus dicit. Vnus panis/& vnũ corpus:multi sumus.Proinde ecclesia catholica sola/corpus est CHRISTI: cuius ille caput est/saluator corporis sui. Extra hoc corpus:neminẽ viuificat spiritussanctus.Hæc & plura de hoc ibidẽ.Et idẽ Augustinus in epistola ad Paulinũ quæ ĩcipit.Qđ de peruẽtione.ostẽdit q ĩ sacramento altaris qđ est votũ:prædicatur nostrum aliud maximũ votum/quo nos vouimus ĩ CHRISTO esse mãsuros/vtiq ĩ compage corporis CHRISTI cuius rei sacramẽtũ est. hoc ibi. De quo idem de consecra.distin.ii.Qui mãducat/ĩ fine.Qui discordat iuncta glosa. Prætereamus nunc illa quæ Iacobelliani sæpissime/licet surda aure audiuerint Basileæ & alibi:atq legere possunt si volunt.Nunc ad aliã partẽ praxis nos conuertamus.ex quo conuentio quæ ĩ festo sancti Galli sperabatur:per vos nobis nunciatur recusata.velitis rogamus/impigre quæ sequentur lectitare si veritatem scire diligitis/& reperietis nos verum dixisse in literis nostris præinsertis.Nam ignorantia historiarum & scripturarum decepit Iacobellum & sequaces sacerdotes : qui plærosq hactenus seduxerunt.Est igitur aduertendum : q CHRISTVS non nisi discipulis suis legitur dedisse corpus suum & sanguinem.qui vt Lucas ait : dixit. Si quis non renunciauerit omnibus quæ possidet:non potest meus esse discipulus. In primitiua igitur ecclesia omnes Christiani qui quotidie communicarunt / siue sub vna siue sub duplici specie:fuerunt discipuli/q omnibus resignarunt.vt scribit sanctus Hieronymus de illustribus viris in cap.de philone dicens / in primitiua ecclesia omnes fideles resignasse omnibus/vt suo tempore religiosos.Sicut etiam in actibus apostolorum legitur.Et vt scribit Honorius ĩ libro qui gemma animæ dicitur. hic modus quo ad religiosos:omnibus diebus communicãdi suo tempore / & ante/tempore scilicet sancti Benedicti seruabatur.Sic vt scribit Chrysostomus sup epistolam ad hebræos post cõmunionem ministrorum altaris qui sancti reputãtur : & intra sancta sanctorum circa altare cõmunicant apud sacrum ostium/vbi ad sancta sanctorum intratur per diaconum/sancti ex populo vocabãtur ad communionem. qđ & hodie:apud græcos seruatur.Et quia pauci se sanctos præsumunt:raro aliqui veniunt.Et ĩ decretis Anacleti Papæ / per sanctum Petrum ĩ presbyterum ordinati:legitur/omnes qui intererãt consecrationi cõmunicasse.Dicit enĩ textus decreti prout in originali & Bucardo habetur.Peracta autem consecratione omnes cõmunicent:qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. Sic enĩ apostoli statuerunt : & sancta Romana tenet ecclesia.& si hoc neglexerint:degradentur. Ecce dicit degradentur.non igitur intelligitur nisi de illis sanctis qui consecrationi itererant: & ad sancta sanctorum/admittebãtur.sicut sunt in sacris ordinibus constituti. Pars huius textus habetur de consecra.distin.i.Episcopus deo.Idem probatur ex ca.tribus/ iuncta glo.& c.Sacerdotum.de con.dist.ii.& sunt primi Clementis successores sancti Petri.& non reperitur:alios tunc sub vtraq specie cõmunicasse.Ita videtur san-

ctus Dionysius dicere in libro de ecclesiastica hierarchia. & reperitur Romana ecclesia antiquitus sic seruasse, vt Guillermus ī rationali diuinorum dicit/scilicet ꝙ presbyteri cōcelebrarunt Papæ & cōmunicarunt. Ita hodie seruat ecclesia Constātinopolitana. Quādo enī patriarcha solēniter celebrat: omnes presbyteri cōueniūt ad concelebrādum/& cōmunicāt. Est similiter attēdendum: ꝙ antiquitus eucharistia dabatur ad manus communicādi. & hoc etiā patet: ex epistola sancti Cypriani/ vbi tractat de miraculo calicis & puellæ. Et sacerdos græcus dat eucharistiam hodie ad manum. Calicē autē nemo ministrabat: nisi diaconus. vt ibidē ex Cypriano. Et Hieronymus id ipsum dicit/93 dist in. diaconi sunt. Et in legenda sancti Laurentii & sancti Syxti/quo progrederis: reperitur. Et sic adhuc seruat Romana ecclesia: Papa celebrāte solēniter/& Constātinopolitana. Nam diaconi: papæ & patriarchæ calicem ministrant. Et in concilio Rothomagensi de quo in Bœcardo libr. iii. capi. lxxvii. fuit statutum contra sacerdotes qui laicis & mulieribus dabanr calicē/præcipiendo ne amplius talibus calicem tradant: quoniā corpus domini nesciunt diiudicare/neqꝫ īter cibum spiritualē & carnalem discernere. sed qđ sacerdotes sumāt. diaconus vel subdiaconus qui sunt ministri altaris colligenda tradant: ita tamen ꝙ sacerdotes eos suis propriis manibus cōmunicēt. Et subditur. Sacerdos autem nulli laico aut fœminę eucharistiam in manibus: sed tantum in os eius cum his verbis ponat. Corpus domini & sanguis prosit tibi ad remissionem peccatorum & ad vitā æternā. Si quis hæc trāsgressus fuerit: quia deum omnipotētem contēnit & quātū in ipso est inhonorat/ab altari remoueatur. hæc ibi. Sic adhuc hodie sancta romana tenet ecclesia. Nā diaconus & subdiaconus de manu Papæ corpus sumunr: & residuū colligunt in calice/& laicis non traditur eucharistia ad manus/sed in os. Erat autem quædā constitutio facta in concilio Turonēsi: ꝙ eucharistia quæ dabatur in os communicandi/intincta esset in sanguine/ad hoc ꝙ presbyter veraciter dicere posset in tradendo/corpus & sanguis domini proficiat tibi. sed hæc constitutio per romanam ecclesiam non fuit recepta: vt patet in c. cum omne. de consecratione distin. ii. vbi Iulius papa intinctum panem prohibuit. nec illa ratio allegata in concilio Turonensi fuit valida: quia nihilominus veraciter dici potest in tradendo eucharistiam in specie panis/corpus domini nostri IHESV CHRISTI & sanguis proficiat tibi. vbi enim corpus ibi & sanguis/ vt Innocentius tertius in summa sua declarat. & ꝙ sacramētum sub specie panis secundum eundē Innocētium dicatur: sacramentum corporis & sanguinis CHRISTI: videtur textus in c. deus qui/in fine de pœnitentiis & remissionibus: vbi viaticum taliter nominat. sed licet secundum eundē in ratione esus non dicatur nisi corporis sacramentum: est tamen verum ꝙ etiā laicis aliquo tēpore dabatur eucharistia sub vtraqꝫ specie/sed nō reperitur hoc crebriter in anno/& aliter ꝙ̄ solēniter per pontificem & in eius præsentia/deqꝫ eius præcepto factum. Græci enim laici consueuerunt tēpore Chrysostomi & Ambrosii vix semel in anno cōmunicare: vt ipse Chrysostomus super epistolā ad hebræos & Ambrosi⁹ lib. v. de sacramētis testātur. ꝙuis statutum esset per Fabianum papā: vt omnes laici saltē ter in anno cōmunicarēt: scilicet in festis paschæ/pēthecostes/& natalis domini/aliter pro Christianis non haberētur. Propterea reperitur ꝓceptum diocesanis quos infirmitas non excusat: ꝙ illa tria festa cum suis episcopis in ciuitatibus celebrēt ad accipiendum cōmunionis vel benedictionis gratiā. & ꝙ hoc neglexerant: cōmunione priuabātur/vt reperitur ī libro antiquo qui corrector prætitulatur in quo dirigitur sacerdotes quomodo plebē curare debeāt. Et ex Dionysio reperitur

hoc fuisse ab initio:& ex gestis concilii Calcedonensis/contra hybã continue obser-
uatum.Et hodie ĩ cathedralibus ecclesiis:calices magni & antiqui reperiũtur/for-
re ad illum vsum tunc ordinati/& seruabatur romæ.Nam solus põtifex romanus:
vsq; ad proxima tẽpora/in festo paschæ laicos quibus ipse sua manu corpus domini
tradidit/permisit accedere ad susceptionẽ sanguinis de manu diaconi / sed nequaq̃
alii laici in parrochiis ad susceptionem sanguinis reperimus admissos.Cõmunica-
bãt autẽ romani fideles tẽpore sancti Hieronymi/semper corpus CHRISTI acci-
piendo:vt ipse Hieronymus testatur/& in illa quotidiana communione de sangui-
ne nullã fecit ibidem mẽtionem.Dicit enim.Scio romæ esse consuetudinem:vt fide
les semper corpus CHRISTI accipiãt.Et Ambrosius/Augustinus/atq; alii omnes
exponentes verba illa/panem nostrum quotidianum de communione fidelium/di-
cunt cotidianã illã communionem esse corporis CHRISTI/nullã de sanguine mẽ-
tionẽ facientes.CHRISTVS enĩ docet nos petere panem illum supersubstãtialem
quotidie.sufficit igitur:si ĩpetratur.Est consequenter attendẽdum:q̃ cõmunio est
sacramẽtum vnitatis & pacis.Ideo cuncto populo Christiano:loco quotidianæ cõ-
munionis successit cõmunio pacis/vt dicitur ĩ rationali. & dabatᷓ cõmunio eucha-
ristiæ dominicis diebus:& ad hæc plus aucto populo dabatur loco eucharistiæ do-
minicis diebus panis benedictus/q eulogia dicitur.græci adhuc sic seruãt.excidunt
frustum panis ĩ forma crucis quod consecrant pro sanctis: residuũ panis benedicũt
simpliciter & nõ consecrãt/& distribuũt populo.Romana ecclesia fermẽtatum pa-
nẽ benedixit pro populo:azymũ consecrauit.& Romani pontifices p acolythos die-
bus dominicis miserunt fermẽtatum sacerdotibus q tunc ĩ titulis celebrabãt/ne sal
tẽ pro illis dieb⁹ cõmunione põtificis carerẽt:vt ĩ antiquis obseruatiõib⁹ legitᷓ.Fuit
enĩ statutum:q̃ saltem ĩ dominicis missæ dicerẽtur ĩ parochiis. Ideo tunc sacerdo-
tes erãt in titulis/& cõmunicabãt cum pontifice per fermẽtarum. & sicut pontifex
misit sacerdotibus ĩfra vrbẽ:ita archidiaconi sacerdotib⁹ extra vrbẽ. Vna autẽ ec-
clesia nõ habebat nisi vnũ sacerdotẽ:& cessauit rigor primitiuæ ecclesiæ. Nã vt di-
cit Dionysius:post euãgelium oẽs qui non fuerunt parati ad pceptionẽ eucharistiæ
expellebãtur ab ecclesia. Vnde post hoc fuerunt etiã non dispositi/admissi ad cõmu
nionẽ orationis.& tales:ad cõmunionẽ pacis eulogiorũ & benedictionis finalis ad-
mittebãtur.Si vero fuerunt excõmunicati:tunc nõ admittebãtur ad cõmunionem
orationis.& per cõsequẽs ad nullã cõmunionẽ:quia extra oẽm cõmunionẽ positi.vt
in versu.Os orare vale cõmunio mẽsa negatᷓ.Est etiã aduertẽdũ:q̃ a pricipio ecclĩæ
reperimus apud sacerdotiũ fuisse liberã iudiciatiã potestatẽ in distributione huius
sacramẽti eucharistiæ.nã excõmunicatio:semper fuit/& est medicinalis. Paulus enĩ
excõmunicauit Corinthium: vt spiritus saluaretur.& quisq; põtifex:ex credita po
testate potuit excludere a cõmunione ob reuerentiã dei / vt Cyprianus histriones.
aut ad ædificationem ecclesiæ & horrorẽ peccati:vt synodus fecit Sardicensis in c.
Osius de elec.quæ quosdam delinquentes perpetuo exclusit a communione.Et syno
dus eleberitana quæ mœcham perpetuo exclusit.Et ante Innocentium primum la-
psi post baptismum ad pœnitentiam admittebãtur:sed nunq̃ etiam in extremis ad
communionem.& hanc seueritatem mitigauit ipse Papa/& synodus Nycena:quæ
concessit viaticum.Et consuluit beatus Augustinus:q̃ qui post baptismũ peccasset
capitaliter/nõ accederet/nisi publica pœnitẽtia peracta/iudicio sacerdotis reconci-
liatus/aut priuata in religione.vt de ecclesiasticis dogmatibus scribit.Et quia in li-
bro beati Dionysii de ecclesiastica hierarchia reperitᷓ quomodo adulti per episcopũ

baptizati admittebãtur ad cõmunionẽ:quidam pontifices etiã infantes baptizatos cõmunicarunt etiam sub specie vini.Et alii:ob reuerentiam sacramẽti & vomitum puerorũ/non fecerunt/vt in poenitẽtiali Roberti de sancto Victore. Alii etiã morientis infuderunt eucharistiam:qđ etiã fuit synodaliter prohibitum.& multae reperiuntur varietates rituum. Vt etiam ex apostolo Paulo & Dionysio trahitur:vnus consueuit tãtum panis consecrari/& ille frãgebatur & distribuebatur omnibus.& vnus calix tãtum benedici per vnum põtificẽ & distribui.& forte hic panis:ex oblata farina conficiebatur/vt vult Ioannes Beleth.sed hic ritus:nec in orientali/nec in occidentali ecclesia hodie seruatur.Non enim potuit aucto populo Christiano seruati.Legitur in libris Homberti apocrisarii sedis apostolicae/in disputatione contra Nicetã graecum de azymo:sanctum Iacobum primum episcopũ Hierosolymorum modum tenuisse in azymo & forma panis.De quo de conse.distin.prima.Iacobus frater.quẽ hodie & semper tenuit romana ecclesia.Et in rationali dicitur apostolos Petrũ & Paulum instituisse.Sed graeci a sancto Ioanne apostolo se dicunt habere:ꝙ semper fermẽto confecerunt.Hoc est autẽ singulariter attendendum : ꝙ sacerdotes nunꝙ̃ sine diacono celebrarunt:& in omni missa/diaconus de manu sacerdotis recepit eucharistiam sub specie panis.& sacerdos : de manu diaconi calicẽ.vt glo.ĩ cap.peruenit xciii.dist in.ponit causam:& ita praeceptum fuit seruari. Et vt in missali ponitur.Sumpsimus domine sacramenta.tunc clare videtur plures semper cõmunicasse:quia seruabaẽ illa ordinatio:cui nunc videmus ĩ romana ecclesia(excepto solẽni papali officio)derogatum. Et Guiller.ĩ rationali dicit hoc modo:licet sit scriptum/non seruari. Fuit etiã ante Inno.iii.obseruatio:ꝙ tẽpore interdicti non concedebatur viaticum/sed tãtum poenitẽtia & baptismus.quia viaticum non reputabatur sacramẽtum necessitatis:vt haec habẽtur in textu & glo.& concordãtiis allegatis in cap.de sponsalibus.Non est.Sed Inno.iii.addidit viaticum:vt in c.qđ in te.de poenitẽ.& remissio.licet nõ esset necessitatis : vt in glo.ibidẽ.viaticum autem semper sub specie panis reperitur reseruatum.vt idẽ Innocẽtius laudat in libro suo de officio missae:qui speculum ecclesiae nominatur.& textu/iuncta glo.de cõse.dist.ii.presbyter.Finaliter ipse Innocẽtius iii.ĩ vltimo anno vitae suae scilicet 1215 cõgregauit synodũ romae apud lateranũ/quae fuit vniuersalis & plenissima: & ĩ qua fuerunt duo patriarchę ex oriente per se & duo alii per suos apocrisarios & primates/archiepiscopi/& episcopi/& abbates numero 1216/& omniũ regũ & pricipũ oratores/forte ante illã synodũ nulla adeo plena reperiẽ/in illa synodo inter alia c.firmiter:& dãnamus.de summa trinitate c.i.de custodia eucharistię c.antiqua.de priuilegiis/c.omnis vtriusꝗ sexus.de poenitẽ.& remissio. cũ aliis multis edita reperiuntur.Et ibi satis clare diffinitũ reperitur ĩ c.firmiter.§.Vna.ꝙ vna est ecclesia:extra quã non est salus ĩ c.Antiqua.ꝙ ĩ illa vna ecclesia: sancta romana ecclesia pricipatũ tenẽs est omnium magistra.ĩ c.omnis vtriusꝗ:ꝙ fidelis ĩ annis discretionis cõstitutus/confiteri ad minus semel ĩ anno & recipere sacramẽtum eucharistiae teneẽ:nisi de cõsilio sui sacerdotis abstineat.Mãdatur etiã ibidẽ:ꝙ illa cõstitutio crebrius publicetur.Illa cõstitutio vt de se patet:nõ ligat pueros/quia dicit de cõstitutis in annis discretionis.non ligat pluries ꝙ̃ semel ĩ anno:ad perceptionẽ sacramẽti eucharistiae.non ligat nisi ad sacramẽtum:& non ad sacramẽta.neꝗ ligat ad integra sacramẽta:vt dicit textus cõperimus.de cõsecra.di.ii.vel totum eucharistiae sacramẽtũ: vt dicit textus Inno.de poenitẽ.& remissio.ex parte.Et conciliũ Nicenũ noĩe sacramẽti:ĩtelligit sub vna specie.& noĩe sacramẽta:sub duplici.vt ĩ c.peruenit.xciii.di.

iuncta glo.& frequēter oēs missarum cōplendæ in plurali loquuntur. Prosint quæ
sumus domine nobis sacramēta.Ideo qui recipit sub specie panis/corpus scilicet do
mini nostri:satisfacit statuto.Recipit enī sacramētum eucharistiæ.xciii.di. præsen-
te.qđ neq; Iacobelliani negāt.satisfacit igitur.Probatur etiā communionē non esse
de pcepto CHRISTI.quia dicit constitutio:nisi de cōsilio sacerdotis ad tēpus absti-
neat.Pendet igitur a consilio sacerdotis:cōmunio talis. sic & Nicena synodus post
concessionē viatici:adhuc hoc remisit ad curam & probationem episcopi xxvi.q.vi
de his in fine.Non est ergo de præcepto CHRISTI:nisi eo modo quo ecclesia aucto
ritate CHRISTI præcipit.Papa autē est summus sacerdos & magister omnium:vt
diffiniuit illa synodus lateranēsis in c.Antiqua.& omnia alia concilia:quæ præces-
serunt.quare ad eius consilium est in hoc maxime recurrendū:& ei acquiescēdum.
Q; autē illa fuit intentio synodi/scilicet non esse hominē obligatum ad sumptionē
eucharistiæ nisi sub specie panis quæ dicitur corpus CHRISTI:patet primo ex ca.
primo de custodia eucharistiæ eiusdē synodi.iuncto c.presbyter cum glo.de conse.
di.ii.& c.officium de officio archidiaconi/& ī c.de iis quæ sunt a maiori parte capi
tuli etiā synodi lateranēsis.& sic omnes de ordine mēdicātium qui tunc cœperunt/
& omnes doctores qui post illā synodū fuerunt:intellexerunt.& vniuersalis catholi
ca ecclesia:ī qua crebriter cōstitutio illa omnis vtriusq; sexus est publicata.& etiam
Pragēsis prouincia quæ tēpore Arnesti archiepiscopi suis constitutionibus prouin
cialibus hāc sæpedictā ordinationē omnis vtriusq; sexus inseruit:ex praxi ita se in-
tellexisse ostēdit. Fuit ī illa synodo sanctus dominicus.& illo tēpore hugo illius or-
dinis/postillator solēnis totius bibliæ/post hoc per Innocētiū quartū ad cardinalatū
promotus:qui talē intellectum exprimit.& post illum:sanctus Thomas/qui ī quar-
to sententiarū di.ix.ait.Fideles ex illo statuto ecclesiæ ad recipiendū corpus CHRI
STI semel in anno obligari.post quē archidiaconus ī alle.c.comperimus.& Ioannes
Andreæ in Clemētina ad nostram de hæreticis.Sic & omnes alii doctores & magi-
stri:quotquot post synodum illā fuerunt.Similiter & Honorius innocentii Papæ ī-
mediatus successor.vt in c.permittimus de sententia excōmunicationis. Et tota ca
tholica ecclesia sic intellexit illam constitutionem:& in ea quieuit:etiam ecclesia in
regno Bohemiæ vsq; ad iacobellum/qui sibiipsi visus est oībus aut prudentior aut
sanctior.Ipse enim ob veritatem euangelicā:asseruit ritum cōmunionis sub vtraq;
specie quo ad laicos repetendū.& ad verba illius ex cuius prædicatione multi mul
torum errorum occasionem receperunt/vt ipsemet in quodam sermone suo confes
sus est:inconsulto romano pontifice/& ecclesia catholica assumptus est quidam ri-
tus communionis sub vtraq; specie per plures laicos in regno Bohemiæ/nunq̄ tali
modo in dei ecclesia practicatus.Quomodo deo grata esse posset talis præsumptio/
quādo ipsi sacramētum vnitatis recipiunt in scissura ab apostolica romana ecclesia
quasi ipsi omnibus qui sunt aut fuerīt/sint sanctiores/quādo eo modo sancti domi-
ni sacerdotes qbus solum conceditur sancta sanctorū intrare/quasi quotidie cōmu-
nicare præsumunt!Si quis attendit quomodo etiā romanus pontifex post sumptio
nē sanguinis/bina lotione oris ne quid remaneat in ore ex speciebus sacramentali-
bus vtitur ob reuerētiam tāti sacramēti:non potest illā irreuerentiā laicorum/nisi
detestari/etiā si horribiliora dietim non intercederēt/quæ vitari ī multitudine nō
possunt.Contra cuius iacobelli præsumptionē in ipso regno boni & mali/etiā Wi-
cleuistæ/& extra regnum doctissimi magistri:eum insanire dicentes/plura scripse-
runt.& duæ synodi Constātiensis & Basiliensis diffinierunt talē communionē non

esse de veritate praecepti euangelici quo ad laicalē populum, & ꝙ non licet contra ritum ecclesiae rationabiliter introductum: alicui illum sua sponte vsurpare. prout nunc homo vtiq; a deo missus/ cui nomen frater Ioannes de Capistrano/ vir religiosissimus potens opere & sermone: non cessat ex fundatissimis scripturis/ errantes Iacobellianos ad veritatem/ indefessis laboribus reuocare. Ex his clare potest vnusquisq; intelligere: Iacobellianos nō ambulare modo quo decet humiles & obedientes Christianos: quando sensum suum praeferunt vniuersae ecclesiae/ & normā non sequuntur apostolicae sedis/ vnde & fidem receperunt. errant igitur. Omnes enī qui hanc regulam refutant quam beati Petri sedem vident docere & obseruare: errare conuincuntur xi. dist. Nolite. & ca. Quis nesciat: cum infinitis similibus. Dicant Iacobelliani: an lex diuina praecipiat impossibile? Si hoc dixerint: blasphemant. Si igitur lex est possibilium/ & non est in potestate laicorum habere eucharistiam nisi eo modo quo eis ministratur: quomodo potest lex ipsos astringere ad sumptionem sub duplici specie/ si eis non ministratur sub duabus? non igitur possunt obligari: nisi ad modum quē assequi possunt. & quia consecrans per se recipere potest sacramentum sub vtraq; specie: hinc ad hoc ipse tātum obligatur. Deinde si quis dixerit: sacerdotium obligari ad tradendū laicis sub vtraq; specie. esto ꝙ sic sit/ & non tradat: nonne laici sunt securi si sunt fideles/ & per eos non stat quo minus assequantur? Dicere igitur ꝙ communio quo ad laicos fideles sit de necessitate salutis: est īsanire potius ꝗ errare. Sed ꝙ neq; sacerdotes obligentur de necessitate salutis ad tradendum sub duplici specie: patet. nam sacerdotes: habent potestatem ligandi & soluendi in aedificationem. tenētur igitur vigore creditę potestatis: ad omnia illa quae iudicauerit ad honorem & reuerētiam dei & animarum salutem conferre. sunt enī medici animarum. & propter hoc/ habent claues discernendi inter leprā & lepram: & potestatem faciēdi id qđ secundum creditā eis legationem viderint secundum hominem/ rem/ locum/ & tempus opportunum. quare si vniuersum sacerdotium aut saltem

Cyprianus maior pars cum cathedra Petri quae secundum sanctū Cyprianum errare nō permittitur a deo/ vno tēpore sic/ alio aliter/ propter aedificationē ecclesiae/ aut baptizaret/ aut sacramēta ministraret. quia omnia haec fiunt ob dei reuerentiam & animarum salutē: non potest ibi cadere deceptio/ qualescunq; fuerint personae. vt elegan-

Augustin⁹ tissime ī multis passibus sanctus Augustinus/ & alii catholici doctores dicūt: ex voluntate dei sic fieri. hoc ostendunt ex euāgelio super verbo: quae dicunt facite. & qui vos audit: me audit. & sicut misit me viuens pater: ita mitto vos. & vobiscum sum omni tempore: vsq; ad cōsummationē saeculi. & fidelis seruus quē constituit dominus super familiā suam: vt det illis in tēpore/ tritici mēsuram. Et maxime haec potestas: credita est Petro & eius successoribus. Pro Petro enim rogauit IHESVS: ne

Innocētius deficeret fides eius. & obtinuit: ꝙ portae īferi non praeualebunt aduersus ecclesiam cui Petrus praeest. Fecit Innocentius tres sermones: quos misit Arnoldo abbati Cistercien. vbi facta mentione Petri: exponit quomodo ad ipm̄ & eius successores spectat singulariter ex praecepto CHRISTI pascere eucharistia fideles. Et quoniā ad pastores spectat pascere non mactare: non debent ministrare eucharistiam in iudicium/ sed in vitā. & non debent margaritas proiicere ante porcos. sed debēt fideles esse dispensatores: respiciendo ad mentem illius cuius vices agunt/ & eius honorē/ & ad cōmissi populi salutem. qđ maxime ad papam spectat: cui singulariter ecclesia est commissa. Est autem istud ex praxi ecclesiae: etiam in formis sacramētorum manifestum. Apostoli baptizabāt in nomine IHESV. alio tempore: ecclesia in nomine

trinitatis. Aliter græca ecclesia hodie q̄ latina baptizat: & semper effectualiter. Cō-
ficiebant apostoli sacramentum eucharistiæ dicendo pater noster: vt vult sanctus
Gregorius/ & variæ adhuc formæ interuenerūt anteq̄ Scholasticus esset qui illam Scholastic⁹
composuit/ quā hodie habet ecclesia. quæ etiam varia est secundum aliquos ĩ variis
sedibus. Nos vero qui sub romana degimus ecclesia: ordinationē missæ ab ipsis ro-
manis recepimus pontificibus/ qui successiue addiderunt vnus post alium/ & vsq;
ad perfectum officium deuentū existit. Sed fides ecclesiæ non decipitur quo ad ani-
marum salutem: in rituum diuersitate. Vnde ab apostolis baptizati/ fuerunt vere
baptizati: q̄uis CHRISTVS dixisset/ baptizantes in nomine patris & filii & spiri-
tus sancti. Non fecerunt enim contra CHRISTI præceptum qui in nomine IHE-
SV baptizarunt. Nam in identitate fidei: noluit CHRISTVS eos astringere quin
conuenientibus verbis iuxta locum & tempus in ædificationem ecclesiæ vterētur.
ministerium enim eis creditum: respiciebat ædificationem ecclesiæ/ & ad illum fi-
nem salua veritate fidei sine qua nemo potest esse membrum CHRISTI/ & de cor-
pore eius qđ est ecclesia. Omnia potuerunt apostoli: & possunt successores. Ait enī
Cypriarus. manente concordiæ vinculo/ & perseuerante ecclesiæ catholicæ indiui- Cyprianus
duo sacramēto: actum suum disponit/ vnusquisq; episcopus/ rationem propositi sui
domino redditurus. Et sanctus Augustinus ĩ epistola ad Vincentiū/ hoc dictū tanq̄ Augustin⁹.
elegātissimum allegat. Ex præmissis constat q tota catholica ecclesia: non potest ad
literā scripturarum obligari/ licet semp ad spiritum. quādo enī litera nō seruit ædi
ficatiōi & spiritui: recipit id qđ magis seruit spiritui. Ita Paulus apostolus se aiebat
ministrum noui testamēti: non litera sed spiritu. & ideo q cum humanis rationibus
ex litera ecclesiā nituntur impugnare/ errāt. Nam ecclesia sine litera fuit aliquādo
ante Moysen/ & etiā anteq̄ apostolus Ioannes euangelium/ vel Paulus epistolas scri-
pserit. Et CHRISTVS ecclesiā ædificauit sine litera: quia nihil scripsit. Nō est ĩgi-
tur litera/ quæ per tyrānum penitus deleri posset: de essentia ecclesiæ/ sed spiritus
est q viuificat. quare nec mirum: si praxis ecclesiæ vno tēpore iterpretatur scriptu-
rā vno modo/ & alio tēpore alio modo. Nā intellectus currit cum praxi. Intellectus
enī qui cum praxi concurrit: est spiritus viuificās. Origenes enī & quidā alii/ textū Origenes.
si quis non resignauerit omnibus quæ possidet non potest meus esse discipulus: se-
cundum praxim primitiuæ ecclesiæ/ ĩtellexerūt præceptum esse. Intrāte autē mul-
titudine: nō fuit possibile oēs resignare. & nihilominus cōtra praxim tunc ecclesiæ/
Apostolici steterunt ĩ intellectu/ q textus ille haberet necessitatē præcepti/ & dāna-
ti sunt ab ecclesia tanq̄ hæretici. Ita potest dici de aliis consimilibus scripturis: etiā
de illa/ nisi māducaueritis. Ecclesia igitur sicut recipit scripturā: ita & interpretat̄.
Sequuntur igitur scripturæ ecclesiā: quæ prior est/ & propter quā scriptura/ & nō
econuerso. & qui ad hoc non respexerunt: impugnarunt ecclesiā frustra/ & se segre-
garunt ab ecclesia. & hæc pertinax segregatio per quā quis sensum suum quē habet
de scripturis præponit ecclesiæ: hæresis græce dicit̄/ qđ latine sectā seu diuisio po-
test interpretari. Et quia iā præcesserunt doctissimi viri/ q hæc latissime verissima
esse ostēderūt/ neq; possunt per aliquē/ rationē habētem difficultatē: satis sit propo-
sito nostro/ scilicet non esse possibile sacerdotes necessitari ad dādam communionē
laicis sub vtraq; specie. Sed q ministratio sacramēti credita est illis illimitare: eo mo-
do quo ad ecclīæ ædificationē scilicet dei honorē/ & animarū salutē/ pro loco & tē-
pore iudicauerint expedire. Diceret forte aliquis/ sicut quis seipsum probās & pec-
catorē reperiens debet abstinere ab accessu ad cōmunionē: sic etiam tradens debet

abstinere ne tradat etiã publico peccatori/sed aliter non. Dicimus ꝙ ob reuerẽtiam sacramẽti & ædificationẽ ecclesiæ semper ecclesia denegauit tradere catechuminis fidelibus/etiã per quos nõ stetit quin baptizarentur: licet essent de corpore CHRISTI/quia fideles. similiter & existẽtibus in poenitẽtia: licet essent deo recõciliati per contritionẽ. Similiter & energuminis: vt patet ex Dionysio. Vnde cõstat ecclesiam ab initio vsam fuisse libera potestate ad ædificationẽ: in ministrando hoc sacramẽtum. Adhuc manifeste declarabitur: iacobellianos pro se nullas habere scripturas. Nam negare nequeunt omnia CHRISTI verba in euãgeliis scripta: æque vera esse. neq; negare possunt CHRISTVM in omnibus tenere principatum: qui primo ascendit ad coelos. Reperitur igitur Abraam/Isaac/& Iacob/prophetas/apostolos/virgines/habere æternam vitam: sed nemo ante CHRISTVM. Sed CHRISTVS dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto: non intrabit regnum coelorum. Dixit etiã. Qui crediderit & baptisatus fuerit: saluus erit. qui vero non crediderit: condẽnabitur. Oportet igitur: ꝙ hoc verificetur de omnibus sanctis. Non potest igitur hoc intelligi de visibili baptismo/sed de renascentia inuisibili & spirituali/quæ fit per fidem. eo enĩ modo tantum: illud dictum potest verificari de omnibus sanctis veteris & noui testamenti. Homo enĩ ex Adam natus/vt sit filius hominis si debet denuo nasci vt sit filius dei per gratiã: oportet ꝙ hæc filiatio fiat in vero filio naturali dei/qui sibi naturam filiationis ex Adã vniuit/vt sit filius dei & hominis. Quãdo igitur homo per fidem se filio dei vnit: transeundo in adoptionẽ per gratiã dei patris cui credit & filio eius: sic in vnitate spiritussancti/spiritum suum per fidẽ firmam vniendo deo/credens se posse sic ad filiationẽ dei pertingere in filio dei/qui est eiusdem naturæ humanæ secum/tunc denuo nascitur in spiritu. Vnde vna est sola fides/vna scilicet renascentia & filiatio: per quã omnes sancti renati sunt & renascẽtur. Illa non potest esse visibilis & sensibilis: quia vt sic nõ est æque ab omnibus sanctis participabilis. sed necessario est spiritualis & intellectualis: vti vna veritas in multis intellectibus est receptibilis. Ob hoc Paulus aiebat patres nostros omnes baptizatos: licet non baptismate CHRISTI visibiliter sicut Christiani/sed in baptismate CHRISTI inuisibiliter/i nube vero visibiliter. Sic vbi CHRISTVS dicit/nisi mãducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius sanguinẽ/non habebitis vitam in vobis: necesse est ꝙ si de omnibus sanctis debet verificari qui habent vitam illam diuinam/ꝙ non intelligatur de visibili situ sacramentali manducatione/sed de spirituali. nam renatus per fidem in verbo: non potest cibari nisi verbo. ex iis enim ex quib⁹ sumus: ex eis & nutrimur. vnũ est verbum per quod renascimur/& viuum est verbum per qđ renati pascimur: & est verbum vitæ intellectualis scilicet veritas ipsa/quæ solum pascere potest renatum ĩtellectum per fidem. & nos homines non possumus hunc cibum per quem incorporamur vitæ intellectuali scilicet veritati participare: nisi in eo in quo nostra natura est in vnitate personæ vnita ipsi verbo/quod est veritas. Hinc Petrus aiebat CHRISTVM habere verba vitæ æternę. hoc quidem habere: est esse. Nam hoc verbum est vita: vt ait de se IHESVS Ego sum via/veritas/& vita. Ita Paulus dicebat patres nostros eandem escam spiritualem comedisse/& eundem potum spiritualem bibisse: & non potest esse aliter verum ꝙ sit vna & eadem æsca plurium/nisi illa sit spiritualis. neq; est alia æsca sanctorum/ꝗ panis vitæ & intellectus: neq; alius potus/ꝗ aqua sapientiæ. & non est alius panis viuus: nisi qui de coelo descendit. quem qui manducat: non morietur sed viuet ĩ æternũ. neq; alius est cibus vitæ æternæ ĩ hoc mũdo/& alius ĩ re-

gno:nisi q̄ hic non attingitur /nisi modo quo hic mundus permittit qui est sensibi-
lis.Vnde non attingitur vita quæ est veritas /sensibiliter: nisi per fidem.sicut disci-
pulus non attingit doctrinam magistri: nisi credat in sensibilibus verbis magistri /
veritatē doctrinæ contineri.Sed in alio regno intellectuali:cibat veritas non per fi-
dem & signa sensibilia /sed per seipsam. Nam ibi veritas:seipsam vti est præbet ci-
bum vitæ intellectualis. Vnde postq̄ IHESVS CHRISTVS qui de vita æterna &
cibo vitæ plura aperuit apostolis /recedere voluit de hoc mundo:dixit. Vado vobis
parare mensam:vt bene & clare intelligerent cibum vitæ esse illū /quem ipse in mē-
sa per eum paranda in recessu de hoc mūdo in alium /transiens ministrabit. Adhuc
aliter qui crediderit & baptizat⁹ fuerit saluus erit: quod est vitā habere æternam.
Sed nisi quis māducauerit carnem filii hominis & biberit eius sanguinē/non habe-
bit vitā.Igitur credere & baptizari:est māducare & bibere /vt dicit Augustinus &
habetur de consecra. distinc.v.Qui passus.Et qui credit: habet vitā.credere igitur /
baptizari /māducare /& bibere /& quicquid similiter per CHRISTVM dicitur: nō
habet in spirituali intellectu differentiam. sed vnum solum est: quod per omnia ta-
lia varie exprimitur:scilicet quotquot receperunt eum dedit eis potestatē fillos dei
fieri /iis qui credunt in nomine eius.Eleganter igitur Beda ait super Ioannem:q̄ pa- Beda.
nis qui manducatur in regno dei /non iuxta Cherinthū corporalis intelligēdus est
cibus /sed ille vtiq; qui ait.Ego sum panis /qui de cælo descendi:si quis manducaue-
rit ex hoc pane viuet in æternū. id est si quis meæ incarnationis sacramēto perfecte
incorporatus /meæ diuinæ maiestatis visione frui meruerit: hic perpetua vitæ im-
mortalis beatitudine gaudebit.hæc ille. Hic est enim cibus qui non perit: quē filius
hominis dat /quem signauit pater esse filium suum /qui est cibus verus /nobis in no-
stra natura datus a patre qui de cælo descendit /qui est cibus viuus & verus /. & po-
tus verus /& lux vera omnem rationem illuminās /& vitis vera.& quia veritas: id-
circo nihil de mixto habet iste cibus /qui est vita. quare non est visibilis nec tempo-
ralis:sed præstat immortalitatem. & est hæc necessaria omnium doctorum senten-
tia,quoniam impossibile est aliter omnia CHRISTI verba æque vera esse: si non in-
telligantur /vt sunt spiritus viuificans.pro quo facit textus qui ponitur de cōsecra.
distinc.v.Inquit apostolus.Sed si quis dixerit.Nonne quidam hūc textum /nisi man
ducaueritis:exponunt de esu sacramentali /scilicet q̄ q̄uis intelligatur de spirituali
esu /tamen in hac ecclesia cōstare debet Christianum sub signis sacramētalibus cō-
fiteri CHRISTVM esse esum & potū vitæ/ sic edens spiritualiter quasi corde cre-
dens ad iustitiam:etiam tenetur ad esum sacramētalem / quasi confessio oris fiat ad
salutem.sicut & de baptismo fidelium dicitur. Tenetur igitur in voto:habere esum
sacramentalem. aliquando ergo debet cōmunicare vt arguit sanctus Thomas. Fa-
temur hoc sic se habere.sed non potest quis:obligari ex voto ad impossibile. Ideo eo
modo tantum obligabitur ad executionem voti:quomodo ecclesia tradit /si ipse per
se sumere nequit.Et iste est vetus intellect⁹ sancti Thomę:qui ait voto ex præcepto
dei /nisi manducaueritis executionem /præcepto ecclesiæ per cap.omnis vtriusq;:fi-
delem ad communionem obligari.Adhuc forte diceret aliquis.CHRISTVS dixit
hoc facite in meam cōmemorationem.Præcepit igitur sacramentalem cōmunionē
fieri in sui memoriam.Nō negamus præceptum CHRISTI esse /vt hæc sic fiant in
ecclesia vti ipse fecit: & sic fit per successores illorum quibus præcepit.Nam episco-
pi & sacerdotes qui succedunt discipulis /quibus hoc preceptum reperitur: gratias
agunt / benedicunt / accipiunt / manducant /& bibunt eucharistiam in memoriam

CHRISTI.nec hæc fieri possunt per alios:q̃ tales. Nemo enim potest per se accipe-
re & manducare eucharistiam : nisi qui consecrauit. Simul hic traditur potestas
Augustinꝰ consecrandi & accipiendi per se & tradendi aliis. Vnde dicit Augustinus & habe-
tur in cap.liquido de consecra.distinc.v.eos potestatẽ circa modum sacramenti ha-
buisse.sed facultas tradendi aliis potestatem/aut distribuendi/ non est præceptum.
CHRISTVS enim elegit illos:quibꝰ tradidit. Dicit enim Guillermus in rationa-
li:ꝙ per traditionẽ calicis signauit discipulos suos.sic & ipsis discipulis eandem de-
dit potestatem/scilicet eligendi quibus tradant similem potestatem/& quibus cõ-
munionem. Vnde quia ipsi discipuli ad hoc constituti fuerunt/vt ex verbo hoc fa-
cite constat:manifestum est eos sacerdotes sacerdotum/aut põtifices creatos. Hinc
qui in eorum vices succedunt: habent potestatem hoc faciendi/eo modo quo ipsi &
ante eos CHRISTVS pontifex noui testamenti fecit/scilicet constituendi pontifi-
ces qui omnia talia possunt per se/ & tradendi potestatem electis sacerdotibus hoc
faciendi scilicet gratias agendi/benedicendi/& accipiendi simul & aliis dignis tra-
Dionysius. dendi.vti elegantissime diuinus tradit Dionysius obseruatum.Ex nullo igitur tex-
tu habetur:ꝙ laici necessitẽtur recipere aliter q̃ eis traditur. Aut ꝙ episcopi seu sa-
cerdotes necessitentur eis sic tradere quo modo CHRISTVS discipulis tradidit/
quorum laici vices non gerunt. Neq; paulus dissentit ab euangelistis quando scri-
bit corinthiis.nam forte corinthiorũ sacerdotes intellexerunt CHRISTVM cum
suis discipulis ad vltimã cœnam cõuenisse/& primo accepisse panẽ/gratias egisse/
benedixisse/fregisse/& cœnãtibus dixisse. Accipite & comedite. Et sic putabant cœ-
nam:a fractione panis inchoatam. Et postq̃ cœnauit CHRISTVS: accepisse cali-
cem/gratias egisse/benedixisse/& dixisse/bibite ex hoc omnes/hic est enim.& hunc
morem: sequi volebant. & in hoc Paulus non repræhendit eos/sed in hoc ꝙ mysti-
cum esum non intellexerunt/sed se dederunt ad cõuiuia/ibi finem ponentes. In hoc
non laudat eos: sed ducit eos de errore literæ ad spiritum/& ad mẽtem CHRISTI
instituentis sacramentum. An autem fuerint laici in illo conuiuio & mulieres: non
potest clare ex textu haberi. sed ꝙ non fuerint : maxime per finem textus videtur
vbi ait.Itaq; fratres mei : cum conuenitis ad manducandum quod de sacerdotibus
concelebrantibus: potius potest intelligi. Alii vt ex Dionysio habetur non cõuenie-
bant cum sacerdotibus: nec videre poterant mysteria. & non sine magno mysterio:
alia verba ponit Paulus circa sumptionẽ corporis CHRISTI & alia circa sumptio-
nem sanguinis. Nam dicit circa sumptionem corporis hoc facite in meam memo-
riam. Sed circa sumptionẽ sanguinis dicit:hoc facite quotiescunq; biberitis in meã
cõmemorationem. Quotiescunq; enim sanguis ex calice bibitur: per quẽcunq; biba-
tur/tunc in memoriam CHRISTI fieri debet. non enim cadit præceptum in sum-
ptionem:sed in memoriam. vt quando sumetur : ꝙ in memoria sumatur/maxime
calix. & diligenter aduertenti : clarissime constabit hanc esse intentionem Pauli ex
verbis quæ sequuntur. Quotiescunq; enim. Et probet se homo/ quæ verba clare
exprimunt præceptum non cadere in sumptionem/ sed in memoriam sumptionis
contra consuetudinẽ malam Corinthiorum/ qui ad corporales delicias trahebant
dominicam cœnam. Arbitramur nunc satis cõpetenter per hanc prolixiorem epi-
stolam cuncta quæ Iacobelliani pro sui erroris fomento & palliatione/ tam ex scri-
ptura q̃ praxi & (vt appellant) cõpactatis assumsit/potius cõtra eos esse/ostendisse.
rogãtes iterum atq; iterum omnes qui in Iacobellii sectam suis suasionibus sunt in-
ducti/& propterea a sancta romana & catholica ecclesia segregati: vt prioribus no

stris monitis/si vitam assequi cupiunt immortalē/q̄primū acquiescant. Hoc si fecerint vt speramus: habebunt piissimum pontificem qui scit omnibus compati fidelibus. Vosq̧ alios fideles qui in fide parentum & ritu catholicę ecclesiæ/diuino munere hactenus præseruati estis admonemus: vt Iacobellianos inducatis ad eam redire conformitatē/quam aut ipsi/aut eorum parentes vobiscum obseruarunt. hoc cedit in maximū meritum animabus vestris. Q̧ si acquieuerint: lucrati eos estis. & gaudebunt vobiscū/& cum tota catholica ecclesia se esse pacifice vnitos/ nosq̧ non solum amicissimū fautorem omnium & singulorū: sed & diligentissimū solicitatorem & fidelem cooperatorem offerimus in omnibus/quæ honori & vtilitati inclyti regni & singulorum cadere poterunt: vt & sic tandem ex Christianę militiæ catholica ecclesia vna pariter ad triūphantem pertingere mereamur/gratia domini & saluatoris nostri IHESV CHRISTI semper benedicti. Amen. Datum in ciuitate nostra Brixinensi. die.xi.mensis Octobris. Anno a natiuitate domini millesimo quadringentesimo quinquagesimosecūdo. Pontificatus sanctissimi in CHRISTO Patris & Domini nostri Domini Nicolai diuina ꝓuidentia Papæ quinti anno sexto.

EPISTOLARVM AD BOHEMOS REVERENDISS.IN CHRISTO P.D.NICOLAI DE CVSA CARD.EOS AD VNITATEM MATRIS ECCLESIAE REVOCANTIS: FINIS.

Reparatio Calendarii Reuerendiss.in CHRISTO P.NICOLAI De Cusa CARDINALIS.



D laudem omnipotētis dei: vt intētio correctionis Calendarii clarior fiat/per ordinē de ipsius Calendarii ordinatione/deq̧ ipsius insufficientia/& erroris causis/ac de remediis breuissime tāgam. Prima pars expeteret ab initio cōpositionem eius ethnicorum tēpore enarrare: sed cū parū prosit proposito/diutius in ea parte immorari/ipsam compendiosa succinctudine perstringā. Licet annotari q̄ annus sit mēsura cuiusdā dati motus de termino ad terminū/& secundū varios hominū respectus/varius sit. Vt alii ipm capiunt respectu reuolutionis cōiunctionū luminariū/30 dierū. Alii trium mensium: vt Chaldęi ab æquinoctio ad solstitiū. Alii duodecim mensium luminariū regulariter 354 dierū: vt Arabes. Alii respectu cuiusdā perfectæ influentiæ ad hominis natiuitatem/10 mensiū: vt Romulus. Alii ad solis reuolutionem respicientes/365 dierum tantū: vt quondā Græci/Persæ/ & Aegyptii. Alii qui ī hac reuolutione defectū respicientes sex addiderūt horas/ex quib⁹ quarto quoq̧ anno bisextilis exorit: vt Romani præcepto Iulii cæsaris. Quem & Græci vt sacrificia omnia stabiliret vno anni tēpore fierent/quia ita est visum eis deo summo placere: sunt imitati. Aegyptiis ex cōtraria causa/ne scilicet vno tēpore fixa sacrificia essent additionem quartæ respuentibus: qui annū sacrificiorū plenæ reuolutionis ex 1460 annis quem maximū solis annum asserunt/constare dixerunt. Et vti varii sunt anni: ita & illorum varia initia. Alii ab Alexandri morte: vt sunt anni Græcorū. Alii a Nabuchodonosor: vt Aegyptiorū. Alii a Iesdargit: vt Persarū. Alii a mahumet: vt Arabū. Et Azarchel

Chaldæi
Arabes
Græci
Persæ
Aegyptii
Romani.

eos ab Elhigera id est bello nominat. Alii ab imperatoribus romanis: sicut a Diocletiano veteres latini longo tēpore. Et huius immutationē fecere Christiani 500 annis post CHRISTVM statuētes potius a CHRISTO q̃ tyrannis initia sumi debere. Sic pariformiter annorū: varia annalia initia existunt. Alii a martio: vt Romani antiqui. Alii a septēbri: vt Iudaei. Alii ab octobri: vt Aegyptii & Graeci simul & persae/ licet nullū anni tēporale initium firmū sit/ praeter annuū solis motū mensurans cum quarta. quoniā in aliis: varietas initii est. Persae enim & Aegyptii: initiū omni quarto anno per vnū diem anticipando variant. similiter Arabes & Iudaei. Arabes quidē: per 30 reuolutiones in idem initiū reuertūtur. Iudaei vero: 19 annos suos nostris latinis coaequant/ cum interiectionibus 7 lunationū embolismaliū. Christiani ab octauo Calēdas Aprilis: quia ibi est annunciationis dies & incarnationis CHRISTI. licet vulgares italicos sequētes: a Calendis Ianuarii initiū faciant. Omniū autem eorū praeter Chaldaeos annū numerantiū: duplex fuit ratio. Vna: quo ad solis reditū. Alia: quo ad lunationes huiusmodi reuolutionē mensurantes. Vnde menses anni: lunationibus seruiebant. & ideo currebant inuentione graecorū/ rudi tamen/ menses per dies 30 (quia tot diebus lunā innouari putabant) adiicientes 5 dies: vt annus reuolutioni solis deseruiret ad vltimū mensem. & hos: intercalares vocarūt antiqui. Iulius hos sequens: menses ad 30 reduxit dies/ sparsim intercalares addens/ non in fine vt graeci. Arabes vero praecisiores/ quia recētiores: duos mēses ex 59 cōstituerunt diebus aliquādo vnū addentes diem/ vndecies scilicet in 30 annis: & tūc vltimi duo menses/ 60 dierū sunt. Deinde licet in his omnibus diuersitas sit: tamen septē dierū numero apud omnes/ dierū nomina reuoluunt. licet de prima septimanae die ac dierū nomine diuersitas sit. Christianorū septimanae initiū est: a die dominico. Graecorū ac Alexandri: a die lunę. Iesdargith: a die martis. Nabuchodonosor: a die mercurii. Ethnicorū: a die iouis. Elhigera: a die veneris. Hebraeorū: a die sabbati. Dierū nomina: a planeta in prima hora (vt putauit gentilitas) regnāre extracta sunt. & ita dies solis/ lunae/ martis & reliqui: non ex ordine planetarum/ sed regimine nomen sortiuntur. Has gentiliū rationes hebraei spernentes: primā a sabbato/ primā sabbati nominarūt/ & ita deinceps. Similiter & Christiani praecepto Siluestri papę: in primā feriam solis diem/ secundā feriam lunę diem/ & sic deinceps: cōmutarunt. Statuerunt etiā antiqui ob motū quem sol ante reuolutionē 365 diebus superaddit: diem addendū/ alii tertio anno/ alii quinto. Iulius cesar studiosissim⁹ harum rerū indagator/ praeteritorū errorem deprachēdens 21 dies simul cum quarta intercalauit/ statuens edicto publico quarto anno/ vi. Calēdas Martii bisextū addēdum. Sacerdotes vero tertio addentes anno diem: denuo in 36 annis/ 12 intercalarunt cū nouem suffecissent. Augustus deceptionē hanc animaduertens: iussit absq; bisexto/ 12 currere annos: vt ita ad aequā rationē rediret. qđ in aereis tabulis vt Macrobio in saturnalibus placet: ob aeternam memoriā iussit exarari. a quo tēpore citra: anno nihil additū/ subtractūve legitur. Reperio Chaldęos: Romanis decēnouenalē cyclum misisse pro lunationū initiis. quem: Calendario aureis numeris inscripserunt. & eapropter hoc nomen numeri aurei sortitus est. De his annis/ aeris/ ac aetarū initiis/ mensibus/ mensium variis nominibus/ & diebus/ ac nominū mensium & dierū iuxta rationum vsum rationibus/ cum iis & quae vetus religio ethnica quo ad dies fastos/ nefastos/ & comitiales/ deq; feriis/ statutis/ cōceptiuis/ imperatiuis/ & nundinis/ & sacrificiorū differentiis/ ac cur Calendae/ nonae/ Idusq;/ quae tunc initio incensionis ac mensis medio seruiebāt obseruare solebat: si quis latius videre optat/

Siluester & id Christiane & facte.

ad Augustinũ 18 libro contra Faustum/ & ad Bedam de tẽporibus/ Sollinũ de mũdi mirabilibus/ Ptolemæum in introductorio in almegisti / Abraam auenzre de rationibus tabularũ pisanarũ/ ac Macrobiũ in saturnalibus/ & Ouidium de fastis/ ac alios recurrat. Nũc secundã particulam absoluã. Insufficientia Calẽdarii quo ad annũ & menses: in hoc depræhenditur. Cũ enim annus cũ bisexto mẽsurari debeat motũ solis de puncto dato æquinoctiali vel solstitiali vsq; ad reditum: docuit experientia per anticipationem solstitiorũ & æquinoctiorũ in diebus mẽsium/ annũ solarem minorẽ esse q̃ Iulius statuit/ aliquot saltem horarũ minutis. ex qua re euenit: vt non sit in ea martii die hodie æquinoctium vernale/ qua erat tẽpore Felicis philosophi/ Abracis/ Ptolemæi/ Abbategni/ Alpetragii/ Thebitis/ aut aliorũ præteritorum magistrorũ probationũ. Quantus autem hic error existat/ cũ sit paruo tẽpore imperceptibilis/ nec ex quibuscunq; maximis etiã instrumẽtis punctalis veritas experimento infallibili haberi hucusq; potuerit/ vt Abraham auenzre/ & post eum Petrus de Ebano ĩ tractatu octauæ sphereæ dicit: adhuc latet. Ptolemæus: 300 idest trecẽtesimã diei partem minus quarta esse dicit. Albategni: centesimã. Io. de sacrobusco: 288. Alfonsus ponit annũ cõstare ex 365 diebus/ 5 horis 49 minutis & 16 secũdis/ & sic in vna 34. min⁹. Et vt refert Abraam: iudæi dicũt in 350 annis ex quadrantibus plus diem effici. a quibus Azoti non multũ discrepant. nec cõcordãt obseruantiæ quæ anno CHRISTI 1290 inuentę sunt cum Alfonso. quia tunc 13 die 16 horis post meridiem sol inuentus est arietem intrare: quod cum Alfonso nõ cõcordat. nec aliæ experientiæ: post vel ante habitæ. *Sapiẽtes Persarum* asserunt additamentum super quartã: centesimãdecimãquintam partem diei. vt Messahala/ & Albumasar in tabulis ponunt. Azarchel hispanus magister probationũ/ 429 anno ab Elhigera/ 1089 anno CHRISTI ait: centesimãsextã partem deesse quartę. Thebith Benchorac summus Christianorũ astrologus in vno ex duobus libris quos de motu solis cõposuit: dicit cẽtesimãsextã deesse. in alio: 150 abũdare. cui abũcent & Azarabel cõsentiũt. similiter & Abraam auenzre. Thebith etiã qui ob diuersitatẽ experientiarũ imaginatus est motũ accessus & recessus: diuersus est ab omnibus illis/ dicens annũ non posse constare ex reuolutione ad æquinoctiũ/ quia illa æquinoctialia puncta instabilia asserit accedere & recedere. sed dicit annũ ex motu solis a stella fixa ad eandẽ constare: vti Indi annũ mensurant secundũ Abraam auenzre/ addentes vltra quartã/ vnã 120 partẽ diei scilicet quintã partem vnius horæ/ & loquũtur de anno reuolutionis de stella ad stellam eandem. sed de anno festiuitatũ eorũ loquentes: dicũt ex quarta plus in 320 annis diem exurgere. & hic annus: est maior nostro cõmuni cũ quarta: 23 secundis/ & 30. tertiis. quæ in 353 annis: faciunt diem vnum. Vnde cũ cõsideratio nostra nõ sit de ariete stellato octauæ sphereæ quo ad præsens negotium/ sed de puncto æquinoctiali: tunc annus adeo remanet dubius/ q̃ quidam cõpulsi fuerunt dicere omnẽ motũ supcælestiũ incõmensurabilẽ esse rationi humanæ/ & in quadã irrationabili ꝓportione/ habẽte surdã & innominabilẽ radicẽ cadere. quia data quacũq; mensura humana ꝓpinque motũ mensurans: dabilis est semper ꝓpinquior. & ita dicũt motũ superiorẽ per humanũ ingeniũ cõpræhensibilẽ: sicut circulus per idem ingeniũ est quadrabilis/ & angulus acutus cõtingentiæ attingibilis p rectilineal ẽ. Petrus etiam de Ebano in tractatu de octaua sphera opinionẽ accessus & recessus Thebith repræhẽdit. similiter & Abbategni. Et cũ quæreretur ab eo cur tẽpore Abracis & Ptolemæi ille motus tardior inuentus sit q̃ tẽpore isto: respondet ad hæc motum in cælis omnibus/ incognitũ esse. Thebith in imperfectio-

Calendarii insufficientia.

Quadratura circuli.

ne humanæ rationis & instrumentorũ impedimentũ posuit. Alpetragius opinionẽ Aristotelis sequens: Ptolemei & aliorum omniũ opiniones eccẽtricorũ & epicyclorum confutat/apparentias saluans/etiam ponendo spheras omnes cõcentricas. Inter has igitur omnes opinionũ diuersitates Iulius cæsar annũ sup obseruatiõe Babylonicorũ antiquissimorũ Achamin/& Midan/& Abracis fũdauit: qui 365 dierũ & 6 horarum annũ posuerũt. & cũ positiones illę clarissime conspiciantur deficere: sic & annus deficit. Quo vero ad nostrum propositum: patet in nullo anno romano nostro/solem illa hora ęquinoctii vernalis punctum intrare conformiter sicut alio. immo adeo differenter: ꝙ aut in 300 annis secũdum Ptolemæum/aut 288 annis secundũ Ioannem de sacrobusco/aut 136 vel quasi secundũ Alfonsum/aut 100 secundum Abbategni per integrũ diem fit anticipatio. & quantũ experientiis ad quoddã cõmune medium deductus propinquius haberi potest: tunc 150 annis ęquinoctia & solstitia die vno antecedunt. Error alius quo ad mẽses lunares & incensionum dies in Calendario per decennouenalẽ aureum numerũ signatos: omnibus adeo manifestus est/ꝙ declaratione non eget. Nam non ostendit hodie lunam primã sed plus q̃ quartam. Refert Ioannes de sacrobusco: Gamalielem magistrũ Pauli/Eusebiũ cęsariẽsem/& Hieronymũ asserere CHRISTI natiuitatis tẽpore/10 Calẽdas Aprilis lunã primã fuisse. & quia ibi est vnitas aurei numeri signata: patet tunc per decẽnouenalẽ cyclum/primationum dies habitos. sed quantũ nunc distent: videndũ. dicit idẽ Ioannes de sacrobusco/1235 ꝙ anticipatio facta fuit tribus dieb⁹ cũ 4 horis: et hoc asserit more cõpotistarũ rudi minerua ꝑ vna decẽnouenali reuolutione horã cũ tertia anticipando: qđ cum Ptolemæo ꝑcise non concordat, immo pene 7 horis discrepat. & secundũ Alfonsum hodie 4 diebus cũ dimidio & quasi tribus horis & vltra. Et hic error ex disproportione 19 annorũ solariũ cum quarta ad reuolutiões cõiunctionales: exoritur. Postq̃ enim Græci/primi inuenerũt se in eo errasse ꝙ mensem 30 dierũ posuerunt: quęsierunt an ex aliquot annis solarib⁹ reuolutio perfecta/hunc errorem corrigens haberi posset. & primo hoc cum ogdoade vt Ptolemæo in introductorio placet tẽtarunt: putantes ex epacta 11 dierũ & quarta diei quibus dixerant solarem annũ lunarẽ excedere: in octauo cõcordiam haberi. Vnde ex epactis 90 dies in octauo colligẽtes: 3 menses addiderunt. vnũ: in tertio. alium: in quinto. alium: in octauo. & inuenta est diuersitas ex hac positione: cum lunatio subtilius indagata/inuenta sit 29 dierum/12 horarum/31 minutorũ/50 secundorũ/8 tertiorum/20 quartorũ diei. & sic annus 12 lunationum: cõstituitur ex 354 diebus & fere tertia parte diei. Vnde super excrescẽtia solaris esset 10 dies/medius/tertia pars/& medietas sextę. illi autẽ in 8 multiplicati: 87 dies efficiunt/qui nõ efficiunt 3 lunationes. Vnde post hæc Hippolytus episcopus 16 annorũ cyclum hexadecaterida/id est sex & decẽ scripsit ad primũ annum Alexãdri imperatoris. & hic Eusebio qui decẽnouenalem cyclũ quẽ enneadecaterida id est nouẽdecẽnalẽ dicũt inueniẽdi occasionẽ dedit/vt Hieronymo placet de illustribus viris. Et cõperetunt practici illũ enneadecateridem scilicet decẽnouenalem cyclum præcisiorẽ: cũ 19 anni habeant 6940 dies/235 menses/cum 7 epactarũ mensibus. Sed quia (vt ait idẽ Ptolemęus) luna addit super annos solares cũ quarta/in 19 annis vnã 78 diei: dixit secta Felicis philosophi/19 annos reuolutioni non conuenire/sed quater 19 scilicet 76 annos. & hæc reuolutio propinquior existit veritati. Sed quia 19 anni deficiũt a veritate: ita & necesse est omnes multiplices eius. quare licet antiqui in quater 19/in quinquies 19/in sexties/aut vltimo in septies 19 annis reuolutionẽ cũ maximis laboribus quæ-

fuissent:in oībus tamē illis cadit defectus talis/qui tēporis successu percipit. Azarchel sequēdo positionē Ptolemæi scribēs tabulas/ponit lunationē 29 dierū/31 minutorum/& 50 secundorū diei. & sic annus lunaris constat ex 354 diebus/22 minutis diei. & in 30 annis arabum fit reuolutio:quæ continet 360 lunationes/& dies 10631. Et non curat Azarchel de tertiis/& quartis: licet in longo tempore notabilē diuersitatem efficiant. Dies autem 11 qui in 30 annis Arabum ex 22 minutis exurgunt:bisextiles vocantur. & postq̄ medietatem excesserint:dies additur. Ex quib⁹ patet: cū 30 anni arabum sint minus tēpus reductionis coniunctionū mediarum ad initium/ꝙ 19 anni solares cū nec sint submultiplices aut multiplices ad eos/ꝙ necessatio in veritate reuolutionis deficiant. & hoc.nam aut ipsi 19 anni habent 4 bisextos:tunc sunt minores 235 lunationibus/40 minutis/50 secūdis. Aut habēt 5:& tunc super 19 minuta & 10 secūda. Et quoniā post illum qui habet 4 bisextos/sequuntur 3/de 5 bisextis: sic solum 76 anni aliis 76 æquātur/& non 19/aliis 19 & cū 57 anni de 76 habeant vt dictū est 15 bisextos/& addant vltra 705 lunationes/57 minuta/& 30 secunda/& alii 19 quatuor bisextiliū minores sint 235 lunationib⁹ 40 minutis & 50 secūdis:patet per subtractionē 76 annos habere vltra 940 cōiunctiones/16 minuta & 40 secūda/& sic quater/76 haberēt diem/6 minuta/& 40 secūda vltra 3760 lunatiōes. & sic post 4256 annos:diceret prima in Calendario vbi plena esset. Q: si secundū Ptolemæum tertia quarta & quinta respexerimus & diuiserimus tempus æqualis cōiunctionis secūdum eū per dies 76 annorū: remanerent post 940 lunationes/24 minuta/22 secunda/13 tertia/46 quarta/& 40 quinta. quia vt Abracis simul & Ptolemæus inuenerunt:tempus mediæ coniunctionis est/29 dies/31 minuta/50 secūda/8 tertia/9 quarta/20 quinta. Et licet in 2 cap. quarti Almegisti dicat possibile fore errorem in consideratione interuenisse:eclipses tamen nobis veritatē ostenderunt. vnde secundū hoc patet ꝙ quater 76 anni: erunt maiores 3760 lunationibus/58 minutis/8 secundis/55 tertiis/6 quartis/& 40 quintis vnius diei. Et sic in 1520 annis anticipatio fieret 4 diebus/& quasi 20 horis. Ex quibus/duo patēt: aureum numerū in Calendario Romano positum/errorē maximū in se continere/ipsumq; iuxta hodiernas incensionū anticipatiōes ante CHRISTVM fuisse ascriptum/forte eo tēpore quo Iulius cęsar publico edicto emēdatum iussit recipi opus/quoniam error qui in 36 annis per Augustū ex vitio sacerdotū vt Solinus simul & Macrobius asserunt/sero fuit depræhensus:non potuit nisi sero in variatione equinoctii aut solstitii experiri. cum difficile multum sit & pene impossibile punctale tēpus in illis introitibus sciri. nec etiam ipsa dies: nisi per maximā diligentiam/& magna instrumenta mensuraret. sed error coniunctionū quo ad diem aut dies ex visu exortæ lunæ:facile conspicitur. ex quo errore puto Augustū motum: ad corrigendum per saltum superfluam annorum accrescentiam. neq; est dubium ante CHRISTVM iam decēnouenalium cyclorum reuolutiones præcessisse. cū legatur maximi cycli 532 annorum: qui ex multiplicatione cycli solaris 28 annorū in 19 aureum numerū resultat/CHRISTI natiuitatē 20 præcessisse: vt Ioannes de sacrobusco refert. Anatholius etiam de quo infra decēnouenalē cyclū pro paschę inuentione ordinans:clare ostendit suo tēpore qui ante 300 annum incarnationis tabulā conscripsit/iam anticipationes cōiunctionum per diem integrum a tēpore locationis aurei numeri factas cū ponat cyclo lunari 19 existente/& decēnouenali tria in 25 martii 26 lunam/quæ vt clarum est non esset 26 si dies coniunctionum aurei numeri fictum non præuenisset per diem.

POstq̃ nunc error cõpositionis Calendarii manifestus est: magis ad propo-
situm accedendo de paschalis sacramenti errore quo ad diem celebritatis/
hæc sunt notanda per ordinẽ. Primo ꝙ diuinũ præceptũ de celebrando pa-
scha: existit de mẽse primo & nouorũ/14. luna ad vesperã/& ꝙ 7 dies azymorũ exi-
stunt/vt hoc præceptũ est leuitici xxiii. Secundo ꝙ in intellectu huius præcepti in
ecclesia dei opinionũ varietas exotta legit̃: ita vt Asiani & Græci vti se ex traditio-
ne sancti Ioannis euangelistę habere asserebant: semper 14. luna quæcũq; euenit post
vernale æquinoctiũ pascha facerẽt/vti ex epistola quã Policrates ephesiorũ episco-
pus ad victorẽ papã tẽpore Seueri scripsit habetur. cuius partem: sanctus hierony-
mus de illustribus viris interserit. Romani vero/Petri & Pauli vestigia tenentes: nõ
nisi dominico die proximo sequente 14. ipsam lunam resurrectionis solẽnia peragе-
bant. putãtes adeo hoc diuino mandato cõsentaneũ: quod pius/ octauus a Petro Pa-
pa de consecra. distinc. iii. nosse per causam/declarat. & post eũ Victor Papa 13 a Pe-
tro/aut 15 secũdum alios tẽporibus consulatus Cõmodi secundũ Eusebiũ existens:
per decretũ de quo de consecra. distinc. iii. celebritatẽ. hoc statuens cũ causæ expres-
sione ꝙ alias nõ facientes excõmunicaret. De qua re Eusebius latius loquẽs in xxiii
cap. ecclesiasticę historiæ: dicit varia concilia ea propter cõgregata & xxiiii cap. di-
cit hereneum Lugdunẽsem episcopum cũ aliis galliarũ episcopis/licet victori assen
tirent: nõ tamen laudare ꝙ Asianos ea propter absciuderet a catholica ecclesia. Fuit
tunc per Theophilum mandato victoris Papæ in Cæsarea palæstina conciliũ cõgre
gatum: qđ similiter ex sex causis dominico die semp̃ statuit pascha celebrandũ/quia
illa est dies creationis mundi/ cum septimus sabbati sit in quo merito festiuitas re-
genetationis peragitur. Et quia ea die dominus resurgens per prophetã dixit. Hæc
est dies quã fecit dominus: exultemus & letemur in ea/cũ aliis causis ibi positis. Cu
ius cõcilii laudes Hieronymus in de illustribus viris de isto Theophilo scribẽs me-
minit: quem sub Seuero fuisse asserit. Non tamẽ cessauit hæc diuersitas: quousq; in
pleno orbis cõcilio vniuersali niceno idem statueretur. Et in hac sentẽtia: hodie ec-
clesia absq; errore permanet & discordia. Deinde consequenter circa ipsam 14. lunã
diuersitas exorta est: volentibus aliquibus si dies 14. lunæ fuerit dominica/ꝙ in ea
celebrãdũ esset pascha/& ꝙ dies azymorũ vsq; ad vingesimã lunã extẽderent. Huiꝰ
sentẽtiæ fuere aliqui: qui cũ iudæis in ea iudæorũ festiuitate 14. luna pascha facie-
bant. & de his ita intelligentibus præceptũ/soluebant ieiuniũ 13 luna aliqui: qđ nõ li
cuit. Aliqui nolentes tunc ieiuniũ soluere: in ipsa summa festiuitatis die ieiunabãt/
manicheorũ vesaniã sectantes qui ĩ Nicena synodo & aliis multis: tesseradecadites
hæretici cõdemnãtur. De quibus Augustinus: in libro cathalogi hæreticorũ men-
tionem facit. & de his infra circa finem. Fuere nõnulli qui 14. luna pascha aiebãt ce-
lebrari posse: & vltra 20 lunã extẽdi non debere/ vt ille doctissimus Laodiciæ syriæ
episcopus Anatholius alexãdrinus/q sub Probo/ 249 anno a passione domini de pa
sche festiuitate scripsit: cũ in quadriuio peritissimus esset/vt Eusebius simul & hie-
ronymus de illustribus viris attestãtur. & hoc propter diuersam supputationem:
quoniã a vesperis diem/ more hebræorũ incipit/dicens quando in vesperis luna est
14. in mane diem sanctissime festiuitatis si dominica foret/ eẽ posse. & cũ dicat diem
ipsum vsq; ad vesperam 14. lunæ esse: fatetur 14. luna pascha posse celebrari/loquẽs
de cõpletis & perfectis lunationibꝰ. & ita solo nomine ab aliis qui 15 luna pascha no
strum non cũ iudæis celebrandũ asserunt/dissentire videtur: quantũ ex libello suo
deprehendere potui. Ista etiam diuersitas in variis cõciliis particularibus declara-

ta est:& demū in Niceno stabilita.scilicet ꝙ primū pascha:ne cum iudæis concurramus aut eos præueniamus est 15 luna primi mensis. & non fuit nec est quo ad concursum aut præuentionem cum iudæis:ab eo cōcilii tēpore/aliquis error.Sed quia tantū sunt 7 azymorū dies:fuit dubitatū apud veteres an vltra 21 lunam extendi posset celebritas.& licet aliqui vacillarent in certo casu: tamē peritissimorū omniū sententia/quæ in Cæsariensi concilio/& deinde in Niceno canonizata extitit tenebat hoc penitus nō licere.Rationem Anatholius ponens:dicit. Ideo.7.dies azymorū a domino Moysi custodire præcipitur:vt in ipsis nulla tenebrarū potestas lucem exuperet.licet enim noctiū initia tenebrescant: tamē ipsas vsq; ad noctis medium/ante/exorta luna non permittit. Oportet itaq; lunā: in paschæ festo/maiorē noctis partē illuminare.quare vltra.7.dies azymorū extendi nequit:ne tenebræ noctis/lumē lunæ exuperent.Cū itaq; solēnitas resurrectionis lux sit: nō est possibile ipsam cum victoria tenebrarū concurrere & cōmunicare.quare vltra extendentes celebritatem: auctoritati diuinæ scripturæ iniuriantur.& sacrilegii cōtumaciæq; crimen ac animarū incurrunt periculū/veram lucē omnibus tenebris dominantē/cum aliqua tenebrarū dominatione offerentes.Hinc præcepto diuino obedientes vltra.21.lunam ad vesperam:celebritatē non extendūt.Hæc ille.Idem:constitutio victoris superius allegata in cap.celebritatem/ostendit.Certe hæc aduertēda sunt. quoniā nostro tēpore pascha non solum ad.21.lunā:immo sæpe ad.26.se extendit.& merito ponderātes esse debemus ea quæ Anatholius dicit:dei simul & Niceni concilii ac aliorū conciliorum/& Romanorū pontificū præcepta reuerenter colendo.Et vt tātus error/paschalis obseruantiæ tollatur de catholica ecclesia:hoc sacrū concilium Basiliense pro reformatione ecclesiæ cōgregatum/ante omnia inuigilare debet.Est cōsequenter circa eam partē præcepti quæ habet mense primo & nouorū pascha celebrandū/antiquorū intentio persiculanda: quæ est ꝙ ille est primus mensis cuius pleniluniū æquinoctiū vernale attingit.Et fuerunt quidā cōsiderantes.7.azymorū dies nostræ paschali festiuitati seruire.& tales putarūt: si etiam pleniluniū æquinoctii vernalis diem præcederet/dūmodo post æquinoctiū ante.22.lunā dominicus dies occurreret/posse pascha celebrari.cuius opinionis:videtur Anatholius fuisse.cū ipse ponat æquinoctiū/8 Calēdas Martii.& in decēnouenali suo cyclo dicat: si æquinoctiū fuerit.4.feria/& luna.16.& sic trāsiuerit oppositionē:tūc luna.xxiiii.Calē.Aprilis pascha celebreē.Idē dicit luna.15.existēte in æquinoctio/existēte.6.feria:vi.Calē.Aprilis 17/luna pascha est.Hæc opinio licet ab aliis tūc etiā fortassis teneretē:tamē acceptata nō est p ecclesiā. Vnde Dionysius cognomēto exiguus ad Petroniū episcopū scribēs:refert Nicenā synodū statuisse/14.lunā præcedētē æqnoctii vernalis initiū vltimi mēsis esse:& nō primi.quare oportere tūc aliā lunationē proximā expectare.Idē legiē in septimo libro ecclesiasticæ historiæ:vbi Niceni cōcilii paschale statutū recitaē.& ratio statuti fuit diuinū pceptū: qđ nos Christianos arctat/vt saltē mēse nouorū primo infra azymos dies cū iudæis cōcurramꝰ.Est pterea sciēdū. cū paschale sacramētū regenerationis festiuitas existat: fuit a patribꝰ in Cæsariensi cōcilio diffinitū:cōuenire huic sacratissimo mysterio tēpus vernalis æquinoctii:quia mūdi initium in vere fuisse/probat scriptura/ quæ germinasse dicit terrā/hærbā virētē/& ꝙ in æquinoctio/probat diuisio æqua lucis a tenebris quæ nō est æqua extra æquinoctium/& fuit plena lumine luna/quia vt ait scriptura lucebat in inchoatione noctis: ideo necessario plena. Ait etiā sanctꝰ Cyrillus i epistola ad valeriū/& totā Carthaginēsem synodū CHRISTVM ea die mortuū qua cōceptū:& ea die p mortē regene-

Dionysius exiguus.

rasse hominē/qua adam a deo creatus/peccauit. Vnde sicut in adam omnes mortui fuere illa die: ita per mortē CHRISTI omnes viuificati. quare hæc solēnitas: est diligentissimo studio custodienda. Noluerunt autē antiqui/vt in ipsa æquinoctiali die pascha fieret. sed eo transuadato: quoniā hoc primo ante CHRISTI aduentū obseruatum legerunt. Philo enim iudæus/Iosephus & eorū antiquiores Agatophilus/& ab eo erudit⁹ Aristophilus ex Pānaida ciuitate/qui vnus ex lxx interpretibus fuit: omnes sentiūt transuadato æquinoctio pascha immolandū. addit Aristophilus vt refert Anatolius/ꝙ pascha celebrandum est transuadato æquinoctio per vtrūq; luminare/sole scilicet ascendente versus solstitium æstiuale/& luna post oppositionē de æquinoctiali signo libræ versus hyemale solstitiū descendēte. Oportet enim hoc ideo fieri: vt tenebrarum potestas sit victa/& dies quātulūcunq; noctem exsuperet. Idem Origenes quē omniū eruditissimū & cōponendi calculi perspicatissimū Anatolius dicit/vt ex hoc calciteri nomen sortitus sit: in luculētissimo libello paschæ dicit/vltra æquinoctii transitum/in paschali mysterio aduertēdum ad solis exordialem ascensum super terras tenebrarum insidias. tunc enim peragitur veræ lucis solis iustitiæ festiuitas: quando per victoriam ascendit ad nocturnalium offendiculorum caliginem opprimendā. Ex quibus/causa nunc aperta est: cur patres in Nicena synodo/& eorū prædecessores: primū pascha altera æquinoctii die designabant. Vnde quia Niceni cōcilii patres ponebāt circa xii Calendas Aprilis æquinoctium: xi Calendas Aprilis primū pascha signabant. Ita fecerunt & ipsis priores: qui æquinoctii diem viii Calendas Aprilis ponebant: primū pascha vii Calendas locarunt. Ex his omnibus patet/patres nostros in hanc sententiam conuenisse: ꝙ pascha nostrum in mēse nouorū/quo noui fructus in Aegypto colligūtur (vt ait Ambrosius in epistola ad episcopos per Aemyliam cōstitutos) post æquinoctiū vernale in dominico die a 15 luna vsq; ad 21 inclusiue celebrandū esse. & ita canunt multorū conciliorum decreta. & in primis: Niceni. deinde Antiocheni/Cesariensis/Alexandrini/& aliorū. Refert etiā Dionysius exiguus in præallegata epistola: ipsa statuta maximis pœnis/quo ad clericos depositionis/quo ad laicos deportationis Cōstantino imperatore approbante/vallata. Nunc restat vnum adhuc/habens non paruā difficultatem intelligendi: scilicet an omni 15 luna quę immediate æquinoctium vernale sequitur si ibi dominica fuerit/aut in proximis 7 sequentibus si non fuerit dominica/pascha sit celebrandum. Et primū reperio antiquos inter cōmunes 12 lunationum annos/& embolismales additionem lunationis habentes scilicet 13 lunationes: differentiam annotasse. Ait enim sanctus Cyrillus in quadam epistola: hunc annū sancto Moysi reuelatū: & de festo paschæ communis anni ad festum commune/354 dies esse de cōmunis anni festo vsq; in embolismalis 384 dies existere. Paschasi⁹ episcopus qui Calcedonēsis concilio præsedit: ad Leonem papam de paschali festo scribens ait. consulatu Antonii & Siagrii: licet 7 Calendas Aprilis dies dominica & 21 luna esset/quoniam embolismalis annus/non tunc sed nono Calendas Maii/luna 18 pascha celebrandum. & huius rationem habere volens: ad legalem iudæorum supputationem remittit/dicens. quoniā qui rationem hanc ignorant: de facili in errorem incidunt. asserens ogdoadem quæ incepit cōsulatu clarissimorū virorū Erii & Sigilberti/tūc claudi. Ad idē sanct⁹ Cyrillus in epistola ad synodū Carthaginēsem dicit: ad legalem iudæorū supputationem in cōmunibus & embolismalibus annis ad habendum primū nouorum mēsem/iuxta angelicam traditionē Pachomio sancto monacho factam/recurrendū. dicēs: in embolismali/pascha in Martio nunq; ce-

lebrandũ. Ex quo patet veteres in embolismalibus ad ogdoadem respexisse / & ad he-
bræorum supputationẽ, & cum decẽnouenalis cyclus cum his non concordet: non
laborabãt per eũ. Vnde vt idem Paschasius prosequitur: tunc in embolismali opor-
tet compleri 13 lunationes: & tunc subsequens est primi mensis. declarat hunc erro
rem per exemplũ. quomodo anno cõsulatus Honorii & Constantini bis / tẽpore Zo-
zymi papę cũ vitaretur ne x Calẽdas Maii pascha celebraretur / viii Calẽdas Apri-
lis celebratũ est: pro embolismo / cõmunis annus receptus. qui grauissim⁹ error: mi
raculo fontis Meletinẽsis qui pro baptisandis Christianis abundare diuino dono an
nua paschali festiuitate solebat / eo anno confluentibus viii Calendas Aprilis bapti-
sandis / aqua carebat / & x Calendas Maii abundabat. Ex quibus patet embolismales
annos obseruandos: vt tunc de pascha ad pascha 384 dies numerẽtur. Quibus au-
tem annis embolismus currat: videndũ / & secundũ Anatoliũ & veteres Aegyptios
qui decẽnouenali lunari cyclo vtebantur. sicut & hodie græci & hebræi. tunc. 3 / 6 /
8 / 11 / 14 / 17 / 19 / lunaris cycli: embolismales sunt. Dionysius vero exiguus ad Bonifa-
cium primicerium notariorũ / & Bonũ secundiceriũ scribens: dicit per ogdoadem
hẽdecademq; embolismos reuolui: asserens primũ decẽnouenalis cycli fore 17 luna
ris. dicens etiam decẽnouenalis cycli embolismales fore pariformiter 3 / 6 / 8 / 11 / 14 /
17 / 19. & cum iste decẽnouenalis a lunari differat: est secũdum ipsum embolismalis /
puta 8 anno decẽnouenalis qui nõ est embolismalis secũdum Hebræos & Græcos.
cũ ille sit quintus lunaris cycli. Sic pariformiter in 19 anno cycli aurei secundũ ipm
embolismalis est. qui secundũ hebræos cũ sit 16 embolismalis non est. Ex qua diuer-
sitate embolismi fit: q nos iudicamus hebræos in 12 mense celebrare / sicuti Ambro
sius opinabatur in illa epistola ad episcopos per Aemyliam / licet secundũ suum cy-
clum in primo celebrẽt. Et dicit Abraam auenzre / licet 9 existente aureo numero /
& 8 & 19 / sit inter Christianos & iudæos embolismi differẽtia / tamẽ terminus pas-
chalis quando 9 est aureus numerus non variatur / licet bene quãdo 8 & 19. Et hęc
differentia: aliquando a iudæorũ pascha 36 dierũ existit / cũ tamen nostrum pascha
intra dies azymorũ semper cadere deberet. vt ex superioribus patet: & per Bedam
secũdo libro de tẽporibus. Et hic aperitur alius error obseruationis paschalis festi-
uitatis: propter differentiã embolismorũ in locis duobus prænominatis. & satis mi
rãdum est: q Dionysium nostri secuti sunt / cũ termini ipsi græci / ogdoas / hendecas
& enneadecateris satis manifeste ostendissent in inquisitione embolismorum / nos
græcorũ lunarẽ cyclum sequi debere / quo vtuntur etiã hodie / vt in libro venerabi
lis Isidori abbatis vidi / a quo græcorũ terminos paschales extraxi. Similiter & in ta Tabulæ
bulis persicis de libro eiusdem abbatis per me in latinũ reductis / vbi cũ dies coniun- Persicæ.
ctionis per 19 annales variationes inueniri docẽtur: cyclus lunaris pro fundamẽto
ponitur / & nõ aureus numerus. & quomodo in Calendario romano affigi debeat:
ibi annotatur. Et non est dubiũ: cyclum in Nicęno cõcilio pro inuenienda 14 luna
paschali Calendario infixum / de quo infra / fuisse iuxta græcorũ obseruationẽ luna-
ris cycli quo ante & post omnes græci vtuntur. Vnde differentiã embolismorũ in-
considerate exortam credo: quãdo latini aureo decennouenali cyclo eis a Caldæis
(vt dicitur) misso vsi sunt / & regulis embolismalibus græcorũ eas ad numerũ au-
rei numeri cum sit decẽnouenalis sicut lunaris cycli / applicando. Consequenter vi-
dendum de finali cõclusione erroris nostri Calendarii: quæ est ista. Quia in duobus
falsis principaliter se antiqui fundarunt: scilicet æquinoctium vernale in certo die
fixe pmanere / & 19 annos solares / integram lunationũ reuolutionem cõtinere. & su-

per istis:sua decreta fundarũt celebrationis paschę.hinc error. Et licet varia fuerit opinio de die illa æquinoctiali/ita vt antiquiores vsq ad Anatholiũ putarent 8 Calendas Aprilis esse/alii 12/alii 15/& ideo varię opiniones de luna paschali:græcis qui 8 Calendas putarunt æquinoctiũ esse/obseruãtibus lunationẽ proximã post 4 idus Martii/latinis qui 15 Calendas æquinoctii diem asserebant/a tertio nonas Martii/& ægyptiis qui 12 Calẽdas ab 8 idus Martii:tamẽ sacra synodus Nicena ægyptiorum viam acceptãs/statuit paschalem lunã illam esse/quæ ab 8 idus Martii vsq in diem nonarum Apriliũ exoritur.decimãquartã vero lunã: eam quæ a 12 Calendas Aprilis vsq in 18 Maii inuenitur.de quo:per Isidorũ in prologo cõciliorum.& pariformiter lego statutũ in cæsariensis Theophili cõcilio/tẽpore victoris papę celebrato:vbi dicitur.statuitur: vt ab 11 Calendas Aprilis vsq in 7 Calẽdas Maii pascha celebretur.& nec antea nec postea: quia hũc statutũ limitem transgredi cuiq̃ nulla datur facultas.quãdo enim infra præfatos terminos luna a 15 vsq ad 12 in dominicum diem inciderit:sanctum pascha celebretur.vnde Morinus Alexãdrinus episcopus:dicit/12 Calẽdas Martii est æquinoctiũ vernale & anni initium.ante hũc diem nec iudæo/nec græco/nec latino licet pascha facere.sed præceptũ dñi est: vt post 12 Calẽdas Aprilis a septem viris/id est septem gradibus ecclesię celebretur.Signarũt autẽ patres Niceni concilii 14 lunas paschales per 19 variationes/& vt Dionysius scribit Petronio/non habentes hunc decẽnouenalem cyclum perfecte in seipsum redeuntem:tantum sęculari peritia/sed sanctispiritus illustratione/principali tamen ægyptiorũ adinuentione vt dicit Victorius.Protherius vero Alexãdrinus episcopus ad Leonem papã scribẽs: dicit/beatissimi patres nostri cyclum decẽnouenalem certius affigentes:quẽ violari impossibile est/velut crepidinẽ ac fundamentũ & regulam.Hunc eundẽ decẽnouenalẽ computum statuerunt.& per gratiã spiritussancti in reuolutione prænarrati cycli xiiii paschales lunas diligenter annotarũt.Hos vero terminos secũdum lunarem cyclum annotatos: græci adhuc tenent habentes secũda die Aprilis: vnum.22 Martii 12.10 Aprilis:3.30 Martii:4.& sic consequenter vti ego in græco libro doctissimi Isidori abbatis oratoris imperatoris & patriarchæ constantinopoleos vidi/& extraxi.Et omnes periti subsequẽtes/Anastasius/Theophilus/Cyrillus quicunq fuere/& qui cyclos multos conscripsere: ab hac synodali constitutione non recesserunt: ob tamen diuersitates tollendas statutum fuit: hunc diem ab Alexandrino patriarcha/quia ægyptii plus cæteris in calculo periti fuere/intimare debere Romano pontifici/& ille consequenter archiepiscopis/& illi per ꝓuinciam. de quo varia legũtur diuersorum cõciliorum statuta de laterculis/solẽnitatem paschę insinuantibus.de quo etiã de consecra.distinc.iii de hac obseruatione. Placuit.& postq̃ peritiam terminorũ paschalium Nicenæ synodi cõmune sacerdotium recepit/quia nemo in sacerdotem admittebatur qui hãc rationem ignorabat/vt xxxviii distinc.Quæ in ipsis:tunc intimatio cessauit. Habemus itaq in summa Calendarium nostrum in incensionũ initiis/ac festis mobilibus plurimum ex prænarrata erronea radice errare.ita vt aliquãdo pascha a vero/36 diebus distet.& pluries per septem/& pluries 21 lunam vsq 26 transcendat.quæ cum obuient pręceptis legalibus:intentioni patrum/& scandalum in fide pariunt.Quia dicit Albertus ꝙ inimici fidei:de hoc gloriantur.quoniam ex illo errore:nos ĩ aliis pariformiter errare subsumunt.Hinc sacra synodus:correctioni vacare debet diligenter.quoniam vt dicit sanctus Ambrosius in epistola prætacta: licet non conueniat Christianis dies obseruare & lunationes superstitiose/necesse tamen est in pas-

chali festiuitate iuxta praeceptum lunam obseruare & tempus.quia hoc est tempus acceptabile deo : quod conuenit praecepto. & hi sunt dies salutis non dantes vllam offensionem. in quibus deus vult plus placari: & placātibus plus gratiae impertiri. Et ista:de errore sufficiant.

VLtimo loco de correctione Calendarii videndum est.Quoniā autē ad duo non semp vera/ scilicet ꝙ dies cōiunctionis per aureum numerū ostendatur /& verum pascha post 12 Calendas Aprilis cadat in ipsa reformatione aduertere habemus/& in futuro errorē vitare: hinc primo quo ad finē habēdi coniunctionū dies ex aureo numero /cōsiderari oporteret situationem originalē aurei numeri. potuit enim a principio melius locari ad veriorem coniunctionē ostēdendam.Et licet plures modi quo ad situationis correctionē tradi possent: tamē ex fundamēto praetacto distātiae duarū coniunctionū perfectius talis haberetur correctio supponēdo locationem vniuscuiusꝗ numeri recte factam: vt per additionē 29 dierum/12 horarū & reliquarū fractionū:iterū idē numerus repeteret.& quo ad istam correctionē in praesenti me extendere nolo.Et quia supposita aurei numeri differētiali vera situatione : hodie prima luna in caelo est plus ꝗ̄ quarta in Calendario: ad huius correctionē/aut oporteret delere ipsum aureum numerū/& per anticipationem ad diem primationis reducere.& hic modus nō posset de facili fieri : quoniam secūdum eum modū omnes per orbē libros mutare necesse esset. & in tali mutatione:anteꝗ̄ per vsum calculus mutationis a simplicibus caperetur /error maior exoriri posset. Posset aliter corrigi:absꝗ librorū mutatione. quoniā antecessio coniunctionis a loco situatiōis aurei numeri ad quintū diem se extēdit hoc tēpore:si ab aureo numero quinꝗ subtraheretur & residuum pro aureo numero haberetur / talis correctus aureus numerus propinque diem cōiunctionis ostenderet. et si ad aureū numerum 10 adderetur subtracto 19 post additionem si excederet : exortus numerus in Calendario oppositionis diem propinque indicaret.& ita per mutationē aurei numeri currentis in alium numerū correctum remanēte Calendario sicuti stat propinquae dies coniunctionū & oppositionū haberentur. & hoc isto tēpore quādo anticipatio vsꝗ ad quintam diem se extēdit. alio vero tempore quādo in minus vel plus se extendere non posset remanētibus libris vti sunt /talis correctio posset fieri. Dicꝫ autē ꝓpinque. quia secūdum situationem aurei numeri in Calēdario:nō semper ipse numerus in eadem die collocatur in qua est coniunctio /licet per diem integrum nunꝗ̄ distet ante vel post.Et hic modus corrigendi Calendarium est inutilis: quia non poterit per eū modum vera dies coniunctionis haberi nec oppositionis. & hoc:quia numerus 5 minus nō locatur regulariter in quinto die a numero qui habet 5 plus:sed fere in sexto.sic nec numerus/qui habet 10 plus: semper decimo die distanter collocatur /nec collocari potest/vt patet intelligēti. & cū anticipatio aequalis sit a loco situationis aurei numeri:patet ꝙ per hanc viā correctio haberi nequit. Vnde si per correctum aureum numerum sine mutatione currentis aurei numeri: in alium praecisius ostendentem diem coniunctionis Calendarium corrigi deberet : iste esset modus precisior / licet inutilis sit & maioris erroris generatiuus/vt facile concipi potest. Et est consequenter aduertendum ꝙ adhuc alii modi consimiles inueniri possent plures : puta si dimitteretur bisextus in aliquo anno & mutaretur aureus numerus in eodem anno per additionem trium ad eum:puta 1440 dimitteretur bisextus. & quia 16 erit tunc aureus numerus : adderentur 3 esset 19 aureus numerus in illo anno/ & alio sequenti 1/& post 2/& ita consequenter.

ille aureus numerus ostenderet diem coniunctionis. Nec est illa regula: plus vera q̃ praecedens immediata. Similiter si duo bisexti omitterentur/& ad verũ aureum numerum/11 adderẽtur: oriretur tali modo correctus habens/veritatem vt praecedentes modi. Et si quatuor bisexti omitterentur in 16 annis: ostenderet aureus numerus diem coniunctionis. & inter oẽs praefatos modos/iste foret eligibilior: quia minus erroris & periculi contineret. Sed nullus praefatorum modorũ viderur conuenire proposito nostro: quia ex omissione bisexti orire tur scandalum in populo/& in arte inueniẽdi litteram dominicalẽ vna nouitas/ nec reduceretur Calendarium nostrum ad reformationem, quia vt clarum est: per nullum istorum modorũ antiquae regulę obseruationis paschalis essent denuo verificatę, immo oporteret nouas regulas de festis cõcipi: & alia multa fieri/quae plus deformarẽt forte q̃ reformarẽt. Vnde si plena & perfecta reformatio Calendarii fieri deber: nihil melius inueniri potest q̃ reducere Calendarium vsq; ad eum statum/ ꝙ regulae antiquorum in sacris conciliis traditae redeant ad veritatem/quanto leuius & facilius & verius hoc fieri poterit. Et non est forte cogitabilis facilior & verior modus: q̃ ꝙ omissa vna septimana/aureus numerus in cyclum lunarem cõmutetur. si enim hoc fecerim⁹: reductum est Calendarium nostrũ ad veritatem regularum antiquarum & constitutionum sacrae Nicenae synodi quo ad paschalem festiuitatem/& cętera omnia festa mobilia & immobilia. & ipse numerus qui aureus hucusq; dictus est: ex tunc lunaris cycli esset/& aliud nomen puta aureus cyclus sortiretur & melius & verius

Modus reparãdi Calendarii facillimus.

diem coniunctionis ostenderet: q̃ ipse aureus numerus Niceni concilii tẽpore/ostẽdit, immo tunc Calendarium nostrum verius esset: q̃ vnq̃ fuit. Et pro practica huius correctionis: ita esset procedendum. Anno CHRISTI 1439 festum pentecostes cadit in 24. diem Maii. & quia illud festum est mobile: non consideratur a vulgo in quota die cadat. statuatur itaq; aliquo die anni 1437 per publicum decretum ꝙ illa dies 24. Maii illius anni 1439 in qua cadit festum pentecostes habeatur pro vltima die Maii/& altera pentecostes sit prima Iunii/& ꝙ postee numerus qui hucusq; aureus numerus dictus est sit lunaris cyclus. & vocetur aureus cyclus/qui pro eodem anno erit 12/& in sequenti 13/& sic deinceps: tunc Calendarium est reductum ad regulas Niceni concilii. quoniam Calẽdarium Nicenum graecum non habuit alium cyclum q̃ lunarem decẽnouenalem. & infixus fuit ille cyclus Calendario: ad habendas lunationes & plenilunium paschale. & ab viii Idus Martii vsq; in nonas Aprilis statuit paschalem incensionem quaeri debere: & primum pascha xi Calendas Aprilis fore. Haec omnia ad veritatem redeunt per hauc correctionẽ: & absq; librorum mutatione. Numerus enim aurei cycli vbi in Calendario postea semper inuentus fuerit: diem coniunctionis ostendet. Nec poterit verum pascha ante xi Calendas Aprilis cadere: aut extra dies septem azymorum/ita ꝙ post aequinoctium hebraei/graeci/& latini pascha concorditer & cõformiter praecepto legali celebrabũt. Vno etiam cyclo: hebraei/graeci/& latini/ac eisdem embolismalibus regulis vtentur. & non poterit: nec verior/nec facilior reductio Calendarii Romani fieri ad regulas patrum. immo erit verius apud latinos: q̃ vnq̃ fuit. quia latini qui aureo numero ante CHRISTVM Calendario infixo/loco cycli lunae quo ad embolismales semper videntur vsi fuisse propter conformitatem decennouenalis reuolutionis/semper a Graecis & Hebraeis ĩ certis annis discreparũt: vt superius est ostensum. & haec diuersitas ex tũc auferretur. Et ad hoc vt clare veritas huius videatur: primo/quo ad coniunctionis diem sic constat. Ex praecedentibus patet: anticipationem hodie

4 diebus cum 15 horis factam. & quia numerus cycli lunaris locatur infra aureum numerum tribus diebus: patet ꝙ anticipatio lunationũ a cyclo lunari/hodie 7 dierum existit cum dimidio. quare si septem dies subtraherentur/aut transilirentur redibit coniunctio ad diem locationis aurei cycli lunaris. Etiam ex calculo tabularum: idem cõstare poterit, & præsertim hoc probant tabulæ Persarum græcę: per me ad nostrum latinum vsum/reductæ. quoniam cyclum lunarem in Calendario pro inuenienda incensione locant: concorditer hoc modo pene in omnibus locis. dico/pene: quia aliquãdo ex primæua imperfecta situatione aurei numeri/diuersitas inuenitur: licet illa solum quando 18 est cyclus lunaris in mense Martii/diuersa fit per vnum diem ab ista nostra correcta. quæ habet ꝙ 16 die: licet secundum Persas 15 die locari deberet. nec est de hoc curandum: quia festa mobilia propter hoc non diuersificabũtur. maxime paschæ: de quo est principalis quæstio. etiam si positio secundum Persas verior esset in eo anno 18 cycli. Vnde d existente litera dominicali & 18 cyclo aureo: si vera esset Persarum positio/secundum Calendarium nostrum octo diebus/tardius pascha celebraremus/non tamen excederemus 22 lunam. nec hoc ante annũ CHRISTI 1635 eueniret vt simul d esset litera dominicalis & 18 aureus cyclus. Dico si positio Persarum vera esset quæ ponit 15 diem esse coniunctionis: q̃uis frequentius in illa die coniunctio cadat/tamen prope finem diei. ita vt anno CHRISTI 1483/quo anno 18 est cyclus cõiunctionis in 16 diem protrahitur facta correctione/siue in nonam si non fuerit facta. Quare patet: per hanc correctionem/nos consequi intẽtum quo ad incensionem. Q; si aliqua est varietas: illa quasi in nullo obest/maxime quo ad paschalem festiuitatem/ & hoc sufficit proposito nostro. Q; vero ista correctio sit verissima & conuenientissima proposito nostro: maxime ex hoc poterit appræhendi. quoniam deinceps verissimũ esset: illam coniunctionem paschalem fore quæ proxime sequeretur viii Idus martias. & illam oppositionem quæ post xii Calẽdas Aprilis prima fuerit/pariformiter sicut Niceni concilii & alexandrini statura præcipiũt. Nam etsi labor in subtili inuestigatione præcisior haberi posset: tamen quisq; quantũcunq; inexpertus satis appræhendere potest hanc correctionem veritati seruire hoc tẽpore/quando æquinoctium secũdum tabulas Alfonsi/12 Martii esse dicitur. Si enim primũ plenilunium post vernale æquinoctium paschale est: subtractis 7 dieb⁹ per correctionẽ & saltum/clarum est æquinoctium vsq; in 19 diem eleuari. clarum est 19 diem ad xii Calẽdas Aprilis/vbi firmarunt patres Niceni concilii: æquinoctium plus appropinquare q̃ 12 Martii. quare nemini dubium/hanc correctionẽ veritati suffragari: cum hodie operemur per regulas patrum perinde acsi æquinoctium in xii Calendas Aprilis fixum esset. Vnde si post correctionẽ/illis etiã vtemur regulis: minus necessario errabimus. Q; autem correctio non tantum verior sed & verissima sit: aperte ex hoc conspicitur. Manifestum est diem æquinoctialem secundũ græcos 13 Martii æstimari/similiter & secundũ hebręos: qui ante annum CHRISTI 1500/quarta Martii pascha nõ celebrabũt. quare decimãterriã diem etiã tũc æquinoctio dabũt: quoniã trãsuadato æquinoctio pascha immolãt. Vnde si hoc ita est ꝙ 13 secũdũ Gręcos vt ex tabulis pręcisis habet/similiter & secundũ Hebręos hodie æquinoctium existit: tũc per correctionẽ saltus 7 dierum ad 20 ascendit. & sic 21 die in vesperis erit primũ pascha iudęorum trãsuadato æquinoctio: & nostrũ infimũ pascha 22 die/quæ est xi Calẽdas Aprilis/ vt iubet Nicena cõstitutio. Quare patet ꝙ cũ gręcis & hebręis hęc correctio verissime cõcordat: imo verius est Calendariũ secundũ eosdẽ/q̃ erat tẽpore Niceni con-

Tabulæ Persarum.

cilii quod fuit circa annum domini 340. Et hoc ex eo appræhenditur. Nam secun-
dum cõputum hebræorum / & positionem ipsorũ hebræorum / & antiquorũ eo tẽ-
pore æquinoctium potuit 18 die Martii esse: ita ꝙ tunc indæi in 19 die secũdum cõ-
putum hebræorum pascha facerent / & sic potuisset nostrũ pascha 20 / aut 21 die se-
cundum ipsos fuisse. Sed quia constitutio ante 22 diem non permittebat pascha cele-
brari: manifestum est secũdum positionẽ iudæorum / regulã Niceni concilii verita-
ti vsquequaque non deseruiuisse. Sicut etiã quidã latini anno 462 post CHRISTVM
appræhenderũt æquinoctium: vt iudæi, esse 15 Calendas Aprilis: vt ait Victorinus
ad Hilarium Papam / nec tamen a regulis Niceni concilii recedere ausi fuere. Simi-
liter si secundum tabulas Alfonsi aut experientiam Ptolemæi positã in dictione al-
magesti nos conuertimus / quæ a calculo Alfonsi plus die differt: patres ipsos in hac
positione æquinoctiali non parum errare inueniemus. Quare Calendarium etiam
si tempore Niceni concilii cauillari potuisset / secundum hebræos & secũdum sub-
tiliores Astrologos: non tamen post correctionem nostram / nec per græcos nec iu-
dæos repræhensibile remanebit. Sed an secũdum subtiliores astrologos argui pos-
sit: videamus. Et clarum est secũdum positionem Alfonsi qui ponit super Hierusa-
lem 1439 solem circa secundam horam post medium noctis arietem intrare & sic
per saltum correcto Calendario 19 die depræhendi Calendarii correctionem posse /
quia non decimãnonem diem / sed vicesimãprimã æquinoctio attribuit. Sed ad hoc
responderi potest: ꝙ tabulæ Alfonsi non sunt pũctualiter vere quo ad introitum in
arietem, immo experientia cõpertum est: quasi in 13 horis eas deuiare, ita ꝙ vt magi-
ster Henricus Batem refert in libello erroris tabularum Alfonsi: tunc experientia
docuit 1490 & post hoc multis annis in 12 / & vltra / horis easdem errare, quare si di-
uersitatem horizontium terræ habitabilis cõsideremus quo ad ipsum vernale ini-
tium / ad hoc vt ipsa paschalis solemnitas per vniuersum orbem vno tẽpore & post
æquinoctium celebretur: coniuncta experientia nostri temporis a positione Iudæo-
rum & Grecorũ non longe differemus, peruenienius enim pariformiter ad 13 mar-
tii diem. Profacius etiam indæus & quidam alii obseruatores qui anno CHRISTI
1303 solem 14 martii 8 hora post medium noctis arietem compererunt intrare: hoc
nostrum propositum affirmant, sicut & alii nostri temporis experimentatores, & si
etiã aliquæ horæ quæ deessent a 13 die: supplerẽtur ex diuersitate introitus in oriẽ-
te ab introitu in occasu. Oportet enim vltimũ introitum in terra habitabili anno-
tare: vt omnes per orbẽ in celebritate paschalis quãtum possibile est concurramus /
vt orientaliores per occidẽtales non præueniantur, sed in tẽpore omnis populus cõ-
currat: salua præuẽtione horaria quo ad paschalis diei initium / & solis maturiorẽ
exortum apud priores Indos ꝙ̃ occidentaliores Hispanos. Et vltimo aduertẽdum /
ꝙ ad hoc ꝙ correctio ista in veritate persistat: necesse est quo ad cõiunctionis diem
qui in 304 annis quasi per diem anticipatur / bisextilẽ illius anni dimittere / & sem-
per 304 / annum absque bisexti intercalatione currere. Et licet præcisius fieret / si sem-
per in 76 anno non seruaretur bisextus / sed trãsferretur in sequẽtem scilicet 77 &
sic in 304 anno vnus bisextus subtiliter gradatim subtraheretur: tamen cum ex prio-
ri simplici modo nullus timendus error in hoc negocio causabitur / dimisso secũdo
modo subtiliori & perfectiori primus acceptetur per totalem omissionẽ bisexti in 304
anno, ita ꝙ tunc 8 anni sine bisexto currant: vt sic veritas ostensionis coniunctiona-
lis diei ex situatione aurei cycli valeat pmanere. Verum quia vernale æquinoctium
in eo tempore 304 annorum secundum quosdã poene duobus diebus anticipatur /

& solum per omissionē bisextilis dies vna subtrahitur: posset quis dicere Calendarium nostrum nō vsquequaq; in correctione sua duraturum / sed ī paschalis festiuitatis celebratione secundum legalē constitutionē post illa tempora fallaciā capere. Ad hoc dicēdum puto ꝙ licet verum sit ex disproportione motuum lunarium nō posse quē registratoriā regulā absq; Calendarii mutatione inueniri: tamen hic praetactus modus / inter excogitabiles facilior & verior existit. quoniam motus ille capitis arietis inaequaliter obseruat⁹: post illa tēpora autore Thebith tardior efficietur. & sicut aliquādo ī 300 annis / gradualis rātum mutatio experimēto Ptholaemaei inuēta est: ita fortassis si non ī tot annis / tamen ī pluribus q̄ hoc tēpore gradus vnus perficietur. & si nō: tamē vna dies anticipationis aequinoctii nullū errorē efficere posset in celebratione paschalis festiuitatis / vt claret ex situatione aurei cycli. neq; etiā in duobus diebus error notari posset. īmo quoniā haec nostra correctio ad vnitatē & concordātiam reducit tres linguas hebraeā / graecā / & latinā / etiā quo ad embolismales annos / vt manifestum est ex situatione aurei cycli ī Calēdario: si ex praeuētione aequinoctii error paschalis plenilunii exoriri deberet / oporteret hunc exoriri primo 8 & post hoc 19 / aurei cycli numeris existētibus. *Sed* quoniā illi anni semper embolismales sunt vt praehabitum est: tunc praetacti numeri vsq; ad multos cētenarios annorum potius 13 lunationem q̄ primā ostendēt secundum regulā antiquorū quae ī embolismalibus annis iubet non ī Martio / sed ī Aprili pascha celebrari. Quare concluditur nostrum Calēdarium modo praetacto correctum: per omissionē bisexti in trecētesimo quatto anno / ita registrari / ꝙ tā in primationibus q̄ paschalib⁹ festiuitatibus vsq; ad mille futuros annos & vltra / veritatem ostēdet secundum positiones recentiorum magistrorum probationum / & eorum qui ante nos fuere. Licet ex his omnibus humanis experimētis particulariter captis: nulla ex motu luminarium de praeterito certitudo ad futuras habeatur: nisi quātum ordo & regularitas inuentorū motuum praesumi de futuris permittit. Cum ergo haec correctio de facili sit practicabilis / & tātae vtilitatis ꝙ per ipsam ad regulatā nobis in sactis cōciliis traditarum reducamur obseruātiam: magna auiditate eadem sacra haec synodus Basiliensis vt speram⁹ acceptabit. *Si* enī ita legitur ī actione prima Calcedoniensis concilii / omnis qui non celebrat diem sanctum paschae secundum sanctae catholicae ecclesiae regulā anathema sit: cura maxima adhiberi debet / ꝙ & praeceptum dei simul & patrum regulae ī veritate cōcurrāt. & maxime quattaedecimanorum / qui & tesseracaedecaditae dicuntur: abiuratio haeresis ibidem gestis Calcedoniensis synodi inserta / patres pro reformatione vnitos mouere debet. quoniam anathematizare eos oportebat quattaedecimanorum haeresim / & eos qui paschae solemnitatem secundum sanctae catholicae ecclesiae regulā non celebrabāt. Haec pēsantes agire vt retroiecto paschali errore veritati instemus: vt sic de hoc vera temporali festiuitate ad aeternam transferri mereamur.

Quartaedecimani fuerūt haeretici qui cum Iudaeis q̄rtadecima luna pascha celebrabāt.

REVERENDISSIMI PATRIS DOMINI NICOLAI TITVLI SANCTI PETRI AD VINCVLA PRESBYTERI CARDI. EPISCOPI BRIXINENSIS / TRACTATVS DE REPARATIONE CALENDARII ET RECITATVS BASILEAE IN CONCILIO COLLECTVS ANNO 1436. SED NIHIL TVNC IBI PER SYNODVM ACTVM EST.

CORRECTIO TABVLARVM ALPHONSI PER EGREGIVM.P.NICOLAVM DE CVSA.



D sciendũ quid veritatis/& quid dubii tabulæ Alphõsi contineant. Primo quidem de cap.1 æratum/videtur mihi ꝙ nullus sit ibi error/nec defectus. Immo tabulæ differentiarum ærarum/& tabulæ reductionis temporis incipientis ab aliqua æra in fractiones sexagenarias/necnon tabulæ negocii huius: optime sunt cõpositæ/cõtinẽtes ꝑcise penitus veritatẽ/quã retinere poterãt. Tabulæ vero radicum vt opinor: in nullis aliis æris ab æra Alphonsi: exactã veritatem obtinere potuerunt. In æra tamen Alphonsi: veræ esse potuerunt. Potuit enim. Illæ nãq; per earum obseruatores: inuẽtę fuerunt. si bene ergo obseruauerunt: vtiq; erunt veræ. Causa autem recessionis a veritate in aliis radicibus est. Nã ipsi motũ cuiuslibet mobilis in tẽpore illo/per qđ aliæ æræ differũt/ab æra Alphonsi extractum de suis tabulis mediorũ motuum: subtraxerũt a radice inuẽta a pricipio annorum Alphõsi. Quodq; remãsit: posuerunt aliarum ærarũ radices/motum illum esse verissimũ supponẽtes. Et si sic esset: optime factum fuisset. Tunc enĩ radices omnes istæ essent verissimæ. sic enĩ quærẽdo loca mobiliũ cœlestium ad tẽpora obseruationum pristinorũ ex his Alphonsi tabulis: redirẽt vtiq; eadem loca quæ ipsi obseruatores/diligẽtissimis ingeniis inuenerunt. Sed quoniam hoc non ita contingit/immo sic retrograde operãdo/iueniuntur ꝑdictæ tabulæ cũ obseruatione famatorũ in singulis discordare: hãc discrepãtiã mihi declarare incũbit. Ex hoc enim liquide apparebit: an ipsis calũniose contraire conatus sim/an recta ratione/contra eas inuehar. Incipiens ergo in noĩe domini. Primo motum orbis stellarum & augium vnum habẽtium motum examinare cũ obseruationibus præteritis famatorum sapientum: accipiã motum Alchimech idest spicæ/iuentum per obseruationem Timocaridis post Nabugodonosor 454 annis ægyptiacis/quẽ inducit Ptolemæus in Almagesti distinctione septima in fine cap. tertii: & fuit locus eius: 22 gradus/20 minuta virginis. Quærã locum eiusdẽ stellæ: per tabulas Alphonsi. tẽpus illud reductum ad fractiones sexagenarias est 46 tertia 7 secunda/50 prima. Cum quo extraho motum capitis Arietis: & inuenio 8 signa/44 gradus/7 minuta/56 secunda. Cuius æquatio est: 2 gra. 29 mi. 28 secunda/minuẽda. Motum vero stellarum ab illo tempore vsq; ad Alphonsum: iuenio 20 minuta/53 secũda. Aequatio autem motus capitis arietis ad tempus Alphonsi: est 8 gra. 3 mi. 3 secunda, quæ est addenda. cum qua addatur æquatio eius ad tempus præteritum prædictum: & prouenient 10 gra. 32 minu. 33 secũda. qđ additum motui stellarum infra tẽpus medium producit/21 gra. 53 mi. 26 secunda. Et tamen secundum illas tabulas motæ sunt stellæ & auges per tempus illud intermedium. Subtrahatur ergo locus ille a loco Alchimech posito ĩ radicibus stellarum ad prĩcipium Alphonsi/scilicet 13 gra. 48 mi. libræ: remanebũt/21 gra. 54 mi. virginis. Ecce quomodo locus huius stellæ qui ĩuentus est a Timocaride: discrepat a loco eiusdem ĩuento per istas tabulas 25 mi. & plus. Si autẽ eundem motum subtraxero ab auge solis/quæ est secundum tabulas Alphonsi/1 signum. 28 gra. 39 mi. remanebit 1 sign. 6 gra. 45 mi. Aux autẽ solis longe ante Abrahã. & Ptolemæum maior erat ꝗ fuerit tẽporibus eo-

rum:qđ mihi credere non est possibile.Item videbo vtrum istæ tabulæ concordent cũ Ptolemæo in locis stellarum fixarum & augium/cuius obseruationes factæ sunt circa annos ab ĩcarnatione domini nostri IHESV CHRISTI 138 Romanos/qui reducti ad sexagenariã fractionẽ facient 14 tertia/o secunda/4 prima.Motus capitis arietis id est augis ex tabulis Alphonsi secundum hoc 1 sig.6 gra.18 mi.23 secunda. eius æquatio 58 mi.59 secũda. Sed æquatio 58 mi.59 secunda addẽda.Motus stellarum a tẽpore CHRISTI vsq; ad tẽpus illud o sig.1 gra.o mi.49 secunda.55 tertia.cui si addatur æquatio iã dicta:erit 1 gra.59 mi.48 secunda/alias 53 secunda. 15 tertia.Qđ additum radici anni solaris positi ad prĩcipium æræ CHRISTI facit augem solis ad tempus istud:scilicet 1 sig.13.gra.25 mi.8 secunda. Motus autẽ stellarum in tempore medio ĩter Ptolemæum & Alphonsum/8 gra.10 mi.37 secũda.Cui æquatio capitis arietis tẽpore Alphonsi addita erit 16 gra.13 mi.24.secũdsi/a quo postea subtrahitur æquatio eiusdem capitis tẽpore Ptolemæi & remanebit 15/12/13 qui est motus stellarũ & augiũ ĩ illo tẽpore.Qđ subtrahaẽ a loco Alchimech tẽpore Alphonsi & remanebit locus eius 28 gra.35 mi.Ptolemæus autem ĩuenit hanc esse in 26 gra.40 minu.virginis.Differunt ergo fere per 2 gra.Auges quoq; differunt per 7 gra.hic & ibi.Non tñ tantam differentiã credo fuisse ĩ auge solis tẽpore eius. Nã inuentio huius valde est difficilis:& eius obseruatio non parum ambigua.Ideo ipse vsus est auge solis eadẽ quã inuenit Abrahã:veluti semper ĩmobilis perseueret. De stellis fixis autem de quibus facilis est obseruatio:non dubito qui Ptolemæus & plures alii ĩuenerint veritatẽ.Quapropter verisimile est eas in futurum rãtum vel forte plus vel minus differre:nõ saltem cõcordabunt.vel si concordabunt:hoc magis casu q̃ tabularũ accidet veritate.Inueniuntur ĩ motibus harum tabularũ a veritate discordãtes:nunc a veris obseruationibus deficientes/nunc vero super iis augẽtes.Necessario ergo aliquãdo concordabunt.Postea ad tempora Abbategni procedã etiã calculãdo qđ est post ĩcarnationẽ domini:879 annis/qui reducti in sexagenarias faciunt 1 quartũ/29 tertia/10 secũda/54 prima. Motus recessus & accessus ad id tẽpus o signa/45 gra.13 mi.19 secunda. Eius æquatio.6 gra.22 mi.28 secunda.Motus stellarum ad illud tempus 1 signũ/6 gra.27 mi.27 secunda.Omnia secundũ tabulas Alphonsi. Aux solis secũdum hoc 1 signũ 24 gra.15 mi.quæ.si subtrahatur ab auge solis tẽpore Alphonsi:habebitur motus stellarũ in tẽpore medio scilicet 4/23/50.qđ addatur loco cabalazedi.i.cordis leonis in tẽpore abbategni qui fuit/14 leonis vt patet in canonibus Abbategni proueniunt 18 gra.23 mi.leonis.Ecce quomodo in illis 372 annis diuersificãtur motus augium in tabulis illis ab institutionibus Abbategni 2 gra.Reppetit enĩ Abbategni Augem solis 2 gra.15 mi.ge minorũ.In stellis autẽ fixis 1 gra.& 15 mi. Posuerunt enĩ tabulatores Alphonsi cor leonis in leone 19 gra.33 mi.Si quis mihi dicat istas radices stellarum nõ esse veras/nec inuẽtas secundũ tabulas Alphonsi/sed positas ab aliis nescientibus calculare:respondeo q; primo ab illis tabulis inuẽtæ sunt.Cuius signũ est.Nã vidi librũ stellarũ fixarum eodẽ modo:qui liber extractus fuit de armario regis Alphonsi/quẽadmodũ dixit mihi ille qui extraxit.Vidi enĩ stellas fixas situatas isto modo in sphera solida facta per ipsummet Alphonsum. Et cõcesso illo q; radices illæ nõ sint inuentæ per tabulas illas:nihilominus minorabitur discrepãtia inter obseruationes per has tabulas.Nã inter Timocaridẽ & Ptolemæum stellæ fixæ motæ sunt secũdum veritatem obseruationum 4 gra.20 mi.Secundũ tabulas autẽ istas/6 gra.38 mi.& plus. Et a tẽpore Ptolemæi vsq; ad illa secundum obseruationes:motæ sunt 2 gra.17.mi.

Sed secundum tabulas has 2 gra. 54 mi. Quomodocunq; ergo ponant: tabulas illas in hoc veritati non inuenio concordare.

Item inuenio alium errorem istarum tabularum de motu stellarum fixarum secũdum ipsas. Nam motus velocissimus illarum fuit circa tempora CHRISTI. Tunc enim ponunt caput arietis accessus incœpisse motũ: & in illa parte patet motum esse velocissimum. Sed in veritate: motus stellarum non erat tunc velocissimus. Ptolemæus enim repperit ipsas moueri circa illud tempus in 100 annis 1 gra. Fuit enĩ CHRISTVS circa medium temporis quod fuit inter Abrachim & Ptolemæum. A Ptolemæo vero vsq; ad abbategni inuentus est motus stellarum fixarum in 66 annis: 1 gra. Ergo motus iste nunc velocior multo reperitur. Est & aliud in tabulis illis qđ mirabile videtur: quomodo secundum eas circuli planetarum moueantur motu stellarum accessus & recessus capitis arietis & libræ / maxime de circulo solis. Concedunt enim stellas fixas retinere eandem semper declinationem ab ecliptica. Tota ergo ecliptica: nunq̃ situm mutabit. Signabo ergo in arcu solis punctum suppositum capiti arietis. Incipiat ergo caput arietis declinare versus septentrionem in circulo paruo vel punctum signatum in circulo solis. Concedunt enim id. vel declinabit vel manebit in loco suo. Si manebit: ergo non amplius manebit sub ecliptica qđ est veritati dissonum. si sequatur: quãtum ergo caput arietis distabit a sectione Zodiaci circa æquatorem / tãtum & punctum illud distabit necessario ab eadem. Mouebitur ergo ex necessitate isto motu: qđ nõ ponunt. Post hæc autẽ de aliis mobilibus: erit præscrutandum similiter. Et primo de sole. Quoniam tabulæ hæ supponũt annum solarem seu tempus circuitus solis semper æqualem & inuariabilẽ permanere. Merito ergo de hoc: videntur redarguendæ. Sunt enim in hoc contrariæ iis quæ ab obseruatoribus diuersorum temporum subtiliter sunt percepta. Antiquissimi enĩ obseruatores babylonici scilicet Achamin & Midan posuerunt quãtitatem anni 365 dies & 1 quartam & 1 septuagesimãsextam vnius diei præcise. Et similiter inuenit Abrachis fere: sed modico minus. Postea Ptolemæus inuenit illam quantitatem 365 dies & 1 quartam / minus 300 parte vnius diei. Dehinc Abbategni repperit illud tẽpus 365 dies 5 horas / 46 mi. 24 secunda. Sed tabulæ istæ continent 365 dies 5 horas 49 mi. 16 secunda. Hãc quãtitatem constituerunt inuariabilẽ de maiori in minus & conuersim: sicut & motus stellarum nunc velocior nunc tardior esse comperitur.

Ad ostendendũ ergo discrepantiã harũ tabularũ quã habent cũ antiquis obseruationibus de motibus aliarũ 7 stellarũ: assumo obseruãtiam factã ab Achamin post Nabuchodonosor 315 annis ægyptiaticis 21 diebus septimi mẽsis de mẽsibus ægyptiorũ / in ortu solis: de introitu solis in punctũ solstitiale æstiuale / quã etiã assumit Ptolemæus in almagesti dictione tertia. Quærã ergo hoc: in tabulis Alphonsi. tempus illud reductum in sexagenarias: 31 tertia / 52 secunda / 35 prima. Medius motus solis ad meridianũ Alexãdriæ 1 signũ / 30 gra. 12 mi. 3 secunda. Sed secundum Ptolemæum motus solis erat 3 signa / 0 gra. 57 mi. 2 secunda. Aequatio solis secundũ tabulas Alphonsi est tunc 51 mi. Secundum Ptolemæum autem est circa 56 mi. & est minuenda. Ecce ꝙ secundum tabulas Alphonsi nullatenus sol tunc est ingressus primum mi. cancri. Immo ad minus habuit adhuc pertrãsire 35 mi. vel circa. Sicq; erit differẽtia circiter 16 horarũ. Item capio aliã differentiã. obseruationem scilicet Abrachis de introitu solis in punctum æquinoctiale autumnale / quã etiã sumit Ptolemæus vbi supra in Almagesti dictione tertia / scilicet ab Alexãdri morte 486

annis ægyptiaticis post dies hanguahic id est 5 dierũ superadditorum anno/12 hora in alexãdria. Tẽpus illud reductum ad sexagenarias fractiones 18 tertia/2 secunda/48 prima. Medius motus secundum tabulas Alphonsi ad alexandriam 3 signa 2 gra. 18 mi. 29 secunda. Aequatio solis fuit 2 gra. 9 mi. secundum tabulas Ptolemæi quæ sunt nunc veriores. Patet ergo ꝙ est differentia 9 mi. & de tempore 4 horarũ/ & plus. Sed secundũ tabulas Alphonsi erit differentia maior. Item accipio obseruationẽ Ptolemæi de introitu solis in idem punctum positũ ibidem vt dictum est/scilicet anno ab Alexãdri morte 464 icõpleto/annis ægyptiis post 8 dies mensis septimi de mensibus ægyptiorũ 19 hora fere 48 scilicet mi. diei tẽpus reductũ ad sexagenarias/46 tertia/57 secunda/43 prima. Medius motus solis ex tabulis Alphonsi ad Alexãdriam 33/28/55. secundũ Ptolemæum 6 signa/2 gra. 9 mi. Est ergo differentia 1 gra. 59 mi. Et secundum æquatores Alphonsi est maior. Et de tẽpore erit differentia vnius diei & tertiæ partis diei. Certe tales defectus nimis essent intolerabiles. Sed in obseruatione Abbategni: de sole non inuuenitur error valde notabilis. quia tabulatores harũ tabularum vt dixi: per eãdem obseruationẽ solis circuitum mẽsi/sumunt. Sed in tẽpore nostro: differẽtia ab aliquibus inuẽta est de introitu solis in arietẽ. De quibus inueni scriptũ in quodã libro astronomiæ ꝙ anno domini 1290 die 13 Martii inuẽtus sit sol intrare in arietẽ post 16 ho. qđ multũ discrepat a tabulis Alphonsi. Item quidã alter anno domini 1348 inuenit solẽ ingredi arietẽ: non in hora qua inuenitur per tabulas Alphonsi. Ego vero si quid inueni: non conuenit hic ponere ne testimonium mihimetipsi videar perhibere.

In luna si est defectus aliquis: nunc ostendã. Reperio dictione nona Almagesti de obseruatione Mercurii ꝙ post annos Nabuchodonosor 885 ægyptiacos/post 2 dies mensis alchitã/7 horas/30 mi. Medius motus lunæ fuit 12 gra. 26 mi. geminorũ ad Alexandriã. Medium argumentũ lunæ 8 gra. 32 mi. Secundũ vero tabulas Alphõsi. Medius motus lunæ ad Alexandriã 1 signũ 13 gra. 59 mi. 9 secunda. Medium argumentum lunæ secundum tabulas easdem 4/39/26/19. est ergo differẽtia in motu lunæ vnius gra. 24 minu. in argumento autem est differentia hic & ibi 2 gra. 6 mi. In elongatione autem solis & lunæ inuenitur discordia 10 mi. vnius gra. Et in obseruationibus Abbategni similiter iuenitur discrepãtia ĩ luna. sup quibus tamen isti creduntur fuisse maxime sustentati. Nam anno Alexãdri magni 12 incompleto post 2 dies mensis ab mẽsibus græcorum 15 hora 15 mi. ad meridiẽ ab Abrache motus medius lunæ inuentus per Abbategni est 19 gra. 24 mi. aquarii. Et fuit hæc obseruatio eius secunda de lunari eclipsi. tẽpus pdictum ad sexagenarias fractiones reductũ est 2 quarta/2 tertia/54 secunda/4 prima. Medius motus lunæ secundũ hoc ex tabulis Alphonsi 5 signa 19 gra. 49 mi. 40 secunda. Motus argumenti medius 7/5/8/10. Medius motus capitis arietis 3 sign. 15 gra. 40 mi. 13 secũda. In motu lunæ inuenitur differẽtia 25 mi. In argumẽto medio nulla inuenitur notabilis differẽtia. In motu capitis est differẽtia 5 mi. In elongatione autẽ solis & lunæ: inuenitur tãta quãta in obseruatione Ptolemæi differẽtia scilicet 10 mi. Quæ autẽ elongatio illa secundũ tabulas Alphonsi non sit omnino vera: etiã inuentũ est a considerãtibus nostri tẽporis. Inueni scriptũ ꝙ per horologiũ verissimũ quidã inuenit in pluribus eclipsibus lunæ: medium eclipsis citius fuisse q̃ fuerit inuentum per tabulas Alphonsi per tempus notabilis quantitatis.

De aliis planetis quãtum motus ipsorũ extractus de tabulis Alphonsi differant ab obseruationibus Ptolemæi propter breuitatẽ nõ ponã calculatoris motus. sed dif-

ſimiliter inueniret omnes motus illorum 5 planetarum ſecundũ tabulas Alphõſi mutatos plus cõtinere q̃ inueniatur in obſeruationibus Ptolemæi prout ſequitur.

Motus ſaturni abundat 2 gra.37 mi.
Motus Iouis abundat 1 gra.37 mi.
Motus martis abundat 2 gra.37 mi.
Argumentum veneris abundat 4. gra.13 mi.
Argumentum mercurii abundat 2 gra.28 mi.

Hæc de correctione defectus tabularum Alphonſi ſufficiant. Si qui autẽ probationibus prædictis non contenti fuerint: veritatem inueſtigent propriis obſeruationibus, & inuenient per dei gratiam me hæc nõ ſcripſiſſe motu inuidiæ: ſed veri amoris zelo/vt ab errorum deuio retraham hanc ſcientiam inquirentes. Addam etiam nonnulla ex aliis.

Guillermus de Clotoalde ſic differentias notauit circa tabulam Saturni. Ptolemæus ponit motum Saturni in die 0,0,20,33,31,28,51. Differentia inter Ptolemæum & Alphonſum.

1,ter.46,quart.11 quin.30 ſext.

Saturnus mouetur in anno cõmuni,0,12,13,17. Itẽ Saturnus mouetur omni die in epicyclo 77 mi.8 ſecũda,& in eccẽtrico per 2 mi,qui ambo cõſtituunt mediũ motũ Saturni in vna die. Nota ab his tabulis alphonſi ſubtrahẽda ſunt 2 ſigna,2 gra,36 mi.43 ſecunda.

Radix auginm Arim 2,23,23,43,34.

Circa tabulã Iouis, hæc tabula eſt ſupabundãs in 1 gra.57,mi.44 ſecũdis a tẽpore CHRISTI ad annũ 1418 incõpletũ ĩ die Calixti qui dies ſunt 517846. In quos dies diuidãtur 1 gra,52,44 & proueniens ſubtrahatur a motu vnius diei huius tabulæ 0,0,4,76,14,38,19,17. Ptolemæus 0,0,79,14,26,46,31. Radix augiũ Arim,5,3,37,0,34, Toleti 5,3,37,0,4.

Circa tabulam martis 0,0,31,26,38,39,76,17, Ptolemæus 0,0,31,26,36,53,51,33. Differẽtia inter Ptolemæum & Alphonſum,0 0,31 26,37,46,78,16, A tabulis Alphõſi ſubtrahe medium motũ inter Ptolemæum & Alphonſum ſcilicet 2,gra,9 mi,3,ſecunda ,29,7,36,32. Differentia,1,tertiũ,46,13,27.

Mars mouetur ĩ anno cõmuni,3,11,27,5,13. Aux Arim,3,25,12,13,34. Toleti,3,25,12 13,40. Radix in Saturno pariſiis,1,14,5,16,10,40, Toleti,1,14,5,20,12.

Circa tabulam veneris. Nota ſecundum tabulas Alphonſi venus pertranſit epicyclum in,583,diebus,55,mi,diei. Et ſecundum Alfraganũ in,584,diebus pertranſit.

Circa tabulas motus argumenti Mercurii, Argumẽtum Mercurii a tempore Ptolemæi dicitur abundare in,2,gra,28,mi. qui ſi diuidantur per dies annorum,1200, prouenĩt,26,25,71,ſexta, q̃ ſunt motus diei ſubtrahẽdus & faciunt,1,ter, 12,quar, 56,quin,11,ſext,addenda motui vnius diei huius tabulæ Alphõſi: & perueniet motus,1,diei correctus ſcilicet,0,3,6,24,8,55,37,3.

Radices cẽtri lunæ Arim,1,13,30,38,9,27, Toleti,1,18,51,29,32,24, Pariſiis,1,18,2,53,45,38, Romæ,1,17,12,22,19,40.

Circa tabulam medii argumenti lunę radix pariſiis,3,18,34,6,43, Arim,3,16,8,13,10 Toleti,3,9,0,14,31, In anno cõmuni mouetur,1,ſig,29 gra,4,mi,31,73, Radix cẽtri lunæ Pariſiis,24,34,2,1,5,7, Viennæ,3,33,4,7,55,12,

Calculãdo ex tabulis Almagesti Ptolemaei & super radicẽ differentiæ Nabugodonosor & incarnationis CHRISTI 1 quar.15 ter. 46 secũ.26.pri. Et super radicẽ annorũ in Almagesto super Saturnũ scilicet 26 gra.& 43.mi.Capricorni.iste est motus Saturni/1.11.55.17.43.30.26.6.Aliter.2.9.6.43.

Calculãdo ex tabulis Ptolemaei super eãdem radicẽ Nabugodono.& incarnationis CHRISTI.1.quar.17.46.26.Et sup radicẽ in Almagesti Iouis.4.gra.11.mi.libræ.Iste est motus Iouis/2.5.849.12.50.1.55.26. Itẽ calculãdo ex tabulis Ptolemaei vt prius: & addita radice martis ĩ Almagesti super medios motus martis.3.gra.4.mi.iste est motus Martis.1.39.41.8.43.6.38 18.

Item calculãdo ex tabulis Ptolemaei & addita radice solis in Almagesti Ptolemaei super medios motus solis ista habet.15.mi.piscium & debet sic reduci ad gra.3.30.15. iste est motus solis inuentus.4.37.45.18.14.4.2.26.ad annos Christi.Iste est motus qui venit ex tempore Nabugod.ad CHRISTVM sine radice/57.30.18.14.4.11.26

In calculãdo ex tabulis Ptolemaei de motu lunæ super radicẽ Nabugodo. & incarnationis CHRISTI q̃ radix est.1.quar.15.tert.46.secũda. 26.prima. Cũ radice.14. gra.& 22 mi.i.11 gra.22.mi.tauri. Iste est motus lunæ medius/2.13.15.26.11.24.13.0.

In calculãdo ex tabulis Ptolemaei argumentũ lunæ super radicẽ Nabugo.& incarnationis CHRISTI vt prius cũ superfluo.2.sig.8.gra.& 49 mi.iste est motus argumẽti lunæ.3.33.13.52.4.20.45.34.vel cum superfluo.2.sig.8.gra.19.mi.alias id est radix.3.32.43.52.4.20.45.34.

In calculãdo ex tabulis Ptolemaei argumentũ latitudinis lunæ super radicẽ Nabugo.& CHRISTI incarnationis vt prius cum superfluo qđ est 373 gra.15 mi.iste est motus argumẽti latitudinis lunæ.2.14.59.29.3.25.54.2.Dictione quarta cap.9 circa vltimum.

Item calculãdo elongationẽ lunæ a sole super radicẽ Nabugodo.& incarnationem CHRISTI cum radice quæ fuit ante illud tempus scilicet 70 gra.& 37 mi.ista erit radix CHRISTI elongationis lunæ a sole.3.35.42.37.57.20.13 4.

Item de argumento Veneris ex tabulis Ptolemaei & sub radice Nabugo.& CHRISTI vt prius iste est motus/0.54.57.519.50.26.8.Et si additur ei radix Nabug.17. gra.7.mi.ista erit radix CHRISTI.2.6.4.7.19.50.26.8.

Item de argumento Mercurii ex tabulis Ptolemaei & super radicem Nabugodo.& CHRISTI iste est motus ei⁹.0.24.0.18.30.47.51.40.& si additur ei radix est radix CHRISTI 0.sig.4.gra.5.mi.55.18.30.47.5.40.

Nota quãtum auges tẽpore quo quæris loca planetarũ distant ab augibus hic scriptis tãtum adde super loca inuenta.Itaq̧ adde ab anno CHRISTI 1420.vsq̧ ad annũ 1424.46.mi.aut 48 mi.secundum alios magistros & hoc verius &. 1425.adde 48.mi.2.secũda.30.tert. & quolibet anno.36.secũda.30.ter.Mansiones lunæ sunt capiendæ secundum spheram octauam & non secundum nonam.

Sed latitudo earundẽ & arcus eiusdem circuli interceptus iter eclipticã & corpus eiusdem stellæ quæ latitudo est sempiternę inuariabilitatis:quia motus accessus & recessus salua reuerentia ponentiũ esse/prorsus est negãdus.Et ponã ibidem motũ octauæ sphæræ secundũ modum quem hic teneo cum reprobatione Thebit & aliorum omnium ponentium motum accessus & recessus.

Q₂ quasi omnes medii motus qui ponuntur in Alphonso sunt diminuti: & quædã tabulæ æquationũ sicut Solis Iouis & Veneris superfluunt. Aequationes vero argumentorum lunę sunt deficientes. Verũtamen hoc dico:q̧ coniunctiones luminariũ

ſatis appropinquant veritati: quia qđ ſuperfluit in vno ſcilicet in ſole/ eſt diminutũ in alio ſcilicet in luna. & ita diminutio vnius reſtaurat abundantiã alterius. Et hoc multos magnos & famatos philoſophos duxit in credulitatem prædictarum tabularum. In medio motu lunæ ſubtrahantur 40. mi. ho. quibus reſpondent 22 minu. vnius gra. A medio motu Saturni ſubtrahitur 1 gra. 15 mi. vnius gra. Medio motui Iouis additur 1 gra. A medio motu Martis ſubtrahuntur 3 gra. Motui octauæ ſpheræ additur 1 gra.

Henricus Baten Machlinieñſis in tractatu ſuo ſuper defectibus tabularum Alphonſi in fine ſic habet.

Aſſumo obſeruationem factam per Achamin: poſt Nabuchodonoſor/315 annis: 21. menſis Achur de menſibus ægyptiis in ortu ſolis/ in punctũ ſolſtitialẽ æſtiualem/ quẽ & aſſumit Ptolemæus in Almageſti dictione tertia. Quærã hoc igitur in tabulis Alphonſi: & tẽpus illud reductũ in ſexagenarias: erit 31 tertia. 59 ſecũda. 35 prima. Medius motus ſolis ad meridianum Alexãdriæ: 1 ſig. 30 gra. 12 mi. 3 ſecũda. Sed ſecundũ Ptolemæum: medius motus erat: 3 ſigna. 0 in gra. 57 mi. 2 ſecũda. Aequatio autem ſolis/ſecũdum Ptolemæum: 56 mi. & imminuenda ſecũdum tabulas Alphonſi: circa 51 mi. Ecce ꝙ ſecundũ tabulas Alphonſi: nullatenus ſol tunc eſt ingreſſus primum minutum Cancri: ſed ad minus habuit adhuc tranſire/39 mi. vel circiter. Sicq́ erit differẽtia circa 16. ho. Item capio aliã obſeruationem ſcilicet Abrachis: de introitu ſolis in punctum æquinoctialem autũnalem. quã reſumpſit Ptolemæus: vbi ſupra ab Alexãdri morte 176 annis ægyptiis/ poſt 3 dies laguahi. id eſt 7 dierum reſtauratorum/12 ho. in Alexãdria/tempus illud reductum in ſexagenarias: eſt 18 tertia. 2 ſecũda. 48 prima. Medius motus ſolis ex tabulis Alphõſi: 3 ſig. 2 gra. 19 mi. 29 ſecunda. Aequatio ſolis fuit ſecundum tabulas Ptolemæi quæ protunc veriores dicebãtur: 2 gra. 9 mi. Patet ergo ꝙ eſt differentia 9 mi. & de tempore 4. ho. & plus. ſed ſecundum æquationes tabularum erit differẽtia maior. Itẽ accipio obſeruationem Ptolemæi de introitu ſolis in eundem pũctum poſitum ibidẽ/ vt dictum eſt: ſcilicet anno a morte Alexandri 464 incõpleto de annis ægyptiis/ poſt 8 dies menſis achur de menſibus ægyptiorum 19 ho. fere 48 mi. diei. Tempus illud reductum ad ſexagenarias/46 tertia. 57 ſecunda. 43 prima. Medius motus ſecundum tabulas Alphonſi: 3 ſig. 3 gra. 28 mi. 55 ſecunda ad Alexandrum. Secundum Ptolemæum vero: 6 ſig. 2 gra. 9 mi. Eſt ergo differẽtia: vnius gra. 12 mi. Et ſecundũ æquationes Alphonſi: eſſet maior. & de tempore erit differentia vnius diei: & tertia parte diei. Certe tãtus defectus nimis eſſet in tabulis. Sed in obſeruatione Abbategni de ſole: non inuenietur error notabilis valde: quia tabulatores harũ tabularum vt dixi/ per eandem obſeruationẽ ſolis circuitum menſi ſunt. & talia multa quæ ſequuntur & ꝓcedunt defectus tabularum & ſupputationum reſpicientia.

CORRECTIONIS TABVLARVM ALPHONSI PER R.P.D.
NICOLAVM DE CVSA POSTEA CARD. TITVLI
BEATI PETRI AD VINCVLA
FINIS.

NICOLAI DE CVSA CARD. AD PAVLVM/MAGISTRI DOMINICI PHYSICVM/FLORENTINVM OPTIMVM ATQVE DOCTISSIMVM VIRVM DE GEOMETRICIS TRANSMVTATIONIBVS LIBELLVS.



T si veteres magno ingenio p̄diti / sedula indagatione conati sunt multa tūc abscōdita sibi & posteris / nota facere / perfecerūtq; vtiliter ī plærisq; maximis atq; optimis artibus: nō tamē omne desideratū in quibusq; altioribus theoriis attigerunt / præordināte hoc vniuersorū optimo prouisore / vt in nobis vis illa diuina intelligētiæ nō torpeat / sed admiratione vehementiori ad ipsa latētia & scitu possibilia feratur. Ardentius quidē in obscuri penetrationē mouemur: vt quietius de mētis vigorositate delectemur. Interea autē quæ geometricis speculationibus insudātibus hucusq; impedimēto fuere: vnū oībus (quorū vires ingenii: librí q ad nostrā notitiā deducti sunt / curiosius obseruāt) incognitū remāsit / de recti scilicet atq; curui æqualitate / aut inuicē mutatione statuenda. Ita vt non paucis imo pene omnibus huic inquisitioni deditis / post īmensos labores visum sit / viā ad huiusce rei notitiā acquirendā a nobis / sublatā: hoc rei īpossibilitate agēte / & natura ipsam tātæ oppositionis coincidentiā repellente. Ego vero huius rei difficultatem in paruitate appræhēsionis & intermissione diligētiæ / nō summo acumine vigilantium vt obscuritas negocii deposcit / potius existimans: dato qualicunq; ocio / ad artē nouā qua ad q̄situm pertingerē / me contuli. ei diligēter satis / ob altiores fines insudādo: quousq; cunctarū meditationū mearū subscripta formula facilē resolutionē efficerē. Quoniā autē in tāta & hactenus ignota arte / a qua nō tantū p̄fectio geometricæ trāsmutationis depēdet / sed & etiā introductio ad altiora ascēdendi figurat / nō erat in obscuritate & paruitate ingenioli mei cōfidendū: recte statui ad arbitrū peritissimū atq; veritatis zelatorē confugere / & iā dudū probatissimo amico inuētionē pādere / vt in statera æquissimi iudicis æstimetur. Noli igit amice dilectissime ista / etiā si ī maioribus verseris: quasi cruda indigestaq; abiicere. Lectu enī parua: intellectu vero facillima sunt. Sed quanto me ab annis iuuenturis atq; adolescētiæ nostræ strictiori amicitiæ nodo / atq; cordiali quodā amplexu indesinēter cōstrinxisti / tāto nunc accuratius / emēdationi animū adhibe / & in cōmunionē aliorū (nisi correctū) prodire non finas.

1 POst innumeros pene modos / quibus (semp tamē deficiens) ad institutā artē peruenire contēdi: tādē ad principiū quo ī libris de docta ignorātia vsus sum respiciens / via mihi pa- Libri de docta ignorantia.

tefacta extitit. Exigit autē ars quā inquiro/prēter ea iā tradita in geometricis: versionē curui i rectū/ac recti in curuum. Inter quae/cum nulla rationalis proportio cadat/oportet in quadam coincidentia extremorum/hoc latere secretū. Quae cum in maximo sit (vt alibi traditur) & maximū/sit circulus qui ignoratur: in minimo qui est triangulus/inquiri ipsam deberi/ibi ostenditur.

2 ¶Omnium autem figurarum multorum angulorum quae polygoniae/& aequilaterarum quae isopleurae/& eiusdem longitudinis laterū/q̄ eandē habētes peripheriā isoperimetrae dicuntur: triangularē minimę capacitatis esse constar. Et cum tanto quęlibet isoperimetra sit capacior/quāto plures angulos habuerit: erit circulus isoperimetrarum figurarum omnium capacissima. Ad quam/per angulorum multiplicationē deueniri nequit: sicut nec in numero ad maximum. Nulla igitur polygonia/ad circularem isoperimetram: proportionē rationalem habere potest. ¶Quia vero differentia capacitatis isoperimetrarum figurarum/correspondet differentiae circulorum infra scriptorum eisdem (vt iā ante hoc notatū est) ideo nec circulus īscriptus qui semper minor est/nec circunscriptus qui semper maior est/ad circulum isoperimetrum/rationalem proportionem habebit. Semidiametri autē illorum iā dictorum circulorum/maxime inaequales in trigono existunt/in aliis autem successiue minus inaequales. In circulo vero isoperimetro coincidentes: cū ibi inscriptus circunscriptus & peripheria coincidant. Inquirendum autem: qua arte ad coincidentiam ipsam atq; propositum pertingere valeamus.

ANNOTATIONES OMNISANCTI.

Post innumeros pene modos: quibus (semper tamen deficiens)


¶Multū hic testatur de Cusa se insudasse in inquisitione versionis/curui i rectū ac recti in curuum: inter quae nulla rationalis proportio cadit (vt postea declarat) hoc est inter polygoniam & circulum isoperimetrum/nulla proportio cadit quae sit tanq̄ numeri ad numerum. & ideo proportio quae est inter polygoniam & circulum isoperimetrum dicitur irrationalis/& ignota siue surda. Et ob hoc dicit/secretum illud latere in quadam coincidentia extremorum quae coincidentia cum in maximo sit: vt ipse tradit in de docta ignorantia/& maximum sit circulus qui ignoratur. in minimo igitur qui est triangulus inquiri ipsum secretum: ibi debere ostenditur. Subiungit: & dicit. 1


¶Omnium autem figurarum multorū angulorū quae polygoniae/

Sed ante q̄ vlterius procedamus: quinq; propositiones declarandas proponemus/vt facilius sequentia valeant intelligi. 2


¶Prima. Quanto polygonia circulo inscripta/plura habuerit latera/pluresve angulos: tanto maior erit eius area & circunferentia. q̄to vero habuerit pauciora: tanto eius area & circunferentia minor. Quo fit: vt circuli area & circunferētia maior sit area & circunferentia cuiuslibet polygoniae sibi inscriptae.

¶Patet. Sit descriptus circulus a. cui per 6 quarti Euclidis inscribo quadratū b c d e. Et per 29 tertii Euclidis: diuido arcum b c in duo aequa in pūcto f. traho b f & f c: quae erunt aequales per 27 tertii Euclidis. Necesse enim est b f rectam/rectae f c esse aequalem cum resecent aequales arcus. Rursus traho a f/& vbi secat b c chordam/pono g. erit chorda in duo aequa diuisa: sicut & arcus. ¶Patet. Nam per vltimam sexti Euclidis: f a c/& b a f anguli sunt








a f anguli sunt æquales /& latera æquos angulos continentia inuicem sunt æqualia. Igitur per 4 primi: erunt isti trianguli b a f & f a c æquales /& æquianguli. Et quia per 4 primi Euclidis: anguli a f c & a c f sunt æquales. quia anguli ad basim. erũt igit̃ æquales a f b & a f c. Et ultra f c & f g æquales sunt b f & f g: & anguli sub ipsis lateribus contẽti /igitur per 4 primi Euclidis: isti trianguli c g f & b g f erũt æquales /& æquianguli. Et ex cõsequẽti p 4 sexti: latera relatiua proportionalia erunt. sicut igitur b f ad f c: ita b g ad g c. Erit igitur b g æqualis g c: sicut b f æqualis f c. qd fuit ꝓbandũ. Ex hoc cõstat ꝙ recta ducta a cẽtro p medietatẽ chordę ad arcũ: diuidit arcũ i duo æqua. Quia f c arcus est octaua pars circũferentiæ circuli: erit f c latus octogoni circulo inscribendi/ quẽ dico maiorẽ areã habere quadrato pariter & circũferẽtiam. de area: satis cõstat. Nã dempto quadrato ab octogonio: erũt quatuor triãguli residui quilibet æqualis triangulo b f c. De circũferẽtia patet. nã cũ c g f sit angulus rectus: erit f c maius latus triãguli/ p 18 primi Euclidis. quare maius erit g c. itidẽ b f: maius b g. Quo fit/ vt b f et f c simul: maiora sint b c/ per 20 primi Euclidis. Vñ sicut b c est pars quarta circũferẽtiæ quadrati: ita b f & f c simul/ faciunt quartã ptẽ circũferentiæ octogoni. Vñ constat circũferentiã octogoni (quia plures habet angulos pluraq; latera quadrato) maiorẽ esse circũferẽtia quadrati. Et ex opposito: secũda pars ꝓpositionis patet. Correlariũ: sic patet. Nã si ponatur alicuius polygoniæ circulo inscriptę/ circũferẽtia æqualis circũferẽtiæ ipsius circuli: sic polygonia maiorẽ habẽs circũferẽtiam circũferẽtia polygoniæ quæ ponit æqualis circũferentiæ circuli/ nõ posset ipsi circulo inscribi. qd est falsum. Nam dato quocũq; arcu: ipse per 29 tertii Euclidis in duo æqua diuidi põt. q si portionibus/ chordæ subtẽdãtur: erũt ipsę chordæ latera polygoniæ hñtis tot i duplo angulos & latera/ quot habet polygonia cui⁹ chorda integri arcus lat⁹ erat. Aliter patet. Nã f c: est maior g c per 18 primi Euclidis. Vnde si g c medietas de b c/ subtrahatur ab arcu f c: aliqd erit residuũ. similiter si b g: ab arcu f b. Quo fit: vt oĩs arcus sua chorda sit maior. Nã b f c arcus: maior est chorda b c. Et cũ tot in circulo chordę sint quot latera polygonia circulo inscripta habet: est necesse vt oẽs chordę simul/ minores sint arcubus simul sumptis. & ex cõsequẽti circuli area & circunferentia maior erit area & circunferentia cuiuscunq; polygoniæ ipsi inscriptæ. ex quibus patet prima propositio.



¶ Secunda propositio est. Quanto polygonia circulo circunscripta pauciora habuerit latera: tãto erit eius area & circunferentia maior. quãto vero plura habuerit latera: tanto eius area & circunferentia erit minor. Vnde euenit vt circuli area & circunferentia minor sit area & circunferentia cuiuslibet polygoniæ ipsi circũscriptę. ¶ Patet. Sit descriptus circulus a. per 7 quarti Euclidis: circũscribo ei quadratum b c d e. traho a cẽtro a/ ad medietatem lateris b c/ rectam a k: & ad medietatẽ lateris c d/ traho a g/ erit k a g angulus rectus. cum a k super b c/ & a g super c d per 17 tertii Euclidis/ sint perpẽdiculares. Quo fit: vt k g arcus sit arcus quadrãtis. Rursus traho a f c. quia a k & k c sunt æquales (cum b c sit: vt diametrus circuli) erũt anguli k a c/ & a c k æquales/ per 5 primi Euclidis. Modo quia a k c rectus est angulus: erit k a c vel a c k medietas recti cum per 32 primi Euclidis/ simul æquales sint a k c angulo. Eodem modo dicẽdum est de a c g: & g a c. quia a g & g c sunt æquales. Vnde constat k a c/ & c a g: esse æquales angulos. quare per vltimam sexti Euclidis: arcus k f/ æqualis erit arcui f g. Deinde traho k f/ quæ erit latus octogoni circulo inscribendi: & traho per medietatẽ k f/ rectã a i h: erit a i k angulus rectus per 3 tertii Euclidis/ & similiter a k h. Quo fit: vt per 8 sexti Euclidis/ a i k & a k h sint orthogonii similes. q a k i: erit medio loco proportionalis/ inter a i & h i. Vnde sicut i k est semilatus octogoni/ cuius prima est a i: ita k h erit semilatus octogoni/ cui⁹ prima erit a k. Traho h f: quæ erit æqualis k h. sunt enĩ isti duo orthogonii k i h & f i h æquales per 4 primi Euclidis. eo ꝙ k i & i h æquales sunt: f i & i h. similiter & anguli sub ipsis contenti: cum sint recti. Constat igitur k h & h f: facere latus octogoni circulo circunscribendi. Vnde dico k h & h f simul: minora esse semilatere quadrati: scilicet k c. ¶ Patet id hoc pacto. Nam communi dempto: scilicet k h







residua erunt h c & h f/& cum a f h angulus rectus sit: erit per 13 primi Euclidis/
h f c angulus rectus. & ex consequenti per 18 primi Euclidis: erit h c longius
latus q̄ h f. similiter k c pars octaua circunferentiæ quadrati circulo circũscri-
pti: maior erit k h & h f simul facientibꝰ octauam partem circunferentiæ octo
goni eidē circulo circunscripti. Patet prima pars propositionis. Secunda ve-
ro: ex opposito patet. Correlariũ vero: patet sic. Nam si quis dixerit circũferē-
tiā alicuius polygoniæ circulo circũscriptę/æqualē esse circunferētiæ circuli cui
circũscribit: ex hoc sequit̃ ꝙ polygonia miorē habēs circũ ferētiā/q̄ polygonia
cuiꝰ circũferētia dicit̃ circũferētiæ circuli æquari/nō poterit circulũ circũscribe-
re. qđ est falsum. Nā data quacũq̧ polygonia circulo circunscripta: potest dari
minor & area & circũferētia valēs circũscribere circulum. eo ꝙ arcus ois: in duo
æqua diuidi potest. ex cuiꝰ diuisiōe pēdet: ꝙ cōtinue maior polygonia pōt cir-
culo īscribi/& minor circũ scribi: vt ex diuisione arcus quadrātis in duo æqua:
pēdet īscriptio octogoni ī circulo/qui maior est quadrato eidem circulo inscri-
pto/& pendet circũscriptio octogoni circulo/qui minor est quadrato eidē cir-
culo circunscripto. Patet igitur secunda propositio.

¶ Tertia ꝓpositio est. Ex multiplicatiōe primæ cuiuslibet polygonię/ī medie-
tatē peripheriæ polygoniæ: exurgit rectāgula areæ polygoniæ æqualis. Vnde
manifestũ est: ex multiplicatione semidiametri circuli (q̄ prima circuli dicit̃) in
medietatē peripheriæ ipsius circuli/exurgere rectāgulā areæ circuli æqualem.

¶ Patet. Nā sup quodlibet latus polygonię duo fiũt orthogonii æquales p pri-
mā & secundā polygonię. ex quo euenit vt ois polygonia tot ī duplo cōtineat
orthogonios: quot latera habet. vt sit datꝰ quadratus b c d e: traho a f primā/q
est recta/a cētro ad mediũ latus ducta. similiter traho a c & a b: & fiũt duo ortho
gonii. Ois recta ducta a cētro polygoniæ ad mediũ latus: ꝑpēdiculariter super
ipm latꝰ stat. Nā circũscripto circulo: erit b c chorda/& a cētro igit̃ p 3 tertii Eu-
clidis: a f ducta a cētro ad mediũ chordæ/sup chordā erit ꝑpēdiculariter. Erũt
igit̃ octo orthogonii ī quadrato vt cōstat. Vñ dico ꝙ ex multiplicatiōe a f pri-
mę/ī medietatē lateris: ꝑducit̃ rectāgula dupla ad orthogoniũ polygonię p 41
primi Euclidis. vt cōstat ī ista rectāgula a f c i: q̄ dupla est ad orthogoniũ a f c.
& ex cōsequēti ex multiplicatiōe a f ī medietatē ꝑipherię: exurgit rectāgula du-
pla ad medietatē orthogonioꝝ/q sunt 4. quare ipa rectāgula areę quadrati: erit
æqualis/vt satis cōstat. & ita de oībus dicat̃ polygoniis. Et qa hoc de oībus po
lygoniis verificat̃: de maxīa & mīma verificabit̃. quare & de circulo. Patet ꝓpo
sitio: cũ suo correlario. ¶ Quarta ꝓpositio est. Quāto polygonia isoperimetra
plura habuerit latera: tāto eiꝰ secũda minor/prima vero & area maior. quāto ve
ro pauciora: tāto eiꝰ secũda maior/prima vero & area minor. Fit etiā: vt circuli
isoperimetri secunda: minima sit. prima vero & area maxima.

¶ Patet. sit triangulus b c d descriptꝰ: similiter & quadratus g h i k isoperime-
ter. iscribo & circũscribo eis circulũ: & a centro ad medietatē laterũ educo a e &
f l primas trigoni & quadrati. similiter educo secũdas: a b & f g: dico f g mi-
norē esse a b: & f l maiorē a e. eo ꝙ quadratus (cũ sit isoperimeter trigono) plura
habet latera: q̄ trigonus. Patet. Nā si circulo a b/voluero inscribere quadratũ:
circũferētia talis quadrati maior erit circũferētia trigoni eidē circulo iscripti/per
primā ꝓpositionē. Quo fit: vt circulus circũscribēs quadratũ isoperimetrũ: mi
nor sit circulo a b. quare circulus f g: minor est circulo a b. & ex cōsequēti f g se-
midiametrus: minor est a b semidiametro. erit igitur secũda quadrati: minor se
cũda trigoni isoperimetri. Rursus si circulo a e/circũscripsero quadratũ: erit eiꝰ
circũ ferētia minor circũferētia trigoni eidē circulo circũscripti/per secũdā ꝓpo-
sitionē. Quo fit: vt circulus cui circũscriptus erit quadratus trigono isoperime
ter: sit maior circulo a e. quare circulus f l: maior erit circulo a e. & ex cōsequēti f
l prima quadrati: maior erit prima trigoni isoperimetri/scilicet a e. quare multi-
plicatio f l/in medietatē circũferētiæ quadrati: maiorē areā describit/q̄ multipli
catio a e primæ trigoni/in medietatē circunferētiæ trigoni/quæ æqualis est me-
dietati circũferētiæ quadrati. Ex quo patet aream quadrati: maiorē esse area tri


goni isoperimetri. Et ita de omnibus polygoniis isoperimetris: est dicēdū. Patet ꝓpositio. Correlarium sic patet. Nam cū vltima polygonia ea sit/quæ oēs in numero laterū excedit/quæ est circulus/quia īfinitū laterū est: ideo secūda circuli/minima erit polygoniarū. Eius vero prima: maxima. itidē & eius area: maxima polygoniarū isoperimetrarū. Patet propositio: cum suo correlario.

¶ Quinta. Polygoniæ isoperimetræ adinuicē habitudinē tenēt: quā primæ lōgitudine adinuicē. ¶ Patet sic. sit data recta m r/q̄ diuidat̄ in puncto p/ per 12. sexti Euclidis: sic ꝙ m p ad p r/sit vt prima trigoni ad primā quadrati isoperimetri. a puncto p educo perpēdiculariter rectā p o per 11 primi Euclidis: sitq̄ p o vt medietas circūferētiæ trigoni. Est manifestū ꝙ multiplicatione m p i p o/ fiet rectāgula m n o p/æqualis trigono: & multiplicatione p r/in p o fiet rectāgula o p q r/æqualis quadrato isoperimetro per vltimā propositionē. Vnde harū rectāgularū ꝓportio minoris ad maiorē: erit tanq̄ ꝓportio m p ad p r lōgitudīe per primā sexti Euclidis. & ita de oībus isoperimetris est dicēdū. Patet ꝓpositio. His deductis: ad institutū reuertamur. Dicit igit̄ de Cusa: ꝙ triāgulus inter isoperimetras/est minime capacitatis. qđ cōstat per quartā ꝓpositionē p̄missam. Nulla enī præter eā: pauciora habet latera. quare & nulla præter eā: minorē habebit primā. & ex cōsequēti: minorē areā. sicq̄: minime dicet̄ capacitatis. Qꝫ vero tāto q̄libet polygonia isoperimetra sit capacior/ q̄to plures angulos habuerit: cōstat per quartā ꝓpositionē præmissam. cū tot quælibet polygonia habeat angulos: quot latera. Ideo circulus isoperimetrarū figurarum: erit capacissima. vt dictū est: per correlariū eiusdē quartæ ꝓpositionis p̄missæ. Ad quē circulū isoperimetrū per angulorū multiplicationē/aut per laterū multiplicationē: deueniri nequit. sicut nec in numero: ad maximū. Nā ibi angulus: & latus coincidunt. Ideo ibi angulus: simpliciter minimus est. similiter lat⁹: simpliciter minimum. Nulla igitur polygonia/ad circularē isoperimetrā: ꝓportionem rationalē habere potest. Ex quo pēdet/circūferentiam circuli ad diametrum: longitudine incōmensurabilē esse. Nam per quintam ꝓpositionū p̄missam: habitudo quadrati ad circulum isoperimetrum/est tanq̄ ꝓportio primæ quadrati ad semidiametrum circuli isoperimetri. quæ semidiameter: prima circuli dicit̄. Qꝫ si quadratus ad circulum isoperimetrū/proportionē nō seruet rationalē: nec prima quadrati ad semidiametrum circuli isoperimetri/longitudine rationalem seruabit proportionē. Vt sit descriptus quadratus: g h i k. prima quadrati: sit f l. secūda: f g. circulus vero isoperimeter: sit f m. Quia quadratus ad circulum isoperimetrū: est incōmensurabilis. (si enim ꝓportionē seruaret rationalem ad ipm: commēsurabilis esset (ideo (vt dictū est) f l ad f m/est lōgitudine incōmensurabilis. & ecōtrario: f m ad f l. Sed f l: cōmēsurabilis est ad circūferentiam quadrati. cū sit pars eius octaua. quare f m: erit longitudine incōmensurabilis ad circūferentiam quadrati: & ex cōsequēti ad circūferentiā circuli: quæ circūferētiæ quadrati æqualis est. Si enim f m/esset cōmensurabilis ad circūferentiam circuli: esset cōmensurabilis ad f l. cū f l cōmēsurabilis longitudine sit/ad circūferētiam circuli: per 8 decimi Euclidis. At quia f m longitudine est incōmensurabilis ad f l: erit pariter f m longitudine incōmensurabilis omnibus cōmensurabilibus ad f l. quare & ad circūferentiā circuli: longitudine incōmensurabilis erit. similiter f m duplicata/quæ erit diametrus circuli: erit ad circūferētiam circuli/lōgitudine incommensurabilis. & contra. Subiungit & dicit.

3 **¶ Quia vero differt ētia capacitatis isopimetrarū figurarū: correspōder differētiæ circulorū infrascriptorū eisdē/vt iā ante notatum est.**

¶ In hoc ꝙ differētia circulorum infrascriptorum: attenditur penes excessum primarū. similiter & differentia polygoniarū: attēditur penes eūdem excessum. Et hoc diuersimode. Nam excessus primæ quadrati sup primā trigoni isoperimetri/excedere facit (& ideo differentia dicitur) superficiem quadrati superficiem trigoni. In quo idem excessus excedere facit/primam quadrati longitudine/primam trigoni. At idem excessus excedere facit circulum quadrato inscriptum/circulum trigono inscriptum: in quo ipse excessus excedere facit pri

mam quadrati potestate/primam trigoni. Quare(dicit de Cusa)nec circulus inscriptus/qui semper minor est/nec circunscriptus/qui semper maior est: circulo isoperimetro / ad ipsum circulum isoperimetrum rationalem proportionem habebit. Nam per correlarium quartæ propositionis præmissæ secunda circuli isoperimetri minima est inter omnes secundas polygoniarum isoperimetrarum. & ideo quilibet circulus polygoniæ circūscriptus: maior est circulo isoperimetro. Et per idem correlarium: prima circuli isoperimetri maxima est inter omnes primas. Ideo quilibet circulus polygoniæ inscriptus: minor est circulo isoperimetro. Vnde semidiametri iam dictorum circulorum: scilicet polygoniis circūscriptorū & inscriptorū/maxime inęquales in trigono existunt. In aliis successiue: minus inæquales. Nam secūda trigoni & prima / quæ sunt semidiametri circulorū circūscriptorū & īscriptorū: maxime sunt inæquales/per quartā propositionem p̄missam. cū nulla/pauciora habeat latera trigono. In quadrato: minus sunt inæquales. quia prima: maior est prima trigoni. & secūda: minor secūda trigoni. Vnde in circulo isoperimetro: coincidētes erunt. cū ibi īscriptus/circūscriptus/& peripheria coīcidāt: sitq; secūda primę ęqualis/ & circūferētia circuli inscripti æqualis circūferentiæ circuli circūscripti. Ex his constat si circuli polygoniæ inscripti/incōmensurabiles sint circulo isoperimetro(eo q̄ proportionē seruant irrationalem. si enim proportionem seruarent rationalem: cōmensurabiles vtiq; essent)erit non modo circunferentia circuli ad diametrū lōgitudīe incōmēsurabilis/verū & potestate. Patet. resumat̄ figura vltima/& quadrato inscribatur circulus circūductione f l: erit per iam dicta circulus f l ad circulum f m: incōmensurabilis. Et per 2/duodecimi Euclidis: circulus f l ad circulum f m/se habet sicut quadratus f l ad quadratum f m. Idem quippe iudicium est de habitudine quadrati semidiametri circuli / ad quadratum semidiametri alterius/& habitudine quadrati diametri circuli/ad quadratū diametri alterius. Q2 si quadratus f l ad quadratū f m sit incōmensurabilis: erit f l ad f m potentia incōmensurabilis. Idē nāq; est quadratus lineæ: & potētia. Vnde circūferētia quadrati/quæ est longitudine octupla ad f l: erit pariter potestate incōmensurabilis ad f m/& ad omnes cōmensurabiles ad f m. quare ad f m duplicatā: siue diametrū circuli isoperimetri. Et ex consequēti circūferētia circuli f m/ad suā diametrū: potestate erit icōmensurabilis. cū per hypothesim circūferentia circuli f m: æqualis sit circunferentiæ quadrati g h i k. Si enim f m potestate cōmunicaret circūferentiæ circuli/cōmunicaret potestate f l: per 8 decimi Euclidis. cū f l cōmunicet potestate: circūferentiæ circuli. Quæcunq; cōmunicant longitudine: cōmunicant potestate. hoc est: quæcunq; sunt longitudine cōmensurabiles: sunt & potestate cōmēsurabiles. Lineæ cōmunicantes/lineæ rationales/lineæ cōmensurabiles: idem. Patet igitur quomodo si circuli polygoniæ circunscripti & īscripti sint ad circulum isoperimetrum incōmēsurabiles siue ad circulum isoperimetrum proportionem seruent irrationalem: erit diametrus circuli ad circūferentiam ipsius/non modo longitudine/verum & potestate incommensurabilis.



Videtur autē ad artis quęsitæ sufficientiam pertinere: primū vt datę rectæ detur æqualis curua. Secundo: vt secundū habitudinem curuæ ad curuā detur recta ad rectam. Tertio: vt inter duas lineas rectas / duæ proportionales cōtinuę assignētur. Quarto: vt secundū habitudinem duarum datarū/sciatur ad tertiā datā dari quarta. Primū hactenus ignotum. Secundū non consideratū. Tertium: a paucis & obscure tactū. Quartū: clare a multis explicatū complicatur in his istis. quæ circa hæc necessaria sunt: in exemplarib⁹ subsumptionibus ostēdere conabor.


¶ Dicit q̄ ad sufficientiā artis trāsmutatoriæ q̄sitæ/quatuor p̄mittēda eē de necessitate/q̄ i textu sūt declarata: & q̄ necessaria sit/sequētia manifeste declarabit.

Primum præmissum.

1 POsse lineā curuā esse quę datę rectę nec maior nec minor sit ab omnibus admittitur: licet nō omnes eā assignari posse/affirmēt. Potest igitur peripheria datę poligoniæ/circuli alicui⁹ peripheria nec maior nec minor esse: vt sit isopimeter. Sed quo modo hæc detur: inquiramus.

2 ℂQuoniā autē rāto circulus polygonię æquilaterę/seu isopleurę circūscriptus maior/quāto ipsa paucioꝝ angulorū fuerit / & ei inscriptus rāto minor: hic nemo negare potest/qui nōis circulus polygoniæ æquilateræ iscriptus/minor sit circulo isoperimetro/atq₃ omnis circūscriptus maior. quare iter iscriptorū & circūscriptorū isoperimeter cadēs: habet semidiametrū omni semidiametro cuiuscunq₃ inscripti circuli/cuicūq₃ polygoniæ isopleuræ & isoperimetrę maiorē/ & circūscripti semidiametro minorē. Manifestabit aūt id qđ q̄rim⁹/ post multos difficiliores modos: facili cōsequētia ex hac propositiōe.

3 ℂSemidiameter circuli isopimetri trigono iscripto/se habet ad lineā a cētro circuli cui trigon⁹ inscribit/ad quartā lateris ductā: i ꝓportione sesququarta. Sit circulus sup a cētro descript⁹: cui b c d trigon⁹ inscribit. diuiso b c latere i quatuor ptes æquales: p e f g signatas. Dico si de a ad e/linea ducta ꝓtēdat ꝑ quartā sui vt sit a h: illā fore semidiametrū circuli/cui⁹ circūferētia æquat trib⁹ trigoni laterib⁹. hoc sic facillime: verū cōprobat. Nā tracta de a ad f linea/illā semidiametrū circuli iscripti fore cōstat: q̄ est oīm circulorū iscriptorū polygoniis isopimetris mīma. Et simili linea de a ad b ducta/est semidiamet circuli circūscripti: q̄ est oīm circulorū/circūscriptorū isopimetris polygoniis maxīa. Et si de a ꝑpe f ad i pūctū lineā duxeris extēdēdā/ secūdū habitudinē i f portionis ad b c lat⁹/q̄ extēsa sit a k: illā esse minorē semidiametro circuli isopimetri est manifestū. cū semidiameter circuli isopimetri: sit oīm semidiametrorū circulorū iscriptoꝝ polygoniis isopimetris maxīa. Similiter si de a ꝑpe b/ad pūctū l linea ducta/extēsa fuerit secūdū habitudinē portionis l f ad b c/q̄ sit a m: illā esse maiorē q̄sita/ꝑ se clarū est. cū q̄sita sit oīm semidiametrorū circulorū circūscriptorū polygoniis isoperimetris minima. Potest igit inter l & i ad aliquē punctū de a linea duci: q̄ extēsa secūdū habitudinē portionis iter pūctū illū & f cadētis ad latus b c/æquabit q̄sitæ. Pariformiter si fuerit linea a i extēsa secūdū habitudinē portiōis i b ad b c vt sit a n: illā minorē fore q̄sita est manifestū. Et simili si fuerit a l extēsa secūdū habitudinē portionis l b ad b c/vt sit a o: illā maiorē eē q̄sita certū existit. Cadet igit iter l & i pūctus/ad quē de a linea ducta & extēsa scđm hītudinē portiōis iter pūctū illū & b cadētis ad b c latus/æquabit q̄sitę. Vñ vti repit pūctus puta i ad quē de a linea ducta si extēdat scđm habitudinē ambarū portionū/siue versus b siue versus f ad lat⁹ trigoni: manet minor. Et ali⁹ pūctus videlicet l repit/ad quē de a linea ducta/siue extēdatur secūdū habitudinē vnius siue alterius portionis/ad latus trigoni: fit semp maior quæsita. sic erit pūctus tertius/ad quē de a linea ducta & extēsa secundū habitudinē cuiuscūq₃ portionis/ad latus trigoni: nō fit nec maior nec minor q̄sita.



Et constat alium q̃ e punctum esse nonposse:in quo solum secundum
veriusq; portionis extẽsionem idem euenire potest. Poteris parisor-
miter dicere/si a i linea extendatur secundũ habitudinẽ f i ad b c/est
minor:& si extendatur secundũ habitudinẽ quadrati i f ad quadra-
tũ b f/est minor. Et si a b extendatur secundũ habitudinẽ l f ad b c/
est maior:& similiter si extẽdatur secũdum habitudinẽ quadrati l f
ad quadratũ b f/est maior. Erit igitur punctus inter l & i/ad quẽ de
a cẽtro linea ducta & extensa secundũ duas habitudines iã dictas:nec
maior nec minor erit quæsita. & hoc pũctum necessario est e. Poteris
etiam adiicere tertiã habitudinẽ/scilicet si a i extendatur secundum
habitudinẽ quadrati i f ad quadratum b f/& secundum habitudinẽ
i f ad b c/& habitudinẽ b i ad b c:est semper minor. Et a l extẽsa se-
cundũ illas habitudines:est maior. Erit igit̃ pũctus ad quẽ de a cẽtro
linea ducta/& secundũ istas ternas habitudines extẽsa; nec est maior
nec minor q̃sita. & est e punctus:æquidistãs a pũcto b & a puncto f.
¶Probatur autẽ idipsum:hac via. Manifestum est ĩ omni polygonia 5
isoperimetra/lineã de centro ad pũctum medii lateris auctã/esse se-
midiametrũ circuli inscripti:secũdũ capacitatẽ siue areã maiorẽ po-
lygoniæ plus accedentẽ ad æqualitatẽ semidiametri circuli isoperi-
metri. & similiter lineã ductã a centro ad finalẽ terminum lateris:es-
se semidiametrũ circuli circũscripti. & illã tanto minorem continue
fieri:quãto capacior fuerit polygonia. Cadet igitur inter illa duo pũ
cta/scilicet terminalem & medium lateris cuiuslibet polygoniæ pun
ctus vnus:ad quẽ si linea de centro ducitur/& secundũ habitudinem
quadrati portionis inter punctũ contactus & mediũ lateris ad qua-
dratũ medii lateris/vel secundũ habitudinẽ illius portionis ad latus
extendatur/erit vt semidiameter circuli isoperimetri. Et hoc quidẽ
nihil hæsitationis habet. Contingit autẽ hunc punctum in omnibus
polygoniis differenter distare ab aliis duobus punctis/scilicet termi
nali & medio lateris:plus accedendo ad medium lateris/ & receden-
do ab extremali/quãdo capacior fit polygonia. Sicut igit̃ hic pũctus
continue accedit ad medialem in capacioribus/quousq; in capacissi-
mã deueniatur ad coincidentiã omnium illorũ trium punctorũ : ita
necessario in minus capacibus recedit punctus ille a mediali/quousq;
in minime capaci ab illis duobus punctis maxime distet. quare e est
medius pũctus æqualiter maxime ab extremis distans : in quo in ca-
pacissimo trigono/habetur quæsitum. Ob hoc omnis semidiameter
circuli circũscripti/cadit de a centro ad aliquẽ punctũ lineæ b e:secũ
dũ p̃fatas habitudines portionis versus b extẽsæ. Et a e sic extẽsa:est
omnium illorum minima. hinc est semidiameter circuli isoperime-
tri cũ ipsa semidiameter sit oĩm semidiametrorũ taliũ circũscriptibi
liũ circulorũ minima:cũ qua cõcidit maxima semidiameter ĩscripti
biliũ. Vnde in e pũcto est coincidẽtia ascẽsionũ/de f versus e semidia
metrorũ circulorũ inscriptibiliũ: & descẽsionũ de b versus e semi-
diametrorũ circulorum circũscriptibilium. extensionibus factis secũ
dum habitudines portionũ versus b in vna:& versus f in alia.

ANNOTATIONES OMNISANCTI.

1 ¶Posse lineam curuam esse/quæ datæ rectæ nec maior nec minor sit: ab omnibus admittitur.

¶Ad quotũ declarationem/sit descriptus quadratus b c d e:circũscribo & inscribo ei circulũ. Est manifestũ per iam dicta circũferentiã circuli a b/maiorem esse circũferẽtia quadrati:& circũferentiã quadrati/maiorem esse circũferẽtia circuli a f. Igitur semidiametr⁹ circuli isoperimetri quadrato:maior erit a f/& minor a b. quare & media erit. Q꞉ si a f termino a/fixo/moueatur super f b versus b:erit motus eius a puncto f ad punctũ b tanq̃ transitus a minore semidiametro circuli isoperimetri ad maiorẽ/& per oẽs intermedias. Non enim potest aliqua dari imo nec intelligi quæ sit maior a f & minor a b:quin cadat æqualis inter b & f. eo q꞉ si vnus eius terminus in a centro collocetur:alius termin⁹ continget b & f in aliquo puncto. Ex hoc constat quomodo possibile sit ducere rectã a cẽtro a/ad rectã b f:quæ æqualis sit semidiametro circuli isoperimetri. Nam quęcũq꞉ sit illa:erit minor a b & maior a f/& ideo vna de intermedijs inter a f & a b. & ob hoc a f cum mouetur versus b modo præfato: necesse est q꞉ transeat per æqualẽ semidiametro circuli isoperimetri. quia transit per oẽs intermedias/quarũ vna erit vt semidiameter circuli isoperimetri. Ex quo patet: possibilitas quadraturæ circuli. Cũ enim a f mouetur termino a fixo sup f b:continue efficitur maior. Nã cum in b peruenit: coincidit cũ a b. Neq꞉ audiẽdi sunt qui molliuntur hanc ꝓpositionẽ non verã reddere:scilicet fit transitus a maiore ad minus/& per omnia intermedia/ergo fit transitus per æquale. Dicimus enim eam esse necessariã. quia sequitur fit transitus a maiore ad minus:& non per æquale. igitur non fit transitus a maiore ad min⁹:per oĩa intermedia. Quæ si recte intelligantur:nihil obscuritatis habebunt.

2 ¶Quoniã autẽ tanto circulus polygoniæ æquilateræ/seu isopleuræ.

¶Quomodo autem circulus circũscriptus tanto maior sit:quanto polygonia pauciorum fuerit laterũ/& inscriptus minor: iam satis expressum est per superiora. Ideo omnis circulus circũscriptus polygoniæ æquelateræ/maior est circulo isoperimetro:& inscriptus minor. vt ibidem monstratum est.

3 ¶Semidiameter circuli isoperimetri trigono inscripto/se habet ad.

¶Hic ponit propositionẽ artis: cuius sensus est. Semidiameter circuli isoperimetri trigono circulo inscripto: se habet ad lineam a centro circuli/cui trigonus inscriptus est/ad quartã lateris trigoni ductã/in ꝓportione sesquiquarta longitudine. resumpta figura litterę. quia a h ponit̃ semidiameter:& e p sictus est quartæ partis lateris b c:ideo a h ad a e:longitudine erit sesquiquarta. Vnde si i f sit pars octaua lateris b c:erit a k ad a i sesquioctaua lõgitudine. quia extẽsa est secundum habitudinem i f:ad b c. sicut enim i f ad b c: ita i k ad a k longitudine. Et si b l sit similiter pars octaua lateris b c:erit a m ad a l longitudine supertripertiens octauas/ quia extensa est secũdum habitudinem l f:(trium octauarum) ad b c longitudine. Iuxta autem positionem Archimedis ponentis circũferentiam circuli ad diametrum lõgitudine minorem tripla sesquiseptima/& maiorẽ tripla superdecuptiente septuagesimas primas: cõstat a k minorẽ esse/& a m maiorẽ semidiametro circuli isoperimetri. Sequit̃. ¶Potest inter l & i/punctus dari:ad quẽ de a cẽtro linea ducta & extensa. ¶Hoc mouet eum/eo q꞉ secũdum præfatã extensionẽ:datur plus scilicet a m/& minus scilicet a k/quare dabit̃:nec plus/nec minus. Sequit̃. ¶Pariformiter si fuerit linea a i extẽsa secũdum habitudinẽ portionis i b/(trium octauarũ) ad b c lõgitudine:quæ sit a n. ¶Omnia sunt clara iuxta habitudinẽ Arclimedis:de circũferentia ad diametrum circuli. Sequit̃. ¶Cadet igitur inter l & i/punctus:ad quẽ de a centro linea ducta & c extensa/secundũ habitudinẽ portionis inter punctũ illum & b cadentis/ad b c latus lõgitudine/æqualiter quæsitæ. ¶Vt prius:fundat se de causa/eo q꞉ secundũ præfatã extensionẽ datur plus scilicet a o/& minus scilicet a n. quare secundũ præfatã extensionẽ:nõ dabitur nec plus nec minus/vt videtur. Be-

ne enim cõcluderet: si formaliter sequeret. datur secũdũ hoc plus: & minus. Igit secundũ hoc idem/hoc est in eodẽ genere: datur nec plus nec minus. Sequitur.


¶ Vnde vti reperitur pũctus/puta i/ad quẽ de linea ducta se extẽdat.

¶ Supponendo q cadat punctus inter puncta l & i/ad quem de a centro linea ducta/& extensa secundum habitudinẽ portionis inter punctum illum & f cadentis/ad latus b c longitudine sit æqualis semidiametro circuli isoperimetri/ 4
vt supponit de Cusa. Et similiter q cadat punctus inter l & i/ad quem de cẽtro linea ducta/& extensa secundum habitudinem portionis inter punctũ illum & b cadentis ad b c latus lõgitudine: sit æqualis semidiametro circuli isoperimetri. quia secũdũ pfatas extẽsiones/dat plus & minus (vt dictũ est) recte cõcluderet e punctũ esse/ad quẽ de a cẽtro linea ducta & extẽsa secundũ habitudinẽ cuiuscũq portionis/ad latus trigoni lõgitudine: sit æqualis quæsitæ. Nam si dicatur ille punctus cadere inter e & f: tũc extensa secundũ habitudinẽ ambarũ portionũ versus b & f/duas produceret inæquales. Nã secũdũ minoris portionis habitudinẽ ad b c extẽsa: esset minor illa extensa secundũ habitudinẽ maioris portionis cadẽtis inter punctũ illum & b/ad b c lõgitudine. quare si suppositũ verum esset/necesse esset e punctum esse/ad quẽ linea ducta & extensa secũdum habitudinẽ portionũ ambarũ/scilicet versus b & versus f ad b c: esset æqualis quæsitæ/scilicet semidiametro circuli isoperimetri. Videtur hic nõ recte aduertisse de Cusa. supponit enim q oẽs quę duci possent a cẽtro ad lineam l i/& extensę secũdum habitudinẽ portionis cadentis inter illum punctũ (qui inter l & i puncta erit) & punctũ f/ad b c longitudine: sint omnes medię quæ dari possunt inter a k & a m/vel q oẽs extensę secũdum habitudinẽ portionis cadentis inter illum punctum & b ad latus b c: sint omnes mediæ quæ dari possunt inter a o/& a n. Sed hoc non videtur verũ. Nam cũ illis: plures alias apprahendit intellectus. Vnde licet verum sit/q semidiametrus sit maior a k/& minor a m/& ideo erit vna media inter a m & a k: at an sit vna de medijs illatis ex ductu lineæ a cẽtro a ad punctũ aliquod signatũ inter l & i/& extensę secundũ habitudinẽ portionis cadentis inter punctũ illum & f ad b c/latus longitudine: an alia (cũ plures aliæ sint medię) dubiũ hactenus relinquit de Cusa. nec maior ratio est q sit de illatis q̃ nõ illatis. Et eodẽ modo dici potest/ de extensis secundũ portionis habitudinẽ inter punctũ illum & b cadentis: ad b c latus longitudine. Sed q sint plures mediæ: patet sic. Nam quæcunq ducta sit a cẽtro a ad lineã l i/multipliciter potest variari: sic q semper sit maior a k & minor a m/vt si ducta sit a p/& extẽsa sit secũdum habitudinẽ portionis i f ad b c: longitudine erit maior a k/ eo q a p maior sit a i. Similiter extensa secundum habitudinem e f ad b c/erit maior a k & minor a h. quare minor a m. Et de his extensionibus non loquitur de Cusa: secundum quas varie inferuntur mediæ/& plures q̃ secundum extensionem vnius portionis tantum. Si enim posset duci recta a centro a proxime i: sic q inter a i & ipsam alia duci non posset. ipsa nihilominus secundum intellectum: esset maior a i. similiter portio cadens inter punctum illum & f: maior esset i f. Vnde extensa secundum portionis istius habitudinem efficeretur maior a k: & nulla alia cadet inter a k & ipsam quæ possit extendi modo præfato. At dabilis est alia maior a k: & minor ipsa. vt si extendatur secundum habitudinẽ portionis i f ad b c lõgitudine: ipsa erit maior a k: & minor ea quæ extẽta est secũdũ habitudinẽ maioris portionis i f. Ex hoc constat plures medias esse inter a k & a m: q̃ ductæ sint a cẽtro a ad lineã l i/& extensę secundũ habitudinem portionis cadẽtis inter punctũ contactus & f ad b c longitudine. Vnde si a h sit semidiametrus circuli isoperimetri: nõ videtur esse in vim istius demõstrationis. Rursus constat a i motã termino a fixo per singula puncta l i/& extẽsam secundum habitudinẽ portionis cadẽtis inter punctũ contactus & f ad b c: non pertrãsit omnes medias inter a k & a m. Similiter cõstat extensam secundũ habitudinem portionis cadentis inter punctũ cõtactus & b ad b c lõgitudine: non pertransire omnes medias inter a n & a o. Vnde non sequit formaliter: q trãseat

per ęqualē semidiametro circuli isoperimetri. Quod enim trāsit a maiore ad minus vel contra/ & per oīa media: transire per æquale dato medio est necesse. Si enim non transiret per æquale: nō vtiq; transiret per mediū datū. quare non transiret per oia media. Et ita dicendū de extensionibus per habitudinem portionū quadratorum: ad quadratū medii lateris.

¶Probatur autē id ipsum/hac via. Manifestū est in omni polygonia.

5 ¶Iterum id ipsum ꝓbare nititur: vbi inquit. Probatur autē id ipsum: hac via. Manifestū est in omni polygonia isoperimetra/lineā de centro ad punctū medij lateris ductā. esse semidiametrum circuli inscripti. Cadet igitur(inquit) inter illa duo puncta/scilicet terminalē & mediū lateris cuiuslibet polygoniæ: pūctus vnus. ¶Hoc non videt formale: per rationes superius positas. Cōtingit autem hunc punctū(inquit de Cusa) in omnibus polygonijs differēter distare/ab alijs duobus punctis scilicet terminali & medio lateris: plus accedēdo ad mediū lateris/& recedendo ab extremali/quando capacior fuerit polygonia. Ad hoc autē dicimus q; si media sive rationes per quas ꝓbatur/in trigono punctū illū æque distare a medio & terminali/formales essent: eodē modo & in omnibus probari posset eo q; cōtingit plus & minus dare/ secundū præfatas extēsiones in latere cuiuscūq; polygoniæ. Vnde sicut in trigono rationes adductæ in nulla polygonia vigorē habet: nec in trigono habere eas necesse. Cætera in textu: captu sunt facillima. Ex his: hæc infertur propositio. Si semidiameter circuli isoperimetri trigono circulo inscripto/ se habeat ad lineam a cētro circuli cui trigonus inscribitur/ad quartā lateris ductā/in proportione sesquiquarta longitudine: erit diametrus ad circūferentiā longitudine incōmensurabilis: potestate vero/ cōmensurabilis. Ad quod cōsequēdū operæpretium est videre/quomodo secunda trigoni ad primā: longitudine sit dupla. similiter recta ducta a medietate lateris ad angulū: sit ad primā trigoni tripla lōgitudine. itidē ad sagittā: quę æquatur primę trigoni. Et quomodo orthogonius trigoni: similis sit orthogonio hexagoni. Si igitur trigon⁹ b e d circulo a inscriptus: & sit a centrū circuli. traho a f ad medietatē lateris/& continuo ex vtraq; parte: erit g d diametrus circuli/quia per centrum transit. traho b g & g c: erit d c g angulus rectus. similiter d b g: per 30. tertij Euclidis. Et cū d f c & d f b sint æquales trianguli & æquianguli p 4. primi Euclidis/eo q; d f & f c duo latera/duob⁹ lateribus d f & f b sint æqualia: & similiter anguli sub ipsis contenti cum sint recti/ erit igitur angulus g d c: æqualis angulo g d b. Et rursus duo latera d g & d c ęqualia sunt/duob⁹ lateribus d b & d g: & anguli sub ipsis cōtenti. igitur isti trianguli d b g & d c g: erunt æquales & æquianguli. eritq; g c æqualis b g: & arcus arcui per 27 tertij. Quo fit: vt isti 4. orthogonij sint æquianguli/scilicet d f c/d c g/d f b/& d b g. Nam duo anguli vnius trianguli orthogonij: duobus alterius facillime cōprobantur æquales. etiā æquiangulos esse cōstat: per 8 sexti euclidis. Igitur per 4. sexti euclidis: sicut d c ad d g/ita f c ad g c. Et pmutatim sicut d c ad f c: ita d g ad g c. Sed d c ad f c: longitudine est dupla. igitur d g ad g c: lōgitudine etiā erit dupla. sicq; g a c/& g c: æquales erunt. Ex quo cōstat g c latus hexagoni/circulo inscribendi esse vt semidiametrū ipsius circuli. Traho a i ad medietatē g c: erit a i g orthogonius hexagoni/qui similis est orthogonio a f c trigoni/immo per oia æqualis. Nam orthogonius c f g per 8 sexti Euclidis: similis est orthogonio d f c siue d c g. Igitur per 4 sexti Euclidis sicut d g ad g c: ita g c ad f g: ex quo patet g c/lōgitudine duplā esse ad f g. & ex cōsequenti a c secunda trigoni: ad a f primā/lōgitudine dupla erit. Nam c f g & c f a: per oia sunt æquales. vt constat ratiōe laterum æqualiū. Iterum constat oēs istos orthogonios a i g/a i c/c f g/c f a/æquales per oia esse: & similes istis. a f c & a c g. Demū cōstat: a g ad a f duplā esse. quare latus trigoni scilicet f g: erit a f primæ æqualis. eritq; d f ad a f: longitudine tripla. cū a d æqualis sit a c: per diffinitionē circuli. His ꝓhibitis traho a centro a per e punctū medietatis b f rectam a e h. & sit a h ad a e longitudine sesquiquarta: erit/ vt vult de Cusa/ semidiametrus circuli isoperimetri. quā dico lōgitu



dine esse incõmensurabilē:ad circūferentiā trigoni/potestate vero cõmensurabilem. Patet. ponatur b f longitudine 6/erit potestate 36:& a b potestate 48.cū a b ad b f potestate:sit sesquitertia per 11 decimiquarti Euclidis. Rursus a e erit potestate 12.eo q ea iūcta potestati b f scilicet 36:facit potestatē a b/scilicet 48. e f medietas de b f:erit longitudine 3/& potestate nouē. Iungo quadratū de e f scilicet 9/quadrato de a f scilicet 12 & fiunt 21:qui erit vt quadratus de a e per 46 primi Euclidis. Ex quo constat quadratū cuius latus erit a e/ad quadratū cuius latus erit e f:se habere vt 21 ad 9.& quia se non habet vti numerus quadratus ad numerū quadratū:erit per vltimā partē 7/decimi Euclidis/a e ad e f lōgitudine incõmensurabilis. Itidem oēs longitudine cõmensurabiles ad a e:erunt lōgitudine incõmensurabiles ad e f. vt est a h:quæ ad a e longitudine est sesquiquarta. Si enim a h esset lōgitudine cõmensurabilis ad e f:esset similiter e f longitudine cõmensurabilis ad a e per 8 decimi Euclidis. quia e f & a e cõmunicaret lōgitudine vni:scilicet a h. Erit igitur a h:longitudine incõmensurabilis ad e f.& ex cõsequenti ad omnes sibi lōgitudine cõmensurabiles. vt est circūferētia trigoni:quæ est ad e f longitudine dodecupla. Ex eo q a h est ad circūferētiam trigoni longitudine incõmēsurabilis:ita erit dupla lōgitudine ad a h quæ p diametro circuli ponitur/ad circūferentiam trigoni/quę æquari dicit circūferentiæ circuli/lōgitudine incõmēsurabilis. quod fuit probandū. Q sit potestate cõmēsurabilis:patet. Nā a e & e f cõmunicant potestate:similiter a h & a e/cõmunicāt potestate cū cõmunicēt longitudine. Igit p 8 decimi Euclidis:a h & e f cõmunicabunt potestate. quia vni scilicet a e:potestate cõmunicant. Et ex cõsequēti a h & sibi cõmunicātes aut longitudine aut potestate/cõmunicabūt potestate ad e f:& oībus sibi cõmunicātibus lōgitudine vel potestate. Patet igitur a h his cõmensurabilē esse potestate circūferentiæ trigoni:quæ æquari a de Cusa ponitur circūferentiæ circuli cuius a h erit semidiametrus. quod est cõtra pdicta. dictum quippe est diametrum circuli ad circunferentiā: longitudine & potestate esse incõmensurabilem. Eodēmodo probari posset:q a f sit lōgitudine incõmēsurabilis ad a f.& ex cõsequenti:ad f d. Ponatur a b longitudine 4:erit potestate 16.& b f potestate erit 12. e f vero erit potestate 3:& a f potestate 4/quia longitudine 2. iungo quadratū a f scilicet 4 ad quadratū e f/scilicet 3.& erunt 7:facientes potestatē a e per 46 primi Euclidis. Et quia quadratus de a e scilicet 7 ac quadratum de a f scilicet 4/non est vt numerus quadratus ad numerū quadratum: ideo a e ad a f longitudine incõmensurabilis erit/per vltimā partē 7 decimi Euclidis. Et ex cõsequenti arguendo vt prius:erit a h ad a f/& ad f d/eorum longitudine incõmensurabilis. quod fuit probandum.


Secundum præmissum.

SCiebam iā arte præmitti oportere qua via habitudo attin- 1
getur inter rectam & rectā:quæ est inter curuam & curuā. quoniā vt sequētia ostendent:perfectio trāsmutatoriæ artis quā inquirimus/nō poterit(hoc ignorato)adipisci. Cūq; ego inquirēdo hoc ipsum ad rectilineū trigonū respicerē/vbi de portione lateris vnius ad similem lateris alterius portionē linea ducta / ad latus primum triangulū claudens a quo æquidistat / eā habet proportionem qualē portio lateris alterius per quā ducta est ad totū latus & cū simile in arcu inquirere vellē quale hic in latere rectilineo:vidi q si triangulū depingerē vnū latus arcuale habēs / & aliud rectilineale/tūc nō poterit linea p portionē arcualis lateris duci ad alteri⁹ lateris similē portionē/quæ se ad latus rectilineū secūdum quæsitā habitudinē habeat/si tertiū latus fuerit rectilineū. Nā si latus curuū fuerit conuexum:manifestū est de eius medio rectā ad mediū rectilinei lateris ductam/maiorē esse medietate rectilinei lateris trianguli claudentis. Si

vero arcuale latus concauũ fuerit: necessario recta de eius medio ad mediũ rectilinei lateris ducta/minor erit medietate rectilinei lateris triangulũ claudẽtis. Si tertiũ latus arcuale fuerit sicut aliud arcuale/ puta cõuexum si conuexum/aut concauũ si concauũ: erit linea maior aut minor per portionẽ tracta in genere iam statim præmisso. Sed si latus ipsum fuerit cõuexum alio existẽte cõcauo/ & fuerit portiones arcuales eiusdẽ circularis & æquales: necesse est lineam per æquales portiones ductã/ excedere eam quæ secundũ habitudinem esse debet quæsitã. Nam si chordæ arcubus subtendũtur: eundẽ efficiunt angulum quem arcus/ & chordas medietatũ arcuum: medietates chordarum integrorũ arcuum excedere est manifestum.

2 ¶Oportet igitur alterũ latus arcuale: alio breuius esse. nõ potest autem concauũ: breuius esse. Nã chordę si illis arcubus subtenderẽtur/ angulus chordarũ angulo arcuum minor esset: & ille angulo qui ex chordis medietatũ arcuum exurgeret. Hinc linea de portiõe ad portionẽ similẽ tracta/ maior foret quæsita. Quare necesse erit q triangulus ille quẽ quærimus: sit ex tribus lateribus/ quorum duo sint arcualia/ & maius concauũ/ superficiemq; concauã trianguli claudens. Aliud vero minus & cõuexũ: superficiẽq; cõuexã triãgulũ claudẽs. Tertiũ autẽ latus: rectũ existat. Necesse est autẽ q cũ laterib⁹ istis arcualibus chordas subtẽdis: q angul⁹ chordatũ maior sit angulo arcuũ. Et angulus chordarũ medietatũ arcuũ/ maior angulo arcuũ: & minor angulo chordarũ integrorũ arcuũ. Integrorũ arcuũ angulus/ tanto qdẽ minor est: quãto excedũt chordæ medietatũ arcuũ chordas medias integrorũ. Et cũ hac via cõspicerẽ possibile fore dato triangulo iã dicto/ lineas p portiones similes ductas/ esse minores ac etiã esse maiores atq; æquales qsitis: qrere pposui triãgulũ cui⁹ lat⁹ rectilineũ esset vt semidiameter circuli laterũ arcualiũ/ & q lat⁹ mai⁹ & arcuale

3 vt quadrãs. ¶Descripsi igit quadrãtẽ b c sup a cẽtro: & posito p̃-




de circini in c/descripsi semicirculū a d e, quæsiui in dicto genere/triangulorū minimū: & vidi si recta ducat̄ a pūcto c ad punctū d describet angulū contingentiæ cū quadrāte, quare tertiū latus claudēs istū triangulū: erit minimū, cū angulus cui subtenditur/scilicet cōtingētiæ minimus dicatur. Facto igit̄ b centro circūduco a b/& quadrantem occultū describo a d: æqualē quadrāti b c. Rursus facto d centro circūduco c d: & vbi secat quadrātē occultū a d/pono g. Et posito pede circini in g & alio in b/moueo b vsq; ad pūctū d: eritq; arc⁹ descriptus scilicet b d/eiusdē a circularis cum arcu quadrantis b c. Omnes quippe rectas ductas a quadrāte occulto ad pūctū b: (cū sint æquales) arcus eiusdē circularis/siue æqualiū circulorū describere est necesse. Erit b d latus arcuale minimū: & conuexū, quare triangul⁹ b c d: erit minimus in dicto genere triangulorū, cum contineat minimū angulum: scilicet contingentiæ/ratione cuius b d arcuale latus/et subtensum/minimū est. Et quia minimū: erit b c latus arcuale/maximū. Nō enim potest dari latus minus b d, si enim minus esset: tūc d c latus rectilineum quadrantē b c secaret/& sic triangulus iste non esset in genere quæsitorum. Est igitur b c d triangulus: cuius duo latera arcualia sunt b c & b d/& maius concauū est/& quadrans, alterum conuexum/& minus: quæ latera arcualia sunt eiusdē circularis/cuius semidiameter est tertiū latus rectilineū/scilicet d c. Et quia in isto genere non potest dari triangulus cuius latus cōuexū minus sit b d: erit igitur in isto genere triangulorū b c d triangulus minimus. Rursus cū in isto genere triangulorū dabiles sint maiores/quorū scilicet arcuale latus cōuexum maius sit arcu b d: recte maximus dabitur/vbi arcuale latus & conuexū/æquale erit cōcauo, qd̄ est maximū. Ad qd̄ describendū traho b c rectā/& facto b centro circūduco b c: & vbi secat semicirculū pono h, traho h c/& facto h cētro circūduco h c: & vbi se-

cat quadrantem occultum/pono m. Rursus posito pede circini in m puncto/& alio in b/moueo b vsq; h: erit arcus descriptus scilicet b h æqualis quadranti b c. Nam æquali semidiametro: descripti sunt. & chordæ arcuum sunt æquales: quare eiusdem circularis erunt. Quo fit: vt triangulus b h c/cuius duo latera arcualia eiusdem circularis æqualia sunt/scilicet arcus b c & arcus b h/tertium vero rectilineum scilicet h c/ æquale semidiametro circulorum arcuum/ sit maximus in dicto genere/triangulorum. Nam minimum latus: cum maximo coincidit. Rursus cum in triangulo minimo scilicet b c d/recta a medietate lateris arcualis ducta/ad medietatem alterius lateris arcualis/minor sit medietate lateris rectilinei: erit maxime minor. quia minimus triangulus. Et cum recta ducta a medietate lateris arcualis ad medietatem alterius arcualis lateris / in maximo triangulo scilicet e b h/ sit maior medietate lateris rectilinei(eo q; latera arcualia æqualia sint)erit ipsa recta ducta maxime maior: quia in maximo triangulo. Quo fit: vt in mediali triangulo & æquidistãti a maximo & minimo/in quo scilicet maximus & minimus coincidunt: recta a medietate lateris arcualis ad medietatem alterius lateris arcualis/ non sit nec maior nec minor medietate lateris rectilinei. quare talis medialis triangulus: erit quæsitus. Ad quem habendum diuido arcum d h in duo æqua per punctũ k: & traho k c. Factoq; k centro: circunduco k e. & vbi secat quadrantẽ occultum: pono i. Et posito vno pede circini in i puncto/& alio in b/moueo b vsq; k: & descript⁹ erit arcus b k/qui cum arcu quadrantis b c/& recta k e/describet triangulum quæsitum. Nam latus maius & arcuale/est quadrans & concauũ: qđ cum alio arcuali & conuexo scilicet b k/eiusdem est circularis. latus vero tertium rectilineum est: & æquale semidiametro circuli arcuũ.

4 ¶ Cum enim e b h maximus triangulus mouetur ad medium continue decrescendo/& b d c minimus ad mediũ continue crescendo mouetur: ipsi in aliquo coincident triangulo/ & nõ nisi in triangulo b k c/qui est quæsitus. Rursus diuidatur c b/latus arcuale in duo æqua in puncto f: similiter & b k aliud arcuale / in puncto l/& fiat k c indefinitæ quantitatis/ & ducatur alia recta a puncto l per punctum f. quia k c & f l non sunt æquidistantes/ necessario in aliquo concurrent pũcto/qui sit o: erit o punctus concursus linearum k c & f l. Vnde erit l f ad k c: sicut b l ad b k/vel b f ad b e.

5 ¶ Et quotquot rectę a puncto concursus ductæ/diuidentes duo latera arcualia: rectæ cadentes inter ipsa vllam proportionem ad rectilineum latus seruabũt/quã portiones laterũ arcualiũ, versus angulum b/ad latera arcualia. Vt o n quæ per p transit/& b p duæ sunt tertiæ de b e: erit pariter & n b vt duę tertiæ de b k/ & n p vt duæ tertiæ de k c. Rursus, o q quæ transit per r/& r b est vt vna tertia de b c: erit pariter b q vt vna tertia de b k/similiter q r vt vna tertia de k c. Et hoc ideo quia b k c triangulus: æquedistans est a maximo scilicet b h e/& minimo scilicet b d c/in quibus est maxime plus & minus(vt dictum est)quare in isto mediali nec plus nec minus erit, cum in ipso maxi-



mus & minimus triangulus coincidant.

ANNOTATIONES OMNISANCTI.

¶ Sciebam iã arte præmitti oportere/qua via habitudo attingetur.

¶ Vt descripto triangulo rectilineo a b c/& ducta linea d e/sic q̃ a d sit medietas de a b/& a e medietas de a c: erit d e recta ducta a medietate lateris a b/ad similẽ portionẽ lateris a c scilicet ad medietatẽ/quæ recta d e ad b c latus claudens primũ triãgulũ scilicet a b c/a quo latere b c æquidistat/se habet sicut a d ad a b/vel a e ad a c. Nã trianguli a b c & a d e: æquianguli sunt & similes. eo q̃ anguli a b c & a d e per 29 primi Euclidis: æquales erunt. similiter a c b & a e d: per eandẽ 29. Igitur per 4. sexti Euclidis: latera relatiua sunt proportionalia. vt sicut a b ad a d: ita b c ad d e. & econuerso. 1

¶ Et cũ simile in arcu inquirere vellem; quale hic in latere rectilineo.


¶ Nam si latus curuũ fuerit conuexũ/vt in isto triangulo f g h/cuius latus curuum h k f/est conuexũ/quia supficiem cõuexam trianguli terminat: est manifestum de eius medio rectã ad mediũ rectilinei lateris ductã/vt est k l/maiorẽ esse medietate rectilinei lateris triangulũ claudẽtis. Nam in quo k l excedit l i: in eodem excedit medietatẽ h g. est enim l i: medietas de h g. Sequitur. ¶ Si arcuale latus concauũ fuerit: necessario recta de eius medio ad mediam rectilinei lateris ducta minor erit medietate rectilinei lateris triangulum claudentis. ¶ Vt in isto triangulo m n o/vbi latus arcuale o q m/ concauũ est: quia concauã supficiem trianguli claudit. Vnde in quo p q minor est p r: in hoc minor est medietate n o. est enim p r medietas de n o. Sequit̃. ¶ Si tertiũ lat⁹ arcuale fuerit/fueritq̃ sicut aliud arcuale puta cõuexum si conuexũ/aut concauũ si concauũ: erit linea maior vel minor per portionẽ tracta in genere iam statim præmisso. ¶ Nã si duo latera arcualia: fuerint conuexa. vt in isto triangulo a b c cuius latera arcualia sunt a d b & c e b: tunc recta a medio vni⁹ lateris arcualis ad mediũ alterius lateris arcualis ducta (vt est d e) maior erit medietate rectilinei lateris triangulũ claudentis scilicet a c. Nã maior est f g: quæ est medietas de a c. Si vero duo latera arcualia: fuerint cõcaua. vt in isto triangulo h i k/cui⁹ latera arcualia sunt h n i/& k o i/ quæ arcualia concaua sunt: tunc recta a medio vnius lateris arcualis ad mediũ alteri⁹ lateris arcualis ducta (vt est n o) minor erit medietate h k/ rectilinei lateris triãgulũ claudẽtis. Nã n o minor est l m: quę est medietas de h k. Sequit̃. ¶ Sed si latus ipsum fuerit conuexũ/alio existente cõcauo/ & portiones arcuales eiusdem circulares & æquales: necesse est lineã per æquales portiones ductã/excedere eã quæ secundũ habitudinẽ debet esse quæsita. ¶ Ad quẽ triangulũ describẽdum: primo quadratũ describo a f b g. traho a b diametrũ/continuo b g vt fiat æqualis a b: & sit b c. facto f centro/circũduco f b: describendo arcũ a d b quadratis. Deinde signo in a b æqualem f b: & sit b h. facto h centro circũduco h b/ describendo arcũ quadrãtis b e c. sintq̃ b d & b e medietates arcuũ. traho d e/similiter a c: erit descriptus triangulus a b c/cuius duo latera arcualia/scilicet a d b & c e b sunt æqualia/& eiusdem circularis. dico d e: maiorem esse medietate a c.

¶ Patet. Nã angulus sub chordis: æqualis est angulo sub arcubus. vt angulus a b c sub curuis: æqualis est angulo a b c sub rectis. Patet sic. Nã dempto cõmuni scilicet angulo cõtingẽtiæ/qui sub recta b c & curua b d a continet̃/residui anguli sunt æquales. qui sunt anguli lunularũ æqualiũ. Igitur per cõmunẽ sciẽtiã ptius æquales erant. Si enim æqualibus cõmune ponatur: fiunt rursus ęquales sunt igitur anguli a b c sub curuis & rectis æquales: immo totus triangulus rectilineus toti triangulo curuo/vel sub curuis/æqualis esse comprobatur. Patet. Intelligatur vnus triangulus a b c/sub duabus rectis a h a c: & curua b e c. Demendo linulã b e c/remanet triangulus rectilineus a b c: vel demendo linulam a d b æquale linulę b e c/remanet triangulus a b c sub duabus curuis & vna recta quia igitur tanq̃ a duobus totis æqualibus/dempta sunt æqualia: residua erunt æqualia. Deinde traho chordas medietatum arcuũ scilicet b d & b e/sub quibus angulus ęqualis erit angulo sub curuis: & etiam sub chordis integrorum arcuũ

eo q̄ lunulę medietatum arcuum sunt æquales: similiter & anguli. posito igitur communi scilicet angulo d b e/sub curua d b & recta b e/fiunt duo anguli necessario æquales/scilicet d b e: sub rectis d b & b e: & sub curuis d b & b e. Itidem triangulus triangulo etiã æqualis erit: argumẽtando vt prius. Vnde d b e: triangulus rectilineus: est æquiangulus triangulo rectilineo a b c. cum sint duo isosceles: & anguli sub æquis lateribus contenti sint æquales. Igitur & trianguli: æquianguli erunt. Nam dempto in vtrisq; angulo b: residui erunt æquales. cum tres anguli vnius simul/ad tres angulos alterius simul: sint æquales per 32 primi Euclidis. sunt igitur anguli d & e simul: æquales angulis a & c simul. Sed cum angulus d æqualis sit angulo e: similiter angulus a/angulo c/per 5 primi Euclidis. sequit̃ igit̃ quia residua illa per æqualia diuisa sunt: quilibet cuilibet æqualis erit. & sic constat triangulum a b c: æquiangulum esse triangulo d b e. Igitur per 4 sexti Euclidis/sicut a b ad d b: ita a c ad d e: sed a b minor est dupla ad d b: per 20 primi Euclidis/cum sit æqualis a d. igitur a c: minor erit dupla ad d e. sicq; d e: maior erit medietate a c: quod fuit demonstrandum. Et ita continget de omnibus triangulis/ quorũ duo latera arcualia æqualia erunt: & eiusdem circularis.

2 ℭOportet igitur alterum latus arcuale: alio breuius esse. Non potest autem concauum: breuius esse. Nam chordæ si illis arcubus subtenderentur angulus chordarum angulo arcuum minor esset: & ille angulo qui ex chordis medietatum arcuum exurgeret. Hinc linea de portione ad portionem similem tracta: maior foret quæsita.


2 ℭVt in isto triangulo q r s/duo latera arcualia sunt r t q concauum & minus/ & r v s conuexũ & maius/quę latera arcualia eiusdẽ sunt circularis/quia semidiameter descriptionis eorum est vt q s. Ideo dico t v ductã a medietate vnius lateris arcualis/ad medietatem alterius etiam arcualis: esse maiorem medietate q s. Nam angulus sub chordis/scilicet q r s contentus: minor est angulo q r s sub curuis contento. similiter erit minor: angulo t r v. Ad quorum declarationem aduertendum est q̄ quãto portio circuli minor est: tanto angulus ad circumferentiam maior. anguli vero super chordam: tanto sunt minores. vt descripto semicirculo a b c/signo duas portiones sub curua & recta/quæ sint d b e/& d f g: sicq; sint arcus eiusdem circularis. Est manifestum per hoc/q̄ quãto lunula minor est: tanto angulus sub arcu & chorda minor. Rursus ad semiarcus traho d b/d f: & b e & f g. quia trianguli d b e anguli simul/æquales sunt angulis d f g simul: & anguli super chordas sunt æquales in singulis triangulis per 5 primi Euclidis: & angulus b d e maior est angulo f d g. ideo duo anguli trianguli d b e ad basim simul: maiores erunt duobus angulis trianguli d f g ad basim. & ex consequenti angulus d b e minor erit angulo d f g: per cõmunem scientiam. quia ab istis duobus æqualibus d b e & d f g in angulis/plus substrahitur a triangulo d b e/ subtrahẽdo angulos basis: q̃ a triangulo d f g substrahendo etiam angulos basis. Ideo plus remanebit in triangulo d f g: q̃ in triangulo d b e. Hoc etiam satis constare potest: per 30 tertij Euclidis. Dicimus igitur angulũ q r s sub chordis integrorũ arcuũ: minorem esse angulo t r v/sub chordis medietatum arcuum. Patet. Nam cum lunula r t q/minor sit lunula r v s/per hypothesim: erit angulus q r t minor angulo s r v. & ex consequenti posito cõmuni angulo scilicet t r s: erit angulus t r v maior angulo q r s. Dicimus insuper angulum t r v sub rectis: minorem esse angulo t r v sub curuis. ℭPatet. Nã angulus lunulæ r x t minor est angulo lunulæ r y v/quia lunula r y v maior. posito igitur cõmuni scilicet angulo t r v cõtingentiæ/sub curua r x t & recta r v: erit angulus t r v sub curuis/maior angulo t r v sub rectis. A fortiori igit̃ & maior angulo q r s/sub rectis: qui est minor an



gulo t r v sub rectis. Et cũ r t recta: maior sit medietate r q recta/similiter r v recta: maior medietate r s recta: cõstat manifeste t v: maiorẽ esse medietate q s. Nã vbi t r v angulus sub rectis esset ęqualis angulo q r s sub rectis/sic ꝙ æquianguli essent ipsi duo trianguli: adhuc t v esset maior medietate q s/vt superius dictũ est. Cætera in textu: ad hypothesim trianguli quæsiti faciunt, quæ statim elucidabuntur.

¶Descripsi igitur quadrantem b c: super a centro: & posito pede circini in c/descripsi semicirculum a d e.

¶Vbi aduertendum est ꝙ exemplar habuit loco quadrantis occulti: semicirculum occultum. pro cõmoditate vero/ad euitandã multitudinẽ linearum: solum quadrãtem a d/posuimus. cum quo omnia cõsequi possunt: vti cum semicirculo. Ideo occultus quadrans dicitur: quia non de necessitate figuræ introductus. sed solum pro subleuamine figurantis: quatinus facilius valeat arcus eiusdem circularis describere a puncto b ad semicirculum b d e. Nam per hunc quadrantem occultum/habet semidiametros circulorum æqualium: sicq; arcus ex his semidiametris descripti/ sunt eiusdem circularis. Secundo aduertendum est: ꝙ ab isto loco. Descripsi igitur quadrantem b c/ad finem vsq;: sic exemplar corruptum fuit cum figura/vt cũ difficultate potuerim⁹ capere figuræ descriptionem. Ideo necesse nobis fuit ibi addere: (forte sub alijs terminis) quod nobis visum est/a scriptore prętermissum. Nihilominus omnia sunt hypothesi cõsona: & conclusioni ipsius de Cusa minime obuiantia. Cõtinet duo in se hypothesis. Vnum est: vt triangulus qui quæritur: duo latera habeat arcualia eiusdem circularis/& maius sit quadrans & concauum/aliud arcuale minus & conuexum/tertium rectilineum & vt semidiameter circuli laterum arcualium. hoc cõtinet hypothesis in pricipio/& in fine. Et manifestũ est hoc verificari de triangulo b k c. Secundum est ꝙ angulus chordarum integrorũ arcuum: maior sit angulo arcuum. & ꝙ angulus chordarũ medietatum arcuum: maior sit angulo arcuum/& minor angulo chordarum integrorum arcuum. Sed ꝙ ita sit: patet. traho b d 3



rectam: & fiet quadratus a b d c. Ideoq; angulus sub quadrante b f c/& recta b d contingentiæ erit: sicut & angulus sub eodem arcu quadrantis/& d c recta. Vnde omnes rectę a puncto b ad quadrantem d h e ductę: scindent quadrãtem b f c. Rursus per iam dicta angulus c b h sub rectis: est æqualis angulo sub curuis. cum latera arcualia sint æqualia: & eiusdem circularis. Nam cũ b h scindat quadrãtem b f h: paruam lunulam abscindit a maiore sub b c & b f c. illa igitur parua lunula/siue eius angulus cõmunis ponatur: erit angulus c b h sub rectis/cum angulo paruæ lunulæ æqualis angulo maioris lunulæ: scilicet sub b c recta & b f c curua. similiter angulus c b h sub curuis/cum angulo paruæ lunulæ erit æqualis angulo maioris lunulæ: scilicet sub b h recta/& b h curua. Modo angulus sub b c recta/& b c curua: æqualis est angulo sub b h recta & b h curua. cũ lunulæ sub ipsis contentę sint æquales. vt constat. Igitur cõmuni dempto scilicet angulo paruæ lunulæ: (quem sic voco) residua erũt æqualia/scilicet anguli c b h sub rectis/& c b h sub curuis. quod fuit demonstrandũ. Et ita procedendũ quotiescunq; latera arcualia erunt æqualia: & eiusdẽ circularis. Restat de triangulo quæsito tractare: scilicet c b k. traho b k quæ necessario abscindet arcũ quadrantis b f c: facietq; paruam lunulam. Si igitur est quæsitus c b k triangulus/sub recta c k/& duobus lateribus arcualibus: oportet q; angulus chordarum integrorum arcuum maior sit angulo arcuum. Patet q; sit ita. ponatur cõmune: angulus paruæ lunulæ. tunc erit angulus c b k sub rectis/cum angulo paruæ lunulæ/æqualis angulo maioris lunulæ: scilicet sub b c recta & arcu quadrãtis b f c. Angulus vero c b k sub curuis cum angulo paruæ lunulæ: æqualis erit angulo lunulæ sub b k recta & b l k curua. Modo cum lunula sub b c recta & b f c curua/lõge maior sit lunula sub b k recta & b l k curua: erit etiam angulus sub b c recta & b f c curua lõge maior angulo sub b k recta & b l k curua. Vnde si ab his duobus angulis/cõmune substrahatur/puta angulus paruæ lunulæ: erit adhuc residuum anguli sub b c recta & b f c curua (vt est angulus c b h sub rectis) lõge maius residuo anguli sub b k recta & b l k curua. vt est angulus c b k: sub curuis. Constat igitur angulum c b k sub rectis: maiorem esse angulo c b k sub curuis. Dicimus insuper angulum f b l chordarum medietatum arcuũ: iuxta positionem hypothesis/maiorẽ esse angulo f b l sub curuis. Nam cõmuni dempto puta dempto angulo sub b f curua/& b l recta/residuũ anguli sub rectis f b & b l: (quod est angulus lunulæ sub b f recta & b f curua) maius est residuo anguli sub curuis b f & b l (quod est angulus lunulæ sub b l recta & b l curua) cum lunula sub b f recta & b f curua: sit maior lunula sub b l recta & b f recta. & ex cõsequenti angulus angulo: maior erit. Igitur prius angulus f b l sub rectis: maior erat angulo f b l sub curuis. quod fuit probandum. Demum dicimus angulum f b l sub rectis: minorem esse angulo c b k sub rectis. Patet. Nam communi dempto/puta dempto angulo f b k sub rectis: est residuum anguli c b k sub rectis/maius (vt est angulus c b f sub rectis) residuo anguli f b l sub rectis. vt est angulus k b l: sub rectis. Patet per iam ostensa eo q; lunula sub b c recta/ & b f c curua: maior. Ideo anguli trianguli b f c ad basin: maiores. Anguli vero ad basin trianguli b l k: minores erunt. quia in minori lunula: sunt facti. Cõstat igitur angulos chordarum medietatum arcuũ: minores esse angulo chordarum integrorum arcuum. quod fuit probandum.

¶Cũ enim b c maximus triangulus mouetur ad medium / continue decrescendo/& b d c minimus ad mediũ cõtinue crescẽdo mouetur.


4 ¶Supponatur ita.


¶Et quotquot rectæ a puncto cõcursus ductæ / diuidẽtes duo latera arcualia: rectæ cadẽtes inter ipsa vllam proportionem ad rectilineũ.

5 ¶Q; b p sint duę tertiæ: de b c arcu quadrantis. Patet. Nam angulus rectus

ad angulũ trianguli æquilateri: est vt 3 ad 2. hoc liquet ex hoc ꝙ per 32. primi: trianguli æquilateri tres anguli simul/duobus rectis sunt æquales. & cum inuicem sint æquales: erit qlibet vt 2. tertiæ ãguli recti/oẽs vero simul: 6 tertiæ anguli recti. Rursus b a c angulus rectus est. ꝙ si ducantur duæ rectæ scilicet a r & c r: erunt ꝑ diffinitionẽ circuli æquales. eo ꝙ arcus c f b & a r d/ex a c sint descripti. Tractis igitur a r & c r rectis: descriptus erit triangulus æquilaterus a r c. Igitur per vltimã sexti Euclidis c f b arcus quadrantis: arcui c f r sesquialter erit. sicq; b r arcus erit vna tertia arcus c f b: & erit medietas arcus c f r. Eodẽmodo si ducantur duæ rectæ a p & b p: erunt æquales per diffinitionem circuli. descrībẽtq; triangulum æquilaterũ a p b: cum a p d/& arcus b f c/ex a b sint descripti. & ex consequenti per eandem vltimã sexti Euclidis: erit arcus b p c/sesqualter arcui b r p/ratione angulorum quos capiũt. Vnde arcus p c: erit medietas arcus b r p/& tertia arcus b p c. quare æqualis erit arcu b r: qui est æqualis tertiæ parti arcus b p c. & ex cõsequenti arcus r f p: erit altera tertia. sicq; isti tres arcus scilicet b r/r p/& p c: erunt æquales. quod fuit probandũ. Cætera patent.

Terrium præmissum.





TErtium qđ ante mittẽdum asserui est: quomodo inter duas 1
lineas rectas/duæ mediæ continue proportionales statuantur. Iãdudum notissimũ fuit/ si datæ duæ lineæ simul iũctæ diammetri circuli fiãt: & eas chorda orthogonaliter separauit/ꝙ semichorda est medio loco inter ipsas/ꝓportionalis. quoniã semichorda inter sagittã & residuũ diametri: mediare necessariũ est. Si igitur duæ lineæ indefinitæ longitudinis vt a b & c d/se orthogonaliter secuerint in e puncto: & de e versus d minorẽ lineã signauero quæ sit e f/& de e versus a maiorẽ quæ sit e g/descripseroq; duos semicirculos vnũ sup cẽtro in linea e c puta k/aliũ super cẽtro in linea e a puta h/existẽte. hac quadã aduertẽtia/ꝙ arcus semicirculi cuius centrum reperitur in e a linea: cõcurrat cũ arcu alterius semicirculi in linea e b/& linea e c/puta punctis i & l. Nemo hęsitare potest e i & e l mediare/ex præmissa notissima regula vnici medii proportionalis: inter e
f & e g. ℭVnde: vt in praxi hæc media facile attingas. habeto gno- 2
monẽ/atq; lineam vnã: quæ ad latus gnomonis applicata rectũ angulũ efficiat. Et iuxta ꝑmissa duas indefinitæ quãtitatis lineas: fac iuicẽ orthogonaliter secare. ponas deinde rectũ angulũ gnomonis sup lineã e b/& latus vnũ super f punctũ: & nota vbi reliquũ latus secuerit lineam e c/applica ibi regulã ad latus de quo dixi/ vt rectũ angulum efficiat. si hæc regula per g trãsierit: habes quęsitum. si nõ: gnomonẽ in e b attrahe/vel elõga quousq; ita euenerit & habes illa duo media/quę inqris. Possunt quidẽ & alii plęriq; modi de facili inueniri: per eũ qui studiũ adhibere voluerit. Sed hic modus cũ clarus sit:
ad pręsens sufficiat. ℭQuomodo autẽ ad tres datas ꝓportionales/li- 3
nea quarta cõtinue proportionalis subiungi valeat: iam ante atq; ex præmissis relinquo manifestum.

ANNOTATIONES OMNIS ANCTI.

ℭTertium quod ante mittendum asserui: est quomodo inter duas.
ℭEst enim manifestũ ex 9 sexti Euclidis: e i mediã esse proportionalẽ inter g e 1

& el:eo q̄ sup g l descript⁹ sit semicirculus g i l:& e i sup g l sit ꝑpēdicularis. quare sicut g e ad e i:ita e i ad e l. Rursus eadē ratione e l:est media ꝓportionalis inter e i & e f. Igitur sicut e i ad e l:ita e l ad e f. quare de primo ad vltimū sicut g e ad e i:ita e i ad e l/& e l ad e f. sicq̧ e i & e l:duæ erūt cōtinue ꝓportionales īter g e & e f. Sed adhuc ignotū manet:quomodo cētra k & h/valeāt reperiri.

℄Vnde: vt in praxi hæc media facile attingas. habeto gnomonem.

2 ℄Cū g i l sit angulus rect⁹ similiter i l f:erit e i media ꝓportionalis inter g e & e l. Itidē & e l:erit media ꝓportionalis īter i e & e f p 8 sexti Euclidis. Argumētādo igit̄ vt prius. sicut g e ad e i:ita e i ad e l/& e l ad e f. Et hic modus cū modo Platonis:a Georgio valla recitato coincidit. ℄Quomodo aūt ad tres datas ꝓportionales. ℄Intelligit de Cusa de tribus cōtinue ꝓportionalibus. Sumātur igit̄ secūda & tertia/ad quas p 16 sexti Euclidis tertia detur continue ꝓportionalis: ipsa erit quarta cōtinue proportionalis ad tres priores datas.

Quartum præmissum.

Quātū autē quomodo in habitudine datarū ad tertiā detur quarta:oībus pene est manifestū in praxi. p duos triāgulos vnū angulū cōmunē/& cæteros ęquales habētes:ingras. Nā si a b est linea vna:alia c d/tertia e f.iunge ad angulū quēuis a b & c d/q̄ sit g h i:& claude trigonū. Deīde cōtinua g h latus quousq̧ fuerit æquale e f:& sit g k.trahe æquidistātē ad h i quæ sit k l:& cōtinua g i vsq̧ in ipsam/& sit g m. Nulli nisi parū sciolo dubiū est/lineā k m/ ad g k quæ æquat̄ e f:se habere vt i h i quæ æquat̄ c d/ad g h q̄ æquat̄ a b. Hæc de ꝑmittēdis. Oīs autē transmutatio in geometricis figuris est:vel lineæ ī lineā/vel supficiei ī supficiē/aut corporis ī corp⁹. Tria igitur sunt cap. quę seriatim ꝑ exēplari manuductione tāgi cōuenit.

ANNOTATIONES OMNISANCTI.

℄Resumpta figura:in litera adiecta. est manifestū quia isti duo trianguli g h i & g k m/sunt æquianguli per hypotesim:ideo per 4 sexti Euclidis latera relatiua ꝓportionalia. Sicut igitur h i ad k m:ita g h ad g k.& ꝑmutatim sicut h i ad g h:ita k m ad g k. quod est propositum.

1 Si lineā rectā ī circūferētialē curuā vertere cupis:ipsam rectā in trianguli æqlaterū resoluito.& ex prīo ꝑmissorū circulū isoperimetrū elicito:cui⁹ circūferētia datę rectę adęquabit̄.

2 ℄Si rectā in aliquotā circūferētiæ portionē circuli resoluere quæris: ipsam in circularē integrā resoluito. Et ex proportione amborū circulorum:ad partē aliquotā circūferentiæ/puenies ad quæsitā. Nam eadem est habitudo circūferētiarum:quæ semidiametrorum.


3 ℄Si datam rectam in quadrantē resolui optas: quarta circūferentiæ circuli cuius semidiameter est quadrupla ad semidiametrum circuli/cuius circūferentia æqualis est datæ rectæ/est quæsitum.


4 ℄Si datam rectam in portionem circūferentiæ dati circuli trāsferre quæris:eam primo in circūferētiā circuli cōmuta. & ex nota habitudine semidiametrorū circulorū:propositum notificabitur.

5 ℄Si curuā lineam in rectam vertere studes:non alio vnq̄ facies ingenio/q̄ ex ope quarti præmissi.ī qua re:pene omnes errasse comperio. Nam curua linea non potest in rectam mutari : nisi ex proportione alicuius rectæ in curuā versæ. Dum igitur hoc agere proponis.primo rectā in circūferētialē vertito : & huius circuli semidiametrum notato ꝑ prima linea. Deinde tertiā rectæ versæ aut aliā portionem

eius facito secundam lineam: & tertiam semidiametrũ circuli/cuius
circunferentiã rectilineare proponis/signato/& triangulos claudito/
quorũ angulus vn⁹ cõmunis & alii æquales/lateraq; cõmuni angulo
opposita æquidestãtia existãt. erit enim secundum latus portio lineç
a quæsitæ: scilicet pars tertia/si latus æquidistãs primũ/pars tertia cir
cunferentiæ fuerit. si alia: tunc alia. per hoc scitur versio circũferen-
tiæ in rectam: scitur etiam versio eius quæ est pars aliquota & notæ
circũferentiæ.

¶Q; si ignoraueris proportionẽ dati arcus ad circũferentiam cuius 6
rectilineationẽ perquiris: vtere secundo præmisso/& fac lineam de o
puncto concursus per arcũ quæsitũ aut eius aliquotã vsq; ad arcum
alium trãsire: & lineam inter arcus cadentẽ notato. Deinde fac semi
diametrũ esse lineã primã: & lineã çqualẽ quadrãti aut eius aliquotç
fac secũdam. & lineã tertiam facito eã: quã inter arcus cadentẽ anno-
rasti. Et iuxta quartũ præmissum per triangulos quæsitã lineã repe-
ries: neq; alia via hoc quæsitũ attingeẽ. qua (etiã si aduertis) duci po-
teris: vt datã rectam in arcũ vertas datç circũferentiæ/etiã si eius ar
cus ad circũferẽtiã proportio ignota existat. Hoc autẽ eo ingenio se-
midiametrũ circuli fac latus primũ trianguli: & lineam rectã quartæ
circũferentiæ æqualẽ aliud/claudẽdo trigonũ. Vt si semidiameter sit
a b: & b c vt quarta circũferentiæ/claudẽdo linea a c/trigonũ. Deinde
fac lineã aut eius aliquotã cadere in eo trigono æquidistãter ad b c: &
sit d e. Post hæc de b versus c signa æqualem semidiametro a b: quæ
sit b f. trahe a f: & nota sectorem d e/quem nota per g literam. Deinde
recurre ad secundũ præmissum: & lineã ducito de cõmuni puncto cõ
cursus/quousq; ĩter arcus cadat æqualis portio ad d g/& hic est semi-
arcus æqualis datæ lineæ/aut portio aliquota arcus q̃siti. Vbi arcus
quæsitus maior esset arcu quadrãtis: tũc necesse esset cũ portiõe ali-
quota operari: quç minor arcu quadrãtis existeret. Poteris etiã ex his
datam curuã: & cuiuscũq; circũferentiæ arcũ/in quẽcũq; aliũ arcum
alterius circuli vertere. transmutando primo ipsam datam curuã/in
lineam rectam. & deinde illam rectam/in arcum datæ circunferẽtiæ/
modis prçtactis. Et in hoc: cap. transmutationis linearum/sufficien-
ter explicatum existit.





ANNOTATIONES OMNISANCTI.

¶Si lineam rectam in circunferentialem curuam vertere cupis. 1
¶Sit data recta a b: diuido eã in tres partes æquales per ij sexti Euclidis. sumo
æqualẽ tertiæ quæ sit c d: & sup eam per primã primi Euclidis/triangulũ æqui-
laterũ describo sic. sup eam duos arcus eiusdem circularis describo: faciendo c
d semidiametrũ. & vbi se secant arcus pono e literam. deinde traho rectas d e/&
c e: quæ manifeste erunt per diffinitionẽ circuli æquales. & ex cõsequẽti ista tria
latera scilicet c d/c e & e d æqualia erũt. quare recta data versa erit ĩ trigonũ çqui-
laterũ: cui⁹ circũferẽtia datç lineæ æquat. Deinde traho e f ad medietatẽ lateris c
d. similiter c g ad medietatẽ lateris d e: & vbi secat e f: pono h/erit h centrũ triãgu
li. Nã e f: perpendiculariter est sup c d. similiter c g: sup e d per tertiam tertij Eu-
clidis/eo q; c g/est ducta a cẽtro c/ad medietatem chordç d e. Rursus traho h d.
quia f d & f h duo latera: duobus lateribus c f/& f h æqualia sunt. & similiter an-
b guli sub ipsis contenti. igitur per 4. primi Euclidis: h d æqualis erit h c. Et eodẽ

modo dici potest de istis duobus triangulis d g h/& e g h. eo q̧ h d: æqualis sit h c. Quo fit: vt e d sit secũda trigoni/qua scilicet circũscribitur circulus trigono. & ex cõsequenti h est centrũ: & h f prima trigoni. Rursus sit i punctus medietatis c f. traho h i & extendo eam per quartam partem sui. & sit h k ad h i longitudine sesquiquarta: erit per primum præmissum semidiametrus circuli isoperimetri. Vnde circunferentia circuli h k: æquabitur lineæ a b propositæ. quod fuit propositum.

¶ Si rectam in aliquotã circũferentię portionẽ circuli resoluere q̃ris.

2 ¶ Sit data a b: quã in medietatẽ circũferentiæ circuli resoluere quæro. per præmissam do ei circũferentiam circuli æqualem: & sit circũferẽtia circuli c d. duplico c d: & fiat c e. describo circulum ex c e: cuius medietas circũferentiæ æquabitur lineæ rectæ datæ. ¶ Patet. Nam circunferentia circuli c e/ad circũferẽtiam circuli c d/est sicut c e ad c d (vt dicit de Cusa) quod demõstrari potest pene eadem demonstratiõe qua demonstratur ab Euclide/per secũdam duodecimi/circulum ad circulum proportionẽ seruare/ quã quadratus diametri circuli vnius/ ad quadratũ diametri circuli alterius. Erit igitur circũferentia circuli c e: ad circũferentiã circuli c d dupla longitudine. quare eius medietas scilicet e g f: æquabitur circũferẽtiæ circuli c d. & ex cõsequẽti: rectæ a b. Posset hoc aliter fieri duplicando a b: & dando circulum cuius circunferentia æquatur rectæ duplæ ad a b. & idem esset.

¶ Si datam rectam in quadrantẽ resolui optas: quarta circũferentiæ.


3 ¶ Sit data a b recta: & sit per penultimã/circuli c d circunferentia æqualis rectæ datæ. quadruplo c d/& fiat c e: quæ ad c d lõgitudine sit quadrupla. Rursus ex c e describo circulum: cuius pars quarta circunferentiæ æquabit circũferẽtię circuli c d. eo q̧ sicut c e ad c d est longitudine quadrupla: ita circunferentia circuli c e circũferentiæ circuli c d quadrupla longitudine erit. Constat igitur e f g quadrantur æquari datæ rectæ a b. quod est propositum.

¶ Si datam rectam in portionem circunferẽtię dati circuli trãsferre.

4 ¶ Sit data recta a b: & datus circulus c d. quęro assignare in ipso circulo/arcum æqualem rectæ datæ. Per primam huius cap. resoluo a b in circulum isoperimetrum: quæ sit c e. Vnde si nota sit habitudo c e ad c d: erit pariter nota habitudo arcus æqualis a b ad circunferentiam circuli c d. q̧ si ignota sit habitudo c e ad c d: ignota pariter erit habitudo arcus æqualis a b ad circunferentiam circuli c d: & ex cõsequenti ignota erit portio circũferẽtiæ circuli c d æqualis rectæ a b. Sit igitur c e ad c d longitudine subtripla: erit pariter portio circunferentiæ circuli c d æqualis rectæ a b/subtripla longitudine ad circunferẽtiam circuli ipsius c d. Vnde hæ tres propositiones eodem medio demõstrãtur: per habitudinem scilicet semidiametrorum circulorum ad inuicem longitudine.

¶ Si curuam lineam in rectam vertere studes non alio vnq̃ facies.


5 ¶ Sit datus circulus a b: cuius circunferentiam in rectilineare propono. Primo per primam huius cap. aliquam rectam in curuam resoluo & sit c d: circunferentiaq; circuli a f: æquetur datæ rectæ. Sumo istius circuli semidiametrum aut ei æqualem: & sit g h quæ sit æqualis a f. addo ad g h rectã orthogonaliter ęqualem tertiæ parti c d: & sit h i. Deinde continuo g h quousq; fiat æqualis a b: & sit g k æqualis a b. traho æquidistantem indefinite ad h i per 31 primi Euclidis: & sit k l. claudo orthogonios/trahendo rectam a puncto g per punctum i ad rectã k l/& vbi eam secat pono m: erit k m pars tertia rectæ æqualis circunferentiæ circuli dati. ¶ Patet. Nã isti duo trianguli: æquianguli sunt. igitur per 4. sexti Euclidis sicut g h ad g k: ita h i ad k m. & permutatim sicut g h ad h i: ita g k ad k m. Sed g h ad h i: se habet sicut semidiametrus circuli ad rectam tertiæ parti circunferentiæ ipsius circuli æqualem. igitur g k ad k m: etiam se habebit tanq̃ semidiametrus circuli ad rectam tertiæ parti circunferentiæ ipsius circuli æqualem. Si igitur k m triplicetur: fiet recta æqualis circunferentiæ dati circuli. Si vero ad g h adiuncta fuisset quarta pars c d/vel alia pars aliquota: abscidisset g i in





indefinitam k l/eandē partem circūferētiæ circuli dati. Per hoc igitur scitur versio circūferentiæ in rectam. scitur etiā versio curuę: quæ est pars aliquota & nota circūferentiæ. vt si rectā æqualē quintæ parti circūferentiæ circuli dati optassem: diuisissem c d in quinq; partes æquales/& ad g h/vnam quintā partē orthogonaliter iunxissem. Vnde quę abscissa fuisset in k l: æqualis fuisset quintę parti circunferentiæ circuli dati.

¶Q; si ignorauerìs propositionē dati arcus ad circunferentiā/cuius.

¶Vt sit in circulo a b/arcus signatus/qui sit c b d: cuius proportio ad circūferē- 6
tiam circuli ignoratur. Nihilominꝰ rectam æqualem arcui expto. Recurro ad secūdum præmissum: inueniēdo triangulū cuius duo latera arcualia sint eiusdem circularis cū arcu c b d. Traho igitur rectā æqualē diametro circuli a b/quę sit h l: & super i centrum describo semicirculū h m l. addo orthogonaliter ad i h æqualem h i/quæ est medietas de h l: & sit h g. facto h centro/describo arcū quadrantis g k i/qui erit æqualis arcui quadrātis circuli a b: qui sit e b f. Nam tracta recta g i: erit triangulus g h i æqualis triangulo e a f. Rursus facto g centro/traho quadrantē occultū h m: qui fit ex circūductione g h. Deinde iterū facto g cētro/circūduco g i/& vbi secat semicirculū pono n: & sic duo pūcta maximi & minimi trianguli habētur/scilicet n & m. diuido arcum m n/in duo æqua per 29 tertij Euclidis: & sit p punctus medietatis. vnde m p n/ista figura: sunt loco d k h in superiore figura facta/in ipso secundo præmisso. Rursus pono pedem circini in p: & aliū in i. moueo i: & vbi secat quadrantē occultū pono q. traho p i. Et iterū pono pedē circini in q: & aliū in g. moueo g describendo arcum g p: erit g p i triangulus propositus per secundū præmissum. Deinde signo in g k i pūctum medietatis: qui sit k. similiter & in g p: qui sit r. traho r k: & continuo r k & p i quousq; concurrant: & punctū concursus/signo per o litterā. Rursus in arcu quadrantis g k i/signo arcū æqualē arcui c b d: qui sit g k s. & a puncto concursus o: traho rectam per s punctū/vsq; ad arcū g r p. & vbi secat eum pono t: erit per secundū præmissum t s ad p i/sicut g k s ad g k i. Deinde recurro ad quartū præmissum. Primo per pręmissam: inuenio rectam æqualē arcui e b f quadrāti/quæ sit v x. Facio primā lineam semidiametrū circuli: & sit a c æqualis a b. secūdam v x: & sit c f orthogonaliter iuncta a c æqualis v x. tertiā facio æqualem t s/quæ cadit inter latera arcualia trianguli inuenti: & sit a d æqualis t s. traho per 31 primi Euclidis: æquidistantē a d c f/& sit d b. Deinde claudo orthogonios trahēdo a f: & vbi secat b d/pono e. dico d e esse rectam æqualē arcui proposito scilicet c b d. ¶Patet. Nā in triangulo superiore ipse arcus propositus scilicet g k s/se habet ad arcum quadrātis eiusdē circularis: sicut recta t s ad semidiametrū circuli arcuū scilicet p i. Et cū a c sit æqualis p i/& a d æqualis t s: erit a d ad a c/sicut arcus propositus ad arcū quadrātis eiusdem circularis. Et cū isti duo orthogonij sint æquianguli & similes/ideo per 4. sexti Euclidis: sicut a d ad a c/ita de ad c f. Et iterū d e ad c f: se habebit vt arcus propositus ad arcū quadrantis eiusdem circularis. Sed c f recta: æqualis est arcui quadrantis. igitur d e recta: etiam erit æqualis arcui proposito. qđ fuit demōstrādū. Nulla quippe alia ad c f/se potest habere sicut a d ad a c: q̃ recta ęqualis arcui proposito. cū c f recta: ęqualis sit arcui quadrantis eiusdem circularis/patet intentū. ¶Hinc dicit de Cusa: ꝙ alia via hoc quæsitū attingi nō potest. Sequitur. ¶Qua/(subaudi via) si aduertis: duci poteris vt datā rectam in arcū vertas. ¶Sit datus circulus a b: & data recta c d/quā volo resoluere in arcū circūferētię circuli dati. primo per præmissam inuenio rectā æqualē arcui quadrātis/quæ sit c f. Deinde recurro ad quartū pręmissum: & facio æqualem a b/primā trianguli/quæ sit g h. secundā facio rectā æqualē e f: quā addo orthogonaliter ad g h/& sit h i æqualis e f. Deinde traho g i claudēdo orthogoniū. Rursus facio æquedistāter cadere ad h i/intra orthogonium æqualem c d: sic signādo æqualem in h i quæ sit h k: & educēdo æquidistantē a pūcto k ad rectā g h per 31 primi Euclidis/& vbi secat g i pono l. Iterū a puncto l per eandē 31 primi Euclidis/traho æquidistantē ad i k. quæ sit l m: erit æqualis k h/siue c d. Q đ addit de Cusa scilicet ꝙ signet in h i æqualis g h: nō est







necesse. Non enim alia potest exurgere in m l:q̃ g m. Vnde g m ad g h semidia-metrum circuli dati:se habet sicut m l recta data ad rectam h i æqualẽ arcui quadrãtis. Rursus ad secundum p̃missum recurro:inueniendo triangulum ibidem propositum/prout in p̃missa expressimus. Et sit triangulus g p i. Deinde a puncto concursus o:traho rectam vsq; ad arcum g r p/sic q̃ recta cadens inter duo latera arcualia scilicet g k i & g r p/æqualis sit g m/in figura superiore per quæstum p̃missum facta. Traho igitur o t:& vbi secat g k i arcũ quadrantis/pono s. sitq; s t æqualis g m:erit arcus g k s q̃situs/& æqualis rectæ datæ scilicet c d. Patet sic. Nam t s æqualis g m ad p i æqualem g h:se habet sicut recta data ad rectam æqualem arcui quadrãtis circuli propositi. Sed per secũdum p̃missum: g k s arcus ad g k i arcum quadrãtis/se habet sicut t s ad p i. Et nulla alia q̃ ed recta data se potest habere ad arcum quadrantis/sicut t s ad p i. quare necesse erit g k s æqualem esse rectæ datæ. sicq; recta data resoluta erit:in arcum circunferẽtiæ circuli dati a b. cum g k s sit arcus quadrãtis eiusdem circuli:patet propositum. Cætera de se patẽt. Ex hoc loco:diuisio arcus quadrãtis in quotlibet partes elicitur:& ex consequenti/diuisio anguli recti in quotlibet partes. scilicet diuidẽdo i quotlibet partes scilicet per 11 sexti Euclidis: semidiametrum circuli/ & a puncto concursus ducendo lineam/sic q̃ cadens inter latera arcualia æqualis sit vni partium semidiametri. Et vbi pars illa secabit lat⁹ arcuale q̃d est quadrantis/notetur litera:& portio illius arcus inter punctum sectionis & angulum sub arcualibus lateribus contentum/ad arcum quadrantis proportionem tenebit/quã portio semidiametri cadens inter latera arcualia ad ipsam semidiametrum.

De transmutatione superficierũ. Cap. II.

1 Superficierum transmutatio/vt sufficienter explicetur/ & superflua resecentur:rectilinealiũ superficierum versionẽ vti notã prætergredior. Nã triangulũ posse in plures scindi triangulos/& quẽlibet in quadrãgulum verti/& illorum quẽlibet in quadratum/& plura quadrata in vnum/atq; trigonum vnum in plures æquiangulos trigonos/& triangulum similiter atq; quadratum/sic & oẽs polygonias isopleuras & non isopleuras in alias figuras: hæc omnia ex elementis geometricis & proportione circulorũ/ & quadratorum/tibi nota relinquo/cũ intendã adiicere scitis/nõ replicare trita. Per ea quæ iã tetigi:facultas huius cap. aperitur.


¶Superficiem circularem si in rectilinealem trãsmutare proponis: primo eius peripheriã curuã/in rectã resoluito. Deinde semidiametrũ peripheriæ ad rectum angulum iungito/trigonũ claudendo: & versa est circularis superficies in trigonũ. Si in tetragonã & quadratã:hoc ex trigono facile est. Circulus enĩ quadratur:si inter semidiametrum & medium peripheriæ/lineã medio loco proportionalẽ constã feceris/& quadraueris. Ostensum enĩ est a subtilioribus/per multiplicationẽ semidiametri in medietatẽ peripheriæ:aream quadrangulã exurgere/quæ nec maior nec minor erit area circuli. Multiplicatio enim semidiametri circuli inscripti polygoniæ in medietatem peripheriæ polygoniæ circumscriptæ:areæ polygoniæ circũscriptæ æquatur/& maior est area circuli inscripti. Et multiplicatio semidiametri circuli circũscripti/i medietate peripheriæ polygoniæ inscriptæ:maior est area polygoniæ ĩscriptæ/& minor area circũscriptæ. quare multiplicatio semidiametri in medietatem peripheriæ circuli:nec maior nec minor esse poterit area circuli.

℄Si vero quæris aream ſuperficiei rectilinealis in circularem tranſ- 3
mutare: primo circularē reſoluito per iā dicta in polygoniam / puta
in quadratā, & ſemidiametrū circuli facito lineam vnā: coſtam qua-
drati aliam. Deinde ſuperficiem rectilinealem datam quadra: & co-
ſtā eius facito lineam tertiam, & ſecundum quartum ꝑmiſſum quar-
tā lineam reperies: quæ erit ſemidiameter circuli quæſiti. Et attende
quomodo non deuenitur ad verſionem circunferentialis lineæ in re-
ctam: niſi per verſionem rectę alicuius in circunferentialem. Et econ
trario non deuenitur ad tranſmutationem ſuperificiei rectilinealis
in circularem: niſi mediante verſione alicuius circularis in rectilinea
lem. Quæ hic lateant arcana: præſentis propoſiti non exiſtunt.

℄Si vero q̄ris quācunq; portionē ſupficiei circularis inter ſectores ca 4.
dentem / ſiue illa proportionalis ſit ad ſuperficiem totam / ſiue nō; ar-
tem habes / arcum inter ſectores interceptum reſoluendo in rectam /
& ſemidiametrum in medietatem eius multiplicando.

℄Si abſciſionem ex chorda & arcu ī rectam ſuperficiem redigere co- 5.
naris: primo a centro ſectoribus tractis / totam portionem per iam di
cta reſoluas in circulum. Deinde triangulum ex ſectorib⁹ & chorda
ſimiliter in circulum: & ſubſtracto illo a priori / portio remanet reſo-
luta in ſupficiem cadentē inter circūferētias ambotū circulorū, q̄ re-
ſolui poteſt ī rectiangulā ſupficiē: p reſolutionē vtriuſq; circuli ī qua-
dratā / & per ſubſtractionē vnius quadratæ ab alia, quoniā differētia:
eſt vti portio illa. Poterit igit̄ illa ī quadratā ſupficiē / & p quadratā in
circularē reſolui: modis ſufficiēter expreſſis. Et in hoc ſatis explicatū
eſt / ad artis ſufficientiam: de ſuperficierum inuicem trāſmutatione.

℄Poſſent adiungi præter neceſſitatē tranſmutatoriæ artis / alia plu- 6.
ra occulta hactenus: ſcilicet quomodo angulus deſcribi poſſet circa
centrum circuli / ſe habens inter duos duplos angulos / ſecundū pro-
portionē medietatis duplæ: & hoc ex ſecundo ꝑmiſſo. Poteſt enī da-
ri linea recta / ad datam ſe habentem: vt coſta ad diametrum, poſſunt
ambæ in arcus eiuſdem circunferentiæ reſolui. vnde ſectores ad ter-
minos arcuum tracti: angulos circa centrum cauſare ſecundum ha-
bitudinem arcuum / neceſſe erit.



℄Si etiam ſuperficiem vnā reſoluere q̄ris in plures quotquot volue- 7.
ris / quæ ſint ad inuicem & ad totam ſuperficiem improportionales:
ita ꝙ ſi addideris vnam ad aliam / compoſita / totius aliquota ſit. Si ſu
perficies data non fuerit ſemicircularis: in talem reſoluito, trahendo
chordam quadrantis ęquidiſtantem diametro: quę medium diuiſio-
nis vocetur, ab ea ex vtraq; parte per æquales arcus maiores & mino
res chordas ducito: quot volueris, erunt omnes portiones impropor
tionabiles ad ſe: & ad totam. Sed ſi duas æquidiſtantes a medio diui-
ſionis iunxeris: erūt talis pars ſupficiei / qualis circūferētiæ fuerit ar-
cus, qua via de media ſupficie ſemicirculari: abſcidere poteris partē
aliquotā ei⁹ quā volueris. Huius oſtēſio eſt: quū triāguli ex ſectorib⁹
& chordis æquidiſtātib⁹ chordæ q̄ mediū diuiſionis vocat̄ cōſtituū-
tur. Poteris etiā ſuperficiem diuidere in partes: quarum vna ſi cuiq̄

alteri iuncta fuerit/adhuc composita ex ipsis superficies/improportionalis remanet. quãdo scilicet a medio diuisionis per improportionales arcus ad circunferentiam: chordas duxeris. Ex his: alia vt libet elicias.

ANNOTATIONES OMNISANCTI.

¶Superficierum trãsmutatio vt sufficienter explicetur/& superflua.

1 ¶Versionem rectilinearũ superficierũ docet 25 sexti Euclidis. Ideo dicit de Cusa illam notam esse: ex elementis geometricis.

¶Superficiem circularẽ si in rectilinealẽ trãsmutare ꝓponis: primo.

2 ¶Sit datus circul⁹ a b: quẽ in rectilinealẽ supficiẽ resoluere exopto. Primo per quintam primi cap. resoluo circunferentiã in rectã æqualẽ: quæ sit c d. Deinde sumo æqualẽ a b/quæ sit e f: ad quã addo orthogonaliter æqualẽ c d/& sit f g. traho e g: erit e f g triangulus orthogonius æqualis circulo a b. Nam per tertiã propositionẽ in principio libri per nos adiectã: & per eius correlariũ/multiplicationẽ e f in medietatem f g quę sit f p/aream ęqualẽ areæ circuli producere (vt est rectangula e f p o) est manifestũ. Modo multiplicatio e f in totã f g: rectãgulari duplã ad e f p o ꝓducit/per primã sexti euclidis. & erit etiã dupla ad triangulum e f g: per 41. primi euclidis. quare per 9 quinti Euclidis: triangulus e f g/rectãgulæ e f p o æqualis erit. & ex cõsequẽti: circulo a b. quod fuit probandũ. Sequit. ¶Si i tetragonã & q̃dratã resoluere velis: hoc ex trigono facile erit. ¶Nã per e f p o: in tetragonã resoluta est. In quadratã tandẽ per 9 sexti Euclidis: resolui potest sic. Sit k h æqualis f p: & h i ei iuncta in directũ æqualis sit e f. super k i: describo semicirculũ. & a pũcto h/educo p 11 primi Euclidis/perpẽdicularẽ super k i vsq; circũferentiã/& sit h l: erit h l per 9 sexti Euclidis medio loco proportionalis inter k h & h i. Et per 9. Euclidis rectangula sub k h & h i: æqualis est quadrato ex h l/quod sit h l m n. & ex consequenti quadratum illud: æquale erit circulo a b dato. Et hoc est quod de Cusa dicit. Circulus quadratur: si inter semidiametrũ/vt est h i/& mediũ peripheriæ vt est k h/lineã medio loco proportionalem costã feceris/& quadraueris. Sequit. ¶Ostẽsum enim est a subtilioribus per multiplicationẽ semidiametri in medietatẽ peripheriæ/areã quadrangulam exurgere: q̃ nec maior nec minor erit area circuli. ¶Istud tetigimus ꝑ tertiã ꝓpositionẽ: per nos i pricipio adiectã. Adhuc aliquomodo demõstrat de Cusa: sic decẽs. ¶Multiplicationẽ semidiametri. ¶Sit quadratus b c d e: cui sit inscriptus & circũscriptus circulus. Multiplicatio a f semidiametri circuli inscripti/in medietatẽ peripheriæ quadrati: areã areæ quadrati/manifeste describit æqualẽ. cum a f sit prima quadrati: vt prius ostẽsum est in principio aream maiorẽ describit/circuli inscripti area. At a b semidiameter circuli circũscripti/in medietatem peripheriæ quadrati ducta: areã describit maiorẽ quadrati area & minorem area circuli circũscripti. Nã per correlariũ primæ propositionis in principio positæ circumferentia circuli a b/maior est circumferentia quadrati inscripti. Sequitur. Quare multiplicatio a b in medietatem peripheriæ circuli circũscripti quadrato: aream areæ circuli æqualem describere necesse est. Patet igitur quomodo multiplicatio semidiametri immedietatem peripheriæ: aream areæ circuli æqualem describit. eo q̃ multiplicatio ipsius in maiorẽ medietatẽ: aream maiorem area circuli describit. vt est multiplicatio a f in medietatem peripheriæ quadrati: quæ aream maiorem circulo a f producit. & multiplicatio semidiametri i minorem medietate peripheriæ circuli: minorem aream area describit circuli vt est multiplicatio a b in medietatẽ peripheriæ quadrati/quæ producit aream minorem area circuli a b.

¶Si vero quæris aream superficiei rectilinealis in circularem &c.

3 ¶Si superficies rectilinealis data/non fuerit quarata: sic recipiatur per 25 sexti Euclidis. Sit igitur datus quadratus a b c d: quem in circulum æqualem volo resoluere. Primo per ꝓmissam resoluo aliquẽ circulum qui sit e f: in quadratum æqualem/qui sit g h i k. Recurro ad quartum ꝓmissum: faciẽdo latus quadrati g h i k/primam lineam/& sit l m/æqualis g h. secundã vero æqualem e f/& sit m n/iuncta ad l m orthogonialiter/æqualis e f. claudo orthogonium l m n.

Deinde tertiã lineam facio æqualem lateri quadrati dati:& sit l o/æqualis a b.ad do ad l o rectam orthogonaliter indefinitæ quãtitatis: quæ sit o p.continuo l n vsq; o p/& vbi eam scindit pono q erit o q semidiameter circuli æqualis quadrato a b c d.Nam orthogonii l m n/& l o q:sunt æquianguli.Igitur per 4. sexti Euclidis/sicut l m ad m n/est vt latus quadrati ad semidiametrum circuli sibi æqualis:ita l o ad o q erit:vt latus quadrati ad semidiametrũ circuli sibi æqualis/scilicet/quadrato.Deinde ex æquali o q quæ sit r s describo circulũ/quẽ dico æqualem esse quadrato a b c d:vt constat.qđ est propositum. Arcana quæ hic latere de Cusa dicit:studiosis relinquimus examinanda.


Si vero quãcunq; portionem superficiei circularis inter sectores.


Sit descriptus circulus a b:sitq; a cẽtrũ.traho a c& a d:quæ in hoc loco sectores dicũtur.quia ad circũferentiam referuntur:& nõ ad circulum.secãt enim arcum a circũferentia. At figura ex ipsis & arcu descripta:sector dicitur circuli ab Euclide. Sũt igitur a c& a d:sectores circunferentiæ.volo istam portionẽ a c d: in superficiem rectam resoluere.Primo per 6 primi cap.resoluo arcum c b d in rectũ æqualem quæ sit e f.& sit b f æqualis b e.similiter e f:iuncta sit orthogonialiter a b.Deinde duco a b in b f:& fit rectangula a b f g/quã dico æqualem portioni a c b d.Patet.Nam multiplicatio semidiametri in medietatẽ circunferẽtiæ rectãgulam æqualem circulo producit.& basis ipsius rectangulæ:erit medietas circũferentiæ.altitudo vero:a b.Igitur per primã sexti Euclidis/sicut medietas circũferentiæ ad b f longitudine:ita area circuli ad rectangulã a b f g. Rursus sicut circũferẽtia circuli ad arcũ c b d:ita circulus ad portionẽ a b c d. Nã quę c b d arcus pars est aliquota/aut partes aliquotæ circunferentiæ circuli:eadem erit a c b d portio/pars vel partes circuli.modo sicut se habet tota circũferentia circuli ad arcum c b d:ita medietas circũferentiæ ad b f.Igitur quã proportionem seruat rectãgula sub a b & medietate circũferentiæ/ad rectãgulam a b f g:eandẽ seruat circulus a b/ad portionem ipsius/scilicet a c b d.& cum rectangula sub a b & medietate circunferentiæ sit æqualis circulo:erit pariter rectangula a b f g æqualis portioni a c b d.qđ fuit demonstrandũ. Q; si b f sit longitudine incõmensurabilis ad medietatẽ circũferentiæ:erit pariter circulus incõmensurabilis rectangulę a b f g siue portioni a c b d. Rursus ducta a f/& a e/est manifestũ istos triangulos a b f & a b e:æquales esse.etiam est manifestum a f diuidere a b f g in duo æqua:per 34. primi Euclidis.ex quo sequitur e a f triãgulum:æqualem esse portioni a c b d. Secundo sequitur q; omnis orthogonius cuius vnũ latus rectãgulum continẽs/est vt semidiameter circuli/reliquum continens angulũ rectũ/est vt arcus cuiuscũq; portionis circuli:erit æqualis portioni. vt orthogonius a b f qui est æqualis portioni a b d:habet vnũ latus a b/scilicet vt semidiametrũ circuli/& b f vt arcus portionis/& ista duo latera angulum rectum continent.& ita de omnibus orthogoniis est dicẽdũ. Et ideo portiones ad inuicẽ eandẽ tenent habitudinem:quã arcus longitudine ad inuicẽ.hoc patet:si resoluãtur in orthogonios/quorũ altitudo sit vt semidiameter. vt sicut arcus b d ad arcum b c:ita portio a c b/ad portionẽ a b d.Patet per primã sexti Euclidis: in istis duobus orthogoniis a b f & a b e/qui portionibus sunt æquales. Eodem modo dicendum est de portionibus circuli ad se inuicẽ/& ad totum circulum: quemadmodum de triangulis quorũ altitudo vna est.Nam sicut illorum habitudo elicitur ex habitudine basium longitudine:ita istorum habitudo ex habitudine arcuum longitudine.

Si abscisionem ex chorda & arcu in rectam superficiem redigere.

Sit datus circulus a b:traho in eo chordã c d.volo abscisionem ex c d chorda & arcu c b d:in superficiem rectilinealẽ resoluere æqualem.traho a c& a d:sectores arcus c b d.Et per p̃missam resoluo portionẽ circuli a c b d/ quæ est sub sectoribus a c& a d & sub arcu c b d:in rectilinealẽ superficiem.& ipsam rectilinealẽ in quadratã:per 25 sexti Euclidis. Sit igitur quadratus f g h i:æqualis portioni a c b d.Neq; enĩ (vt vult de Cusa) est necesse:prius in circulũ resoluere. eo q; iterum circulus in quadratũ esset resoluẽdus : sicq; in demõstratione videret

esse circulatio. Rursus traho a centro a per medietatē chordae c d rectā a r b: erūt a r d & a r c duo orthogonii/quia a r perpendicularis erit super c d/per 3 tertij Euclidis. Deinde per 9 sexti Euclidis: inuenio mediam proportionalem inter a r & a d quae sit f k/quā duco in quadratū f k l m. erit quadratus iste: aequalis triangulo c a d. nā aequalis est rectāgulae sub r d & a r/cui per 16 sexti Euclidis: quadratus f k l m aequatur. Vnde constat gnomonē circumpositum quadrato f k l m: aequalem esse abscisioni ex c d chorda/& arcu c b d. Nam vt dictum est quadratus f g h i: est aequalis portioni a c b d. & quadratus f k l m: aequalis est triangulo a c d. Vnde sicut substracto triangulo rectilineo a c d/a portione a c b d/residuū est abscisio ex c d chorda & arcu c b d: ita substracto quadrato f k l m aequali triangulo rectilineo a c d/a quadrato f g h i/aequali portioni a c b d/residuum scilicet gnomo k h m/ęqualis erit abscisioni ex chorda c d & arcu c b d. Erit igit̄ gnomo aequalis linulae siue abscisioni ex c d chorda:& c b d arcu. Cōtinuo m l vsque g h:& sit m n. Deinde addo ad m n & h i in directum aequalem g n: quae sint m o & i p. traho o p: erit rectāgula m o p i aequalis rectangulae g k l m/propter idētitatē laterū/angulos rectos cōtinētium. Demū erit rectangula n o p h: aequalis gnomoni k h m. & ex consequenti: aequalis abscisioni ex chorda c d/& arcu c b d. Vnde si per 9 sexti Euclidis/recipiatur media proportionalis inter n o & o p: erit latus quadrati ipsi abscisioni aequalis. quia aequalis rectangulae n o p h per 16 sexti Euclidis/qui quadrat⁹ per penultimā/potest in circulum resolui aequalem. Patet igitur quomodo abscisio ex c d chorda & c b d arcu/in rectilinealem & circularem possit resolui: siue in quadratum & circulum. Et constat non esse necesse: primo portionem circuli a c b d in circulum resoluere: qđ est intentum.






¶Possent adiungi praeter necessitatē transmutatoriae artis alia plura

6 ¶Dare angulum qui se habeat inter duos duplos angulos secundū proportionem medietatis duplae: est dare inter duos angulos quorū maior minori duplus erit/tertium cuius arcus medium erit proportionale inter arcus priorum angulorum. Et sic maior arcus ad ipsum medium erit: vt diametrus quadrati ad costā. & medius arcus ad minorem: vt diametrus quadrati ad costam. Sit igitur descriptus semicirculus a b c:& centrum sit g. traho rectam ad medietatē circunferentiae: quae sit g b. deinde hincinde signo arcus aequales: qui sint b d & b e tractis g e & g d. est manifestum per vltimā sexti Euclidis: angulum e g d/duplum esse ad angulum b g d/vel e g b. Rursus per sextā primi cap. resoluo e b d in rectam aequalem quae sit h i:& eam in duo aequa diuido in puncto k. Inuenio medium proportionale inter h i & k i/& sit l m: erit per 16 sexti Euclidis quadratum de l m aequale rectāgulae sub h i. & k i/& similiter per correlariū 17 sexti eiusdem sicut h i ad k i longitudine: ita h i ad l m potestate. erit igitur h i ad l m: vt diametrus quadrati ad costā. Et cum h i ad k i potestate sit quadrupla/& ad l m potestate dupla: erit l m ad k i: vt medietas potestatis de h i ad k i. Ecce cur l m ad k i proportio: dicat̄ vt medietas duplae/longitudinis scilicet. Resoluo l m in arcum eiusdem circularis cum arcu e b d: per secundam partem sextae primi cap. & sit arcus f b d aequalis rectae l m: erit angul⁹ f g d/ad angulum e g b/vt diametrus quadrati ad costam. similiter angulus e g d/ad angulum f g d: erit vt diametrus quadrati ad suā costam. & sic inter duos duplos angulos/scilicet e g d & e g b: datus est tertius secūdum proportionem medietatis duplae. qđ est propositum.



¶Si etiam vnam superficiem resoluere q̄ris in plures quot volueris.

7 ¶Resumatur figura in litera posita. circulū perficio & sit circulus a b/& c sit centrū: a quo educo rectā ad medietatē semicirculi quae sit c d/secabit oīes chordas in duo equa. cum omnes aequidistantes supponantur ad diametrū. Rursus medium diuisionis siue chorda quadrantis/qđ idem sit e f:& chorda minor g h/& chorda maior i k/signando puncta sectionum per c d in ipsis chordis factum/literis l & m. Sint insuper arcus: h f/& f k aequales. similiter e g & i e: immo isti quatuor arcus sint aequales. Ideo e f medium diuisionis dicitur. quia queādmodum diuidit arcus d b & a d in duo aequa: ita & arcus h k & g i. Dicit de Cusa q



omnes portiones inter duas chordas/puta inter g h & e f: similiter inter e f & i k/sunt sibi inuicē improportionales/hoc est incōmēsurabiles. similiter & ad totā superficiem scilicet semicirculum. nunq̄ etiam simul iunctæ ad se seorsum: erūt proportionales per demōstrationē 9/decimi Euclidis. Nam cum quātitates ad inuicē sunt incōmensurabiles/vti sunt istę secundū suppositionem: totum inde confectū ex ipsis/est incōmensurabile vtriq̄. Sed q̄ possint esse simul iunctæ ad totam supficiem cōmensurabiles: reddit rationē dicens. quia simul iunctæ illam tenent proportionē ad circulum: quā arcus ad totā circunferentiam. Modo cum possint arcus dari modo p̄misso/quos diuidat e f in duo æqua/qui ad totā circunferentiam sint cōmensurabiles: poterunt etiā portiones simul iunctæ dari proportionabiles/ad totā superficiem. Medium vero demonstrationis infert: dicens. huius ostensio est: cū trianguli ex sectoribus & chordis æquidistantibus chordæ quæ medium diuisionis vocatur constituuntur. vt sunt trianguli g c h & i c k. Pro quo aduertēdū est: q̄ semp illi trianguli erunt æquales. Patet. Nam cum d f arcus æqualis sit f b/similiter h f æqualis f k: per communem sciētiam b k æqualis erit d h. signo b n arcum/æqualem k b. traho k o n chordā: quæ erit æqualis g h. quia g d h arcus: æqualis erit k b n. traho c n. est manifestum triangulum k c n rectilineum/per omnia æqualē esse triangulo rectilineo g c h/ratione arcuū & chordarū æqualiū. Si enim arcus sunt ęquales: chordas esse æquales in ęqualibus circulis siue in eodē circulo est necesse per 28 tertij Euclidis. Rursus c m k o rectāgula est: quā c k i duo æqua diuidit. Igitur isti duo orthogonii scilicet c m k & c m i: æquales erūt istis duob⁹ c o k/& c o n. similiter istis duob⁹: c l h & c l g. & ex cōsequēti triāgulus rectilineus i c k: triāgulo rectilineo g c h ęqualis erit. qđ fuit p̄bandū. Et eodem modo: de omnibus dicēdum est. Ex quo constat triangulum i c k rectilineum/cū lunula sub g h & curua g d h: æqualem esse portioni circuli c g d h. Vnde sicut detracta portione circuli c g d h: de portione c i d k: remanent istæ duæ portiones c h f k/& c g e i/ita detracto triangulo rectilineo i c k cum lunula sub g h chorda & g d h arcu/qui æqualis est (vt dictum est) portioni c g d h/remanens scilicet portio inter g h chordam & i k chordā/æquale erit portionibus c h f k & c g e i simul. Et ex cōsequenti sicut istæ portiones c h f k & c g e i simul iunctæ/ad totū circulum proportionē seruant quā h f k arcus cum arcu g e i simul ad totam circunferentiam: ita portio sub g h chorda & i k chorda/ad totum circulum proportionē seruabit quā h f k arcus cū sibi æquali g e i ad totam circunferentiā seruat. qđ fuit demonstrandū. Et eadem demonstratio est de omnibus. Primo scilicet aduertendo: quomodo trianguli rectilinei sub chordis æquidistātibus medio diuisionis/& sub sectoribus sunt æquales. & ideo statim probatur quomodo portio sub p̄dictis chordis siue inter p̄dictas chordas g h & i k: est minor portione circuli sub maiori chorda & sectoribus scilicet c i d k/in portione sub minori arcu & sectoribus scilicet c g d h. Ex quo patet si h k arcus est cōmensurabilis circūferentiæ: ita erit ipsa portio īter ipsas chordas ad ipsum circulum. & ex consequenti: medietati circuli. Nam quā proportionē seruabunt arcus g k & g i simul ad medietatem circumferentiæ: eādem seruabit portio ad medietatem circuli. vt si h k cum g i sit vna tertia medietatis circūferētię: erit pariter portio una tertia medietatis circuli/quæ tota superficies dicitur. Et quia secundum omnem habitudinem sunt arcus dabiles quos diuidet e f ī duo æqua ad medietatem circumferentiæ per præmissa: ita portiones a medietate circuli secundum omnem habitudinem ad ipsam abscindi possunt.

De transmutatione corporum. Cap. III.

VLtimo loco restat: corporum transmutationē exemplari manuductione aperire. Trāsmutātur enim corporales figuræ in corporales: ex apertis fundamentis. Nam colūna quadrāgula: in cubum sic reducitur. Basis eius si quadrata nō fuerit: quadretur per medium proportionale inter duo dissimilia eius latera. vt inter latus basis quadratę/& longitudinem corporis: constituant duæ

continue proportionales lineæ secundum tertium p̃missum. & si lon
gitudo maior fuerit latere quadrati:minus medium est latus basis
cubi quæsiti. Sed si latus quadrati fuerit maius longitudine : maius
medium erit latus basis cubi quæsiti. Si æquale:iam cubus habetur.

2 ¶Si columna rotunda fuerit:quadretur basis/ & procedatur vt iam
dictum est.

3 ¶Si cubum in spherã transmutare velis:reduc superficiem quadra
tam cubi in circulum/& illum facito maiorem circulum spheræ.

4 ¶Cubos plures/si ĩ vnũ colligere optas:hoc efficies si æquales fuerĩt
lineam vnã signãdo pro minori quæ æquatur vni lateri basis vnius
cubi/& aliã pro maiori quæ æquatur omnibus lateribus/duplex me
dium inter illa capiendo secundum tertium p̃missum.quoniã minus
inter illa duo:latus est basis cubi. vti de columnæ p̃misimus.

5 ¶Si duos inæquales ad vnum reducere proponis : reduc primo mi
norẽ cubũ ad corpus altera parte longius/cuius longitudo sit æqua
lis lateri maioris cubi hoc modo. Accipe latus maioris/cui adiũge di
recte latus minoris/vnũ proportionale medium quærendo inter illa
& linea alia reperiatur continue proportionalis post latus minoris/
vt sint quatuor lineæ continue proportionales. Et illa vltimo inuen
ta est latus quadrati basis hui⁹ corporis altera parte longioris: & la
tus maioris quadrati/est eius longitudo. vt ex opposito cõuersionis
colũnæ:patere potest. quo reducto quęre quadratum ęquale duobus
quadratis/scilicet maioris cubi & basis iã dicti corporis altera parte
longioris:reducendo cubum maiorem & iã dictum corpus advnum
corpus cuius latus basis quadratę est maius longitudine eius. Et hoc
corpus vltimum:ad cubũ reducito per datã doctrinã. Itaq; patet via
quot volueris siue æquales/siueinæquales cubos ad vnum cubum:si
ue deniq; ad spherã transmutãdi. Ita quidẽ & spheræ plures/in vnã
& in cubum/aut in corpus altera parte longius reduci poterunt.

6 ¶Si columnã longuã in breuem/vel breuem in longuã/reducere pro
ponis: primo/ipsam in cubum verte. deinde longitudinem signa in
qua eã trãsmutare proponis:cui adiunge latus cubi quærẽdo vnum
medium proportionale/& quartam quãtitatem continue proportio
nalem ad istas tres/& erit datæ longitudinis colũna/cuius latus ba
sis quadratæ erit linea quarta.


7 ¶Sic si p̃lium colũnarum æqualium vel inæqualium: vnã datæ quæ
ris longitudinis. si æquales fuerint:basem vnã omnibus æqualem re
cipito quadratã. & omnes colũnæ sic ad vnum corpus reductę in cu
bum reducito/& cubum in columnã datæ longitudinis per vias præ
apertas. Si inæquales:reducito ingenio tuo omnes in columnã vnã/&
columnã in cubum/& cubum illum in columnã longuã vel breuem/
prout placuerit. Sed in hoc opus est vt caueas. quoniam quãdo cubus
in corpus aliud reduci debet/cuius latus basis quadratę est maius lõ
gitudine:tunc iungas illã longitudinem cum latere basis cubi dire
cte vnum medium proportionale quærẽdo. quo habito/quartã lineã
cõtinue proportionalẽ post latus cubi inuenias : & erit latus q̃situm.

℄Si autem spheram in pyramidem transmutare quaeris: fac q̄ basis pyramidis aequetur curuae superficiei spherae/& eius altitudo semidiametro spherae. 8

℄Si quis dixerit/sunt spherae duae: quarum maior est dupla ad minorem/transfer illas in rotundã columnã. fac q̄ columnae altitudo sit vt diameter spherae maioris: & basis vt maior circulus ipsius spherae. Illa etenim colũna: ambabus aequabitur spheris. Nam colũna cuius altitudo diametro spherae/& basis maximo circulo eiusdẽ spherę aequatur: sesqualtera est ad spheram. Talia quidem quae in regularibus corporibus via trãsmutationis figurarum/geometrice fieri possunt: ex his elicito doctrinis. 9

ANNOTATIONES OMNISANCTI.

℄Vltimo loco restat corporum transmutationem: exemplari manuductione aperire.




℄Data sit colũna a b c d/cuius basis sit quadratus c d e f: erunt oẽs supficies laterales inuicẽ aequales. q̃ aequales erũt paralellogramo rectangulo a b c d. Dicit de Cusa si iter c f latus basis/& b c lõgitudinẽ colũnae/duo recipiãtur media cõtinue pportionalia p tertiũ p̃missum: q̃ sint g h/& i k/erit min⁹ scilicet g h/latus basis cubi/colũnę aequalis. Ideo minus: erit latus basis cubi. quia altitudo colũnae: scilicet b c: maior est latere basis quadratae. Patet sic. Nam per 36 vndecimi Euclidis: duo corpora aequidistantium superficierum & similium: proportio est tã q̃ lateris vnius ad latus relatiuum alterius/proportio triplicata. Sit igitur c d e f basis cubi partialis: erit per eandem 36 vndecimi Euclidis proportio f c lateris ad latus basis cubi columnae aequalis triplicata. hoc est si post c f & latus basis cubi columnae a b c d aequalis/duo continue proportionales dentur: erit c f ad quartã longitudine (cum sint 4. continue proportionales) sicut cubus cuius basis erit vt c d e f/ad cubum columnae a b c d aequalem. Rursus iaceat a b c d colũna super superficiem lateralem/eã basem constituendo: erit altitudo colũnae vt altitudo cubi cuius basis erit vt c d e f. Igitur per 33 vndecimi Euclidis: hae duae columnę/suis basibus erunt proportionales. Est enim omnis cubus colũna: nõ ecõuerso. Sicut igit̃ q̃dratus c d e f/ad paralellogramũ a b c d: ita cubus cui⁹ basis erit vt c d e f/ad colũnam datam. Et cum istę superficies scilicet c d e f & a b c d sint aeque altae: erit proportio minoris ad maiorem sicut f c ad c b lõgitudine per primã sexti Euclidis. Et ex consequẽti cubus c d e f/columnae a b c d: erit vt f c ad c d longitudine. Modo triplicata proportione f c ad latus basis cubi columnae datae aequalis: fient quatuor continue proportionales/quarũ prima erit f c/secunda latus basis cubi columnae datae aequalis. Et f c prima ad quartã longitudine: se habebit sicut cubus c d e f ad cubũ columnae datae aequalis/siue ad datã colũnã. Igitur c b: erit quarta. cũ f c ad c b longitudine: sit sicut cubus c d e f ad colũnam a b c d. & ex consequenti: ad cubum ei aequalem. Ex hoc liquet necessitas recipiendi inter latus basis quadratae/& longitudinẽ colũnae/duo media continue proportionalia: quorũ proximũ lateri basis quadratae/erit semper latus basis cubi/columnae aequalis. hoc latuit eum: qui tantũ vnum in sua geometria vulgati iubet recipere/& illud latus basis cubi colũnae aequalis cõstituit. Erit quippe maius: vel minus. Erit maius: si altitudo columnae fuerit maior latere basis quadratae. Minus vero: si ipsa altitudo fuerit minor. Sumo igitur per tertium p̃missum inter f c & b c duo media continue proportionalia: quae sint (vt dictum est) h g & i k. Ita q̄ sicut f c ad g h: ita g h ad i k: & i k ad c b. Vnde per 11 diffinitionẽ quinti Euclidis: f c ad c b proportio/dicetur proportio f c ad g h triplicata. Erit igitur g h: latus basis cubi columnae aequalis. Nam cubus cui⁹ latus basis erit f c/ad cubum cuius latus basis erit g h: se habebit sicut f c ad c b longitudine. Similiter cubus cuius latus basis erit vt f c/ad columnam a b c d/ 1

cuius basis quadrata erit c d e f:se habet vt f c ad c b lõgitudie. Igit̃ p 9 quĩti Euclidis:colũna a b c d/ęqualis erit cubo cuius lat⁹ basis erit/vt g h. qd̃ fuit,pbãdũ Ex hoc liquet:cur basis colũnæ debeat eẽ quadrata. vt scilicet ex pportiõe cubi basem colũnę basi ęqualẽ habẽtis/q̃ est vt lat⁹ basis ad lõgitudinẽ colũnæ lõgitudie:arguat̃ illatio duorũ mediorũ cõtinue pportionaliũ/quorũ vnũ eorũ semp erit lat⁹ basis cubi colũnæ ęqualis. vt dictũ est. Ex his rursus cõstat/q̧ si altitudo siue lõgitudo colũnæ ad latus suæ basis quadratæ/sit lõgitudine icõmẽsurabilis:erit pariter cubus cui⁹ basis æqualis erit basi colũnæ/ad ipam colũnã icõmẽsurabilis/& ad cubũ colũnæ æqualẽ. Vt si f c ad b c sit lõgitudine icõmẽsurabilis:erit cubus cui⁹ lat⁹ basis erit vt f c/ad colũnã a b c d/& ad cubum sibi æqualẽ icõmẽsurabilis. eo q̧ sicut f c ad b c lõgitudie(vt dictũ ẽ)ita cub⁹ c d e f ad colũnã a b c d. Duco igit̃ g h i q̃dratũ:sup quẽ fabrico cubũ/q erit colũnę datę ęq̃lis.

¶Si columna rotunda fuerit:quadretur basis & procedatur vt iam.

2 ¶Sit data colũna a b c d rotũda:quã in cubũ æqualẽ resoluere volo. Primo p secũdã secũdi cap. resoluo circulũ basis i quadratũ æqualẽ q sit e f g h/sup quẽ fabrico colũnã supficierũ ęq̃distãtiũ cui⁹ altitudo altitudini colũnæ a b c d sit ęqualis/& sit colũna i e h k. dico:eã esse ęqualẽ colũnę a b c d:eo q̧ bases sunt ęquales/itidẽ & altitudines. Et per 8 duodecimi Euclidis:oẽs colũnæ lateratæ supficierũ æquedistãtiũ quorũ altitudines & bases sunt æquales sunt iuicẽ ęquales. Et hoc verificat̃ de basib⁹ cuiuscũq̧ polygoniæ similitudinẽ fferẽtib⁹:licet etiã iuicẽ difficiles/dũmodo æquales fuerint. quare de basi circulari verificabit̃. Vt si det̃ colũna æquealta colũnæ i e h k cui⁹ basis sit triangularis/modo sit basi e f g h ęqualis:erit ipa colũna colũnæ i e h k æqualis p 8 duodecimi Euclidis. Et huius ratio est. Na cũ bases supponãtur æquales:tantũ capit vna q̃tum altera. nec plus nec minus secũdum sui extensionẽ statui supra vnã poterit:q̃ supra alteram. Non potest enim supra quadratum e f g h/plus statui aut minus/secũdum totalem sui extẽsionem & secundũ æqualem altitudinẽ:q̃ supra circulum b c. cũ supponantur æquales. erit igitur columna i e h k æqualis colũnæ a b c d:quã per præmissam in cubũ æqualem resoluo. scilicet inueniendo per tertium pmissum/inter i e & e f/duo media cõtinue proportionalia q̃ sint l m & n o:sic q̧ sicut e f ad l m:ita l m ad n o/& n o ad i e/erit l m latus basis cubi colũnę i e h k æqualis per pręmissam. & ex cõsequenti æqualis colũnę rotũdæ datę:scilicet a b c d. Ducat̃ igit̃ l m in quadratũ/super quem si fabricetur cubus:erit ille qui quæritur.




¶Si cubum in spherã transmutare velis reduc supficiem quadratã.


3 ¶Si eni reducta supficie q̃drata basis cubi i circularẽ/sit vt sector sphæræ ęqualis cubo:ita ex opposito reducta supficie sectoris siue maximi circuli sphæræ in quadratã/erit vt basis cubi sphæræ æqualis. Ad quorũ intelligẽtiã describo quadratũ a b c d/& sup latus b c filber & c d duo supplemẽta describo scilicet c b e f & g h d c:q̃ inuicẽ sint ęqualia/& qdlibet vt pars tertia quadrati a b c d. Fit manifestũ si latere a b fixo circũducat̃ a b c d:fiet colũna rotũda/& basis erit circul⁹ cuius semidiametr⁹ erit a d. Si vero latere a e fixo/circũducat̃ parallelogrãm⁹ a e f d:fiet itidẽ colũna rotũda priori sesqualtera. eo q̧ supplemẽtũ e f c b addit medietatẽ colũnę ex a b c d descriptę. Nã si colũna diuidat̃ i pũcto i & i pũcto b:erit in tres ptes æquales diuisa/si a i/ęqualis sit i b. Rursus latere a b fixo/circũducat̃ a b g h:fiet colũna æque alta colũnæ ex a b c d descripta. quare per 33 vndecimi Euclidis:erũt suis basib⁹ pportionales. sicut igit̃ circul⁹ ex a h/ad circulũ ex a d ita colũna ex a b g h/ad colũnã ex a b c d. Et p secũdã duodecimi Euclidis:circul⁹ ex a h ad circulũ ex a d/ẽ vt quadrat⁹ ex a h ad quadratũ ex a d. & a h ad a d lõgitudie:ẽ vt 3 ad 2. quare potẽtia vt 9 :ad 4. Ex hoc cõstat q̧ si mobili cuiuscũq̧ colũnę duo ęqualia addant̃:semp qd̃ maiorẽ pcurrit circũferẽtiã/maius corpus addit colũnę vt q a mobili a b c d(quo describit̃ colũna rotũda:si voluat̃ a b/latere fixo)addita sunt parallelogrãma e c & c h æqualia:& parallelogrãmũ c h/percurrit circumferentiam circuli ex a h quæ maior est circunferentia circuli ex b c/quã percurrit e c parallelogrãmum. Ideo parallelogrãmũ c h maius corpus addit columnæ ex a b c d descriptæ q̃ parallelogrãmũ e c. Et adhuc alia ratione c h ma-


ius corpus addit colūnę ex a b c d descriptæ: q̄ e c. Nā c h/mouetur in ambobus terminis: d c scilicet & h g. At e c: vno termino fixo b e scilicet/mouetur. Dupli- ci igitur ratione/c h maius corpus addit columnæ ex a b c d descriptę: q̄ e c. Ad dit enim 5 quartas: & e c/solum addit 2 secundā. Nam columna ex a b g h colū næ ex a b c d descriptæ: est dupla sesquiquarta. vt dictum est. At columna ex a e f d/columnæ ex a b c d: solum est sesqualtera. His habitis. Describo semicir- culum a b c/sitq; cētrum d/ab ipso educo perpendicularē per 11 primi Euclidis d b: erit b punctus medietatis circunferentiæ a b c. cum b d c: sit angulus rectus. & ideo b c: quadrans erit. Rursus a puncto b educo æquidistantem ad a c per 31 primi Euclidis. & sit e f. sitq; e f æqualis arcui quadrātis. & sit e b: æqualis b f. De inde a punctis e & f educo perpendiculares super a c per 11 primi Euclidis: quæ sint f g & e h. erit rectangula e f g h per præmissa æqualis semicirculo a b c. quia fit ex multiplicatione semidiametri: in quartam partē circūferentiæ. Igitur por- tio c k g: æqualis erit k b f. Itidem a i h: æqualis erit i b e. Rursus si moueatur se- micircul⁹ a b c/stante a c/describetur sphera cuius axis siue diametrus erit a c. Si vero circūuoluatur rectangula e f g h stante h g: describetur columna rotunda/ cuius bases erūt vt sectores spheræ. Altitudo vero vt pars quarta circūferentiæ ipsius sectoris: quę colūna maior erit sphera. Patet. ponatur mobile h i b k g/q̄d moueatur stante h g: describetur colūna mixta/siue portio spheræ: addēdo mo bili portiones k b f: & c k g æquales. Itidem i b e & h i a etiam æquales inuicē: & prioribus/non æqualem percurrūt circūferentiam. Nam portiones k b f: & i b e/ percurrūt circūferentiam circuli ex b d. portiones vero c k g/& h i a: percurrunt circūferentiam circuli ex g k vel h i æquales. modo circūferētia circuli ex b d: lō- ge maior est circūferentia circuli ex g k vel h i. quare per iā dicta maius corpus addūt portiones k b f & i b e colūnæ ex h i b k g descriptæ/si moueātur simul cum ipso mobili: q̄ portiones c k g & h i a/prioribus æquales. Alia ratio. Nam portiones k b f & i b e in ambobus terminis mouentur: scilicet i b/b e/& k b/b f. Portiones vero c k g & h i a/vno stante termino mouenť: scilicet a h & g c. omni ratione patet colūnam ex mobili e f g h/stante h g descriptā: maiorem esse sphe ra ex a b c/q̄ q̄ ipsa mobilia æqualia sint/& vno termino stante moueantur/& si- militer in eodem tēpore absoluant suos motus. At quia omnes portiones vni⁹ mobilis non per æquales circūferentias percurrūt/per quas portiones æquales alterius: ideo diuersa producere corpora est necesse. Cōtinue enī portiones mo- bilis a b c/a puncto b siue ascendendo siue descēdendo per minores percurrūt circūferentias: q̄ portiones ipsis æquales in mobili e f g h/ascēdendo vel descē- dendo a puncto b. vt constat. Ideo necesse est mobile a b c minus corpus descri bere. Ex hoc constat columnam cuius basis æquatur sectori alicuius spheræ: & altitudo æquatur quartæ parti circunferentiæ sphere/maiorem esse sphera. Vo- lumus insuper venari modo p̄misso columnā rotundam minorem sphera: ex æquali mobili quo sphera describitur. Describo semicirculum priori æqualem: qui sit l m n/sitq; centrū o/& ab ipso educo perpendicularē super l n & sit o m/& a punctis l & n/educo æquidistantes ad o m/quæ sint n q & l p æquales/& æquales octauæ parti circūferentiæ circuli/cuius diametrus erit vt l n. traho p q/& vbi se- cat o m pono s: erit p q n l rectāgula æqualis semicirculo. quia fit ex multiplica tione diametri in octauam partem circūferentiæ: quę multiplicatio producit re ctāgulam circulo æqualem. vt dictum est. Si enim mouetur rectāgula latere l n fixo circulariter/colūnam rotūdam describet: cuius altitudo erit diametrus cir- culi. At basis circulus erit: cuius semidiametrus æqualis est octauæ parti circun ferētię circuli/cuius diametrus est vt eius altitudo. quā columnam dico minorē sphera cuius axis siue diametrus æquatur suæ altitudini. Patet vt prius. Nam si moueatur superficies sub duabus rectis l n & r t/& duabus curuis l r & n t/stante l n: fiet columna. Ad q̄d mobile si addātur portiones æquales t n q/r l p/& lunu la sub r m t & r t/maius corpus additur ex lunula: q̄ ex aliis duab⁹ portionibus simul. q̄ q̄ istæ duæ portiones scilicet r l p & t n q æquētur lunulæ. vt de se cōstat: eo q̄ rectangula/semicirculo sit æqualis. Et ratio est. Nam lunula maiorem am bit circūferentiam: q̄ aliç portiones. lunula enim ambit circunferentiam circuli


ex o m:& cæteræ portiones solũ ambiũt circũferẽtiã circuli ex n q vel l p/q̃ longe minor est circunferentia circuli ex o m. Constat igitur colũnam ex rectangula p q n l/stante l n/descripta: minorem esse sphera ex semicirculo l m n/stante l n/q̃ q̃ rectangula semicirculo sit æqualis per hypothesim. Et prius fuit manifestũ columnam cuius altitudo æquatur quartæ parti circunferentiæ circuli maximi spheræ/& basis ipsi sectori: maiorem esse sphera. Vnde constat nõ esse inconueniens ex eisdem aut æqualibus mobilib⁹ (quæ superficies sunt) vno stante termino: diuersa & inæqualia producere corpora. qđ tamen est incõueniens: si nullo stante termino æqualiter moueantur secundum altitudinem æqualem. vt istæ duæ rectangulæ sunt æquales scilicet e f g h/& p q n l:& tamen e f g h motu suo/stãte h g/maius describit corpus/q̃ p q n l/stante l n. vt cõstat. At si vtrũq; mobile secundum æqualem lineam moueantur æqualiter/nullo termino fixo: æqualia producent corpora: eo ꝙ æqualis erunt altitudinis in hoc/ꝙ per æqualem mouentur lineam:& bases corporum/erunt mobilia. Igitur per 8 duodecimi Euclidis: corpora erunt æqualia. Describo columnam rotundam cuius basis sit vt circulus ex d b descriptus:& altitudo vt e f/quæ est (vt dictum est) pars quarta circunferentiæ circuli basis. Sit igitur ista columna a b c d. Vnde a b c d: erit sector columnæ/factus ex sectione ipsius/a diametro basis vnius/ad diametrũ basis alterius/qui sector est circulo æqualis. quia productus est ex multiplicatione diametri in quartam partẽ circunferentiæ. Et ipsa columna per p̃missa maior est sphera/cuius sector erit vt circulus b c. Rursus super a b c d/colũnam fabrico æquidistantium superficierũ. cuius altitudo sit vt c d erit æqualis columnæ rotundæ. quia bases & altitudines sunt æquales:& tantum vna capit basis q̃tum altera/nec plus nec minus/secundum earum totales extensiones/& secundum æqualem altitudinem. Igitur erunt æquales per præmissa. Rursus columna cuius basis erit a b c d/& altitudo vt c d: habebit ex suis superficiebus lateralibus duas æquales basibus/& duas quadratas/quarũ latera erũt vt c d. sit igiẽ c d e f quadratus/& sup hãc superficiẽ erigaẽ colũna a b c d: tunc eius bases quadratæ erũt/& quatuor eius superficies laterales inuicem æquales erunt. q̃a erũt æquales circulo: cui⁹ diametrus erit vt altitudo scilicet b c. Vnde cõstat: hanc columnam priori ęqualem esse. Quo fit: vt columna cuius altitudo est vt diametrus spheræ/& latus basis quadratæ vt pars quarta circunferentiæ sectoris ipsius spheræ/sit maior sphera. Ex his statim constabit: veritas aut falsitas propositionis. Recipio per tertium præmissum/duo continue media proportionalia inter b c altitudinem & c f latus basis quadratæ: quæ sint h i & k l. sic ꝙ sicut c f ad h i: ita h i ad k l & k l ad b c. erit per penultimã: h i latus basis cubi colũnæ æqualis. Vnde cubus cuius latus basis erit vt h i: maior erit sphera cui⁹ sector erit circulus b c. Sed h i: est mior q̃ lat⁹ quadrati circulo æqualis/siue parallelogrãmo a b c d. qđ idem est. Nam latus illud: est medium proportionale inter b c & c f. Sed h i: est medium proportionale inter c f & k l. quæ est minor b c. igitur necessario medium proportionale inter b c & c f: maius est recta h i. Vnde a fortiori cubus cuius basis æqualis erit circulo c b: maior erit sphera/cuius sector erit vt circulus c b. Et quia maior: ideo sector spheræ æqualis cubo/maior erit base cubi. Vñ sphera cuius sector est ęqualis basi alicuius cubi: necessario erit minor cubo. Et cubus cuius basis æqualis erit sectori alicuius spheræ: erit maior sphera. Et hæc est veritas. Constat igitur non hic recte aduertisse de Cusa. Consimili errore deceptus est alius: in de cubicatione spheræ/& in sua geometria vulgari/ vbi palam ponit basem cubi spheræ æqualis/æqualem sectori spheræ. & econuerso. Rursus alius error ipsius pp̃editur in de cubicatiõe spheræ & in sua geometria vulgari: vbi ponit colũnam æqualem spheræ esse/cuius basis est sector spheræ. Altitudo vero vt pars quarta circunferentiæ ipsius sectoris: quam pro











bauimus maiorẽ. quare etiam vt ipse vult: non erit pyramis sphereæ æqualis/cuius basis æquatur sectori sphereæ. Altitudo vero: tripla est longitudine quartæ parti circunferentiæ sectoris. Esset enim talis pyramis: æqualis columnę cuius basis sectori sphereæ æquatur. Altitudo vero: vt pars quarta circunferentiæ sectoris/quæ est maior sphera. quare etiam & pyramis.


¶Cubos plures: si in vnũ colligere optas: reduc superficiem quadratã.

¶Sint dati duo cubi æquales: quorũ bases sint vt a b c d & e f g h/quæ erũt etiam æquales/cubum cubo coapto: & fiet columna/cuius basis quadrata/erit æqualis quadrato a b c d. Altitudo vero/vt linea æqualis b c & f g simul: quæ sit i k. Recipio per tertium præmissum/inter i k & b c duo media continue proportionalia: quæ sint l m & l n/erit per primam huius l m latus basis cubi colũnæ æqualis: & ex consequenti/duobus cubis propositis. 4

¶Si duos inæquales ad vnũ reducere ꝓponis: reduc primo minorẽ.

¶Sint dati duo cubi inæquales: quorum bases sint vt quadrata a b c d & e f g h. volo tertium inuenire ipsis simul/ęqualem. Recipio per 9 sexti Euclidis: vnũ medium proportionale inter d c & e f/& sit f i. Deinde ad e f i f/& d c: inuenio quartam continue proportionalem/sic. Nam per 10 sexti Euclidis inuento ad i f & d c tertiam continue proportionalem quæ sit k f: erunt istæ quattuor cõtinue proportionales/e f/i f/d c/& k f. duco k f quartã continue proportionalem post latus basis cubi minoris in quadratum/qui sit l m n o: super quem columnam superficierum æquidistantium fabrico/cuius altitudo æquetur altitudini cubi maioris. sit igitur columna p l o q: erit æqualis cubo minori. qđ patere dicit de Cusa: ex opposito conuersionis columnæ in cubum. Est enim per primam huius manifestum si inter p l & l m/duo recipiantur media continue proportionalia: minus erit latus basis cubi columnæ æqualis. Modo cum p l æqualis supponatũ e f/& l m ęqualis f k/& inter e f & f k istæ duæ scilicet c d & i f sint cõtinue proportionales: erit d c latus basis cubi columnæ æqualis. quare columna p l o q: æqualis erit cubo minori. Rursus iungo quadratum l m n o quadrato e f g h: sic. traho p o: erit p o/latus quadrati æqualis duobus prædictis quadratis. cum per 46 primi Euclidis: contineat quadrata ex p q & ex q o/quæ æquantur prædictis quadratis. Deinde duco æqualem p o in quadratum/& sit quadratus r s t v/supra quem fabrico columnam superficierum æquidistantium/cuius altitudo sit æqualis l p vel e f/quod idem est/& sit columna x r v y: erit ipsa columna æqualis duobus cubis propositis. Nam si ab ipsa columna resecetur columna/cuius basis sit vt quadratus e f g h: residuum columnæ erit colum- 5

na cuius basis erit vt l m n o, quare residuum: erit æquale columnæ p l o q. At cum latus basis quadratæ columnæ x r v y scilicet r s: maius sit longitudine scilicet x r: si duo media continue proportionalia per tertium præmissum recipiantur inter x r & r s/ quæ sint t o & t i/ sic q sicut t v ad t i/ ita t i ad t o & t o ad v y: erit t i maius medium/ latus basis cubi columnæ æqualis per primam huius. Et ex consequenti: t i erit latus basis cubi æqualis duobus cubis propositis/ scilicet quorum bases erunt vt quadrata a b c d/ & e f g h. Cætera in litera: sunt manifesta.



ℭSi columnam longuam in breuem/ vel breuem in longuã reducere.


6 ℭSit data columna a b c d: cuius basis b m e c quadrata sit/ quã in breuem volo resoluere/ sic q eius longitudo sit vt c f. Primo per primam huius: in cubum æqualem resoluo/ cuius basis sit h i k l. Deinde vt in præmissa de duobus cubis inæqualibus dictum est: procedo. Recipio per 9 sexti Euclidis: inter c f & h i medium vnum proportionale/ qđ sit n o. Deinde ad c f/ n o & h i/ do quartã continue proportionalem per 10 sexti Euclidis: scilicet dando ad n o & h i tertiam cõtinue proportionalẽ/ quæ sit n p/ erit n p latus basis quadratæ columnæ quæsitæ æqualis cubo cuius latus basis est vt h i. Patet. Nam recipiendo duo media continue proportionalia inter n p & c f: erit minus latus basis cubi colũnę æqualis/ cuius scilicet longitudo erit vt c f/ & latus basis quadratæ vt n p. Modo inter n p & c f: istæ sunt continuæ proportionales n o & h i. Nam sicut n p ad h i: ita h i ad n o/ & n o ad c f. Igitur h i: erit latus basis cubi æqualis dictę columnæ. Et ex consequenti columna cuius latus basis quadratæ erit vt n p/ & altitudo vt c f: æqualis erit columnæ a b c d. Rursus eandem columnam a b c d volo in longuam reducere: sic q eius longitudo sit vt c g, eodem modo vt prius: procedẽdum est. Nam recepto medio vno proportionali inter h i latus basis cubi columnæ æqualis & c g: qđ sit q r. Iterum ad c g q r/ & h i/ do quartam cõtinue proportionalẽ modo p̃misso/ q̃ sit q s/ erit q s latus basis quadratæ columnæ quæsitæ/ cuius altitudo erit c g/ & quæ columna æquabitur cubo cuius h i erit latus basis. Patet vt prius. Nam si duo media continue proportionalia recipiantur inter c g altitudinem & q s latus basis quadratæ: erit minus medium latus basis cubi columnæ æqualis per primã huius. Modo q r & h i: sunt duæ continue proportionales inter c g & q s. quare h i: erit latus basis cubi columnæ æqualis. Vnde sicut columna cui⁹ altitudo est c g & latus basis quadratæ q s/ æquatur cubo cuius latus basis est h i: ita ex consequẽti æquabitur columnæ a b c d. quod est propositum.


ℭSic si plurium columnarum æqualium/ vel inæqualium vnã datæ.


7 ℭNam si æquales: rectam recipe æqualem omnibus altitudinibus. & inter illã rectam & latus basis quadratæ duo recipe media continue proportionalia/ & qđ illorum proximum erit lateri basis quadratæ: erit latus basis cubi omnibus columnis æqualis. Deinde cubus ille in columnam longuam vel breuẽ vt in præmissa dictum est: resoluatur. Si vero inæquales: prius per penultimam ad altitudinẽ vnius reducantur. Deinde operetur modo iam præmisso. Qđ autem subiungit de Cusa. ℭSed in hoc opus est. ℭAduertẽdum est quotiescunq; cubus in columnam reducitur/ sic q altitudo columnæ minor sit latere basis cubi: tũc talis columnæ latus basis quadratæ/ maius erit sua altitudine. Ideo ne quis inaduertentia errorem committat: in receptione lateris basis quadratæ talis columnæ/ aduertere debet/ q postq̃ inter longitudinem datam & latus basis cubi medium recepit proportionale/ tunc semper quarta continue ꝓportionalis ad istas tres/ erit latus quæsitum. Sed hæ tres sic ordinari habẽt in omnibus longitudinibus: scilicet vt prima sit longitudo data/ secunda medium proportionale/ tertia latus basis cubi. Vnde quarta: semper latus erit basis quadratæ columnæ.


ℭSi autem spheram in pyramidem transmutare quæris: fac q basis.

ℭEst aduertendũ q quodlibet corpus regulare/ tot pyramides ęquales cõtinet/ quot bases habet/ quarum altitudo est recta a cẽtro corporis ad centrum ba-












ſis ducta. Vnde ſi cuiuſlibet corporis regularis ſuperficies in rectam reſoluatur æqualem/& ſuper eam fabricetur pyramis/cuius altitudo ſit vt recta ducta a cẽtro corporis ad centrum baſis: erit pyramis toti corpori æqualis. Patet ſic. proponatur tetrahedrum: & ſecetur per rectas quæ iungunt baſes vſq ad centrum tetrahedri/diuidetur tetrahedrum in quatuor pyramides æquales ſecundum numerũ ſuarum baſium quæ erunt inuicẽ æquales. eo ꝙ baſes & altitudines: ſunt æquales. Eſt enim ſemper recta illa a centro corporis regularis ad centrum baſis ducta: ſemidiametrus ſiue ſemiaxis ſpheræ inſcribendæ in omni corpore regulari. Erit igiť tetrahedrũ ad quãlibet pyramidẽ quadruplũ. Dico ſi pyramis vna conſtituatur/cuius baſis æquetur omnibus baſibus pyramidũ ſimul/ ac altitudo æquetur altitudini vnius illarum pyramidum: erit ipſa pyramis omnibus pyramidibus æqualis ſimiliter & toti tetrahedro. Patet. Nam cũ altitudines ſint æquales: erũt baſibus proportionales per ſextam duodecimi Euclidis. Sed baſis vltimæ pyramidis quæ ſcilicet facta eſt ſuper ſuperficiem æqualem omnib⁹ baſibus pyramidum: eſt quadrupla ad vnam pyramidum ex ſectione tetrahedi prouenientẽ modo prætacto. igitur per 9 quinti Euclidis: pyramis illa æqualis erit tetrahedro. Et quia hoc de omni corpore regulari verificatur: de regulariſſimo verificari eſt neceſſe. qđ eſt ſphera. In quo/baſis & angulus ſolidus coincidunt. Sed altitudines pyramidum corporum regulariũ ex ſectione modo præmiſſo prouenientium: ſunt vt recta minima quæ duci poteſt a centro corporis ad ſuperficiem ipſius. Sic altitudines pyramidum ſpheræ/erunt vt recta minima/quæ duci poteſt a centro ſpheræ ad ſuperficiem ipſius. Quo fit/vt recte dixerit de Cuſa: ꝙ pyramis cuius baſis æquatur ſuperficiei ſpheræ & altitudo ſemidiametro ſpheræ/(cum ſit minima: quæ a centro ſpheræ ad ſuperficiem duci poſſit) æquatur ſpheræ. ℭ ꝗ illud forte maiorem expetat declarationem: ad præſens hæc ſufficiat, quia vera. Ex iſta ſequitur ꝙ columna cuius baſis æquatur quartæ parti ſuperficiei ſpheræ/ & altitudo ſemidiametro: æqualis eſt tribus quartis ſpheræ. Nam per 8 & per 9 duodecimi: erit tripla ad pyramidem cuius baſis æqualis erit etiam quartæ parti ſuperficiei ſpheræ/altitudo vero ſemidiametro ſpheræ. & hæc pyramis: pars quarta eſt pyramidis æqualis ſpheræ. Vnde rurſus ſequitur ꝙ columna cuius baſis æquatur quartæ parti ſuꝑficiei ſpheræ/& altitudo vt duæ tertię diametri ſpheræ: ſit æqualis ſpheræ. Sit data ſphera a: & ſit b c d e quadratus æqualis quartæ parti ſuperficiei ipſius ſpheræ. ſuper eum fabrico pyramidẽ m g n/cuius altitudo f g æqualis ſit ſemidiametro ſpheræ: erit ipſa pyramis pars quarta ſpheræ. Nam pyramis cui⁹ baſis quadrupla erit ad b c d e/& altitudo æqualis f g: eſt æqualis ſpheræ. & eſt per ſextam duodecimi Euclidis: quadrupla ad pyramidem m g e. quare ipſa erit pars quarta ſpherę a. Rurſus columna m h i n ſit ſuper b c d e baſem/ & altitudo vt f g: erit per 8 duodecimi Euclidis/tripla ad pyramidẽ m g n. quare erit vt 3 quartę ſpheræ a. Rurſus ſit h k ſiſr̃ et i l vt pars tertia de f g: erit colũna m k l n vt 4. tertię colũnæ m h i n. quia n l altitudo: eſt vt 4. tertię de f g. & cũ ſint ſuꝑ ęquales baſes: ex hoc poſſunt dici ęqualis altitudinis: puta: ſi iaceãt ſuꝑ ſuꝑficiẽ lateralẽ. Vnde baſis minoris: erit vt rectãgula h m n i. Maioris baſis: erit rectãgula k m n l. Vnde per primã ſexti Euclidis/ſicut k m ad h m lõgitudine: ita rectangula k m n l ad rectangulam h m n i. Et per 33 vndecimi Euclidis/ſicut rectangula k m n l ad rectangulam h m n i: ita maior columna ad minorem. quia tunc earum altitudo vna erit: ſcilicet vt b e. Vnde conſtat columnam maiorem ad minorem eſſe ſeſquitertiam. quartæ æqualem ſpheræ. Et quia h m eſt ſemidiametrus ſpheræ/& k m quatuor tertiæ ipſius ſemidiametri: erit k m vt duæ tertiæ diametri ſpheræ. Nã h m ſunt 3 ſextę diametri ſpheræ: & k m 4. ſextæ. quare k m facit 2. tertias diametri ſpheræ. Ex hoc conſtat columnam æqualem eſſe ſpheræ cuius baſis æquatur quartæ parti ſuperficiei ſpheræ: & altitudo æquatur duabus tertiis diametri ſpheræ quod fuit probandum.


ℭSi quis dixerit ſunt ſpheræ duæ: quarũ maior eſt dupla ad minorẽ:

9 ¶Hic supponit de Cusa: φ superficies spheræ æquetur quatuor maximis circulis ipsius spheræ. Et istud: ab Archimede probatum esse dicit. vti videbimus in de complementis mathematicis. Quo supposito: verum erit columnam ad spheram sesqualteram esse / cuius basis æquatur maximo circulo. altitudo vero: diametro spheræ. Patet. sit data columna a b c d / & sit a b æqualis b c: erit columna a b c d sesqualtera spheræ cuius sector erit: vt basis columnæ / scilicet vt circulus b c. Nam per præmissam si super circulum b c fabricauero columnam cuius altitudo sit vt ⅔ tertię b c / quæ sit e b c f: erit columna spheræ æqualis. cũ supponaт b c circulus: esse æqualis quartæ parti superficiei spheræ / cuius b c erit diametrus siue axis. Modo a e & d f: addunt altitudine vnam tertiam de b c. Vnde si columna a b c d diuidatur per e f / & g h / posito φ e g æqualis sit g b: in tres columnas æquales diuidetur. cum bases & altitudines: sint æquales. quare a d e f: erit medietas de e b c f. Et ex consequenti a b c d columna: sesqualtera erit spheræ / cuius sector erit vt basis. quia sesqualtera est columnæ e b c f: quæ est ipsi spheræ æqualis. Quomodo vero Archimedes probet superficiem spheræ æqualem esse quatuor circulis maximis: nondum vidimus. Ponit enim Bouillus esse æqualem quatuor quadratis isoperimetris circulo maximo: in sua geometria vulgari. hoc tamen non probat. Scimus tamen esse maiorem: q̃ Bouillus dicat. vt paucis demonstrabimus. Supponimus primo circumferentiam circuli ad diametrum longitudine maiorem seruare proportionem: tripla sesquinona. & hoc sensibili appræhensione videri potest. Scimus enim eam esse maiorem tripla sesquioctaua: a fortiori maior erit tripla sesquinona. Secundo est manifestum ex 4. secundi cap. si recta detur ęqualis arcui dato / & semidiameter circuli cuius est arcus ducatur in mediatẽ: fit rectangula æqualis portioni circuli quam capit arcus cũ sectonbus. Vt sit descriptus circulus a b / & sit c b d arcus quadrantis: sitq; e b f contingens æqualis arcui quadrantis / & e b æqualis sit b f. duco a b in b f: & fit rectangula a b f g æqualis portioni quam capit arcus quadrantis cum sectotibus a c & a d. Nam per secundam secundi cap. multiplicatio a b in duplam longitudine ad e f / quæ erit vt medietas circũferẽtiæ circuli a b / facit rectangulam æqualem circulo. quare multiplicatio a b / in e f: faciet rectangulam æqualem medietati circuli a b. & multiplicatio a b in b f: faciet rectangulam æqualem quartæ parti circuli. Traho ad e & f: rectas a e & a f. Vnde triangulus e a f: æqualis erit rectangulæ a b f g. cum a b f æqualis sit a b e per 4. primi Euclidis: & f g a æqualis a b f per 34. primi Euclidis. Igitur e a f: æqualis erit quartæ parti circuli a b. Rursus circulo a b circunscribo quadratum h i k l: continuo a d & a c vsq; l & h. est manifestum h a l facere quartã partẽ quadrati h i k l. & cũ h a l triãgulꝰ æqualis sit altitudinis cũ triangulo e a f: erit triangulus h a l triangulo e a f sicut h l ad e f lõgitudine ꝑ primã sexti Euclidis. Ex his cõstat φ sicut se habet latus quadrati circulo circunscripti ad rectam æqualem quartæ parti circunferentiæ circuli longitudine: ita pars quarta quadrati ad quartam partem circuli. & ita de aliis tribus lateribus: ad tres alias rectas æquales tribus quartis circumferentiæ circuli. Igitur per 33 quinti Euclidis: erit quadratus circulo circunscriptus ad ipsum circulum / sicut circunferentia quadrati ad circunferentiam circuli longitudine. Et eodem modo dicendum est de omnibus polygoniis circulo circunscriptis: φ scilicet tenent ad ipsum circulum proportionem / quam tenent circunferentiæ ipsarum polygoniarum ad circunferentiam circuli longitudine. Et cum latus quadrati circulo circunscripti / æquale sit diametro circuli: erit circunferentia quadrati longitudine 36 / si diametrus circuli / sit longitudine 9. Et dictum est: circunferentiam circuli ad diametrum longitudine maiorem seruare proportionem / tripla sesquinona. Igitur circunferentia circuli: maior erit longitudine 28. Et ex consequenti quadratus circulo circunscriptus ad ipsum circulum / minorem seruabit proportionem / q̃ 36 ad 28. quod diducet. nam crescente numero longitudinis circunferentiæ:












est manifestum decrescere proportionem quadrati circulo circunscripti / ad ipsum circulum. Rursus describo colũnam f g h i cuius basis quadrata sit b c d e / in qua inscribo circulum g h: per quem intelligo colũnam rotundã cuius altitudo sit æqualis altitudini colũnæ lateratæ scilicet f g h i. Vnde quia per secũdam huius cap. monstratum est colũnam æqualem esse columnæ rotundæ: cuius basis quadrata æquatur circulo basis rotundę / & altitudo altitudini. erit ex consequenti per 33 vndecimi Euclidis: columna f g h i laterata / ad columnam f g h i rotundam / sicut quadratus b c d e / ad circulum sibi inscriptum scilicet g h. Sed per p̃missa quadratus b c d e ad circulum sibi inscriptum / minorem seruat proportionem: q̃ 36 ad 28: quæ proportio / est superbipertiens septimas. Ex hoc liquet omnem columnam cuius basis quadrata est / ad columnam rotundam æqualis altitudinis / & cuius circulus basis æqualis est circulo inscripto quadrato basis columnæ lateratæ: minorẽ seruare proportionẽ superbipertiente septimas. Sit igitur b c d e quadratus isoperimeter circulo a in superiore figura: erit quadratus (vt vult bouillus) pars quarta supeficiei sphere cuius sector erit vt circulus a super quem fabrico columnam g f i h / cuius altitudo sit æqualis diametro circuli a quæ altitudo est / vt g f: erit ista columna ad spheram sesqualtera per iam ostensa. Patet sic. Diuido g f in tria æqualia: & sit k f vt vna tertia de g f. traho a puncto k per 31 primi Euclidis æquidistantem ad f i & sit k l. erit columna k g h l æqualis spheræ. Nam ad fabricandam colũnam æqualem spheræ super quartã partem superficiei spheræ: non potest sumi altitudo maior nec minor duabus tertiis diametri spheræ siue axis per p̃missam. Erit igitur k g h l columna: æqualis spheræ. Patet igitur columnam f g h i: sesqualterã esse spheræ / cuius sector erit vt circulus a. quia sesqualtera est columnæ æqualis spheræ: scilicet columnæ k g h l. Rursus quadrato basis inscribo circulum g m h: super quem intelligo columnam rotundam cuius altitudo sit vt g f. tunc columna f g h i laterata / ad columnam f g h i rotũdam / minorem seruabit proportionem superbipertiente septimas. Longe igitur columna f g h i laterata / ad colũnam f g h i rotundam / minorem seruat proportionem: q̃ ad colũnam k g h l / ad quã est sesqualtera. Et ex consequenti columna f g h i rotunda: longe maior erit columna k g h l / per secundam partem 8 quinti Euclidis. Et in demonstratione 3 huius cap. monstratum est colũnam rotundam cuius altitudo æquatur diametro alicuius spheræ / & circuli basis semidiametrus æqualis est octauæ parti circunferentiæ circuli maximi / siue sectoris ipsius spheræ / minorem esse sphera. & sic est q̃ columna f g h i rotunda / habet altitudinem æqualem diametro sphere cuius circulus maximus erit vt circulus a: & ipsius columnæ semidiametrus circuli basis scilicet g m æquatur octauæ parti circunferentię circuli a / siue sectoris ipsius spheræ. Est enim g h æqualis b e: quæ est pars quarta circunferentiæ ipsius circuli a. Igitur colũna f g h i rotunda: minor erit sphera cuius sector erit vt circulus a. Nam columna rotunda f g h i: describitur ex rectangula cuius altitudo est vt diametrus spheræ / basis vt octaua pars circunferẽtiæ sectoris spheræ / & latus fixum rectangulæ / est vt diametrus spheræ. prout est expressum: in demonstratione 3 huius cap. Si enim educta propendicularis a pũcto m / super g h vsq̃ f i fuerit: quæ sit m n / omnia lucida erunt. Rursus cum columna rotunda f g h i sit minor sphera / cuius sector est vt circulus a: a fortiori columna k g h l erit longe minor. Et cum supra quartam partem superficiei spheræ / cuius sector erit vt circulus a: non possit maior nec minor altitudo g k poni ad habendam columnam æqualem spheræ: sequitur q̃ colũna æqualis spheræ cuius sector erit circulus a / & cuius colũnæ altitudo est vt g k: longe maiorem habeat basem quadrato b c d e: quod fuit probandum. Non igitur recte sensit is qui dixit superficiem spheræ æquari quatuor quadratis isoperimetris circulo maximo ipsius spheræ / vel quatuor quadratis quorum latera æquantur quartæ parti circũferentiæ ipsius maximi circuli quod idem est. Hæc adducit Archimedes: in demonstratione / qua nititur demonstrare quo modo inter duas datas dentur duæ continuæ proportionales. Hæc est eius demonstratio. Sint datæ istæ duæ a





b & c d: iubet colũnam facere cuius altitudo sit vt a b/ & diametrus circuli basis vt c d/& sit colũna e h f. Rursus iubet ad ipsam colũnam dare spheram ad quam colũna ipsa sit sesquialtera: & sit sphera o. Deinde cõstituit colũnam rotundam cuius basis circulo o æquatur: qui est maximus circulus sphere o. altitudo vero: vt axis spheræ. & sit i m k columna. erit ipsa colũna vt ibidem dicit




ipse Archimedes/sesqualtera ad spherã o. qđ etiam prætẽdit præsens propositio. Quia igitur e h f & i m k/ad spheram o eandem seruãt proportionem: erũt per 9 quinti Euclidis æquales. & ex consequẽti per 34. vndecimi Euclidis: erũt bases suis altitudinibus mutuæ/hoc est bases erũt altitudinib⁹ retransitiue proportionales. Sicut igitur basis i k ad basem e f: ita g h ad l m lõgitudine. Sed per secundam duodecimi Euclidis: basis i k ad basem e f/ se habet sicut potestas siue quadratus de i k/ad potestatẽ de e f. Igitur sicut i k ad e f potestate: ita g h ad l m longitudine. istud facile sic potest capi. quia supponuntur colũnæ æquales: resecetur de g h excessus super l m & sit h r. Vnde quia colũnæ e f & i m k sunt æque altę: erunt suis basibus proportionales. sit i k circulus ad e f circulũ sesquitertius: erit pariter colũna i m k ad e r f colũnã sesquitertia p xi duodecimi Euclidis. & similiter e h f: erit sesquitertia ad e r f. cum h f: sit æqualis i m k. quare r h: erit vna tertia de g r: cum r h addat vnã tertiã colũnæ e r f. Vnde tres colũnæ quarũ bases erũt vt e f circulus/& altitudo r h: erũt simul æquales colũnæ e r f. Ex quo patet g h ad g r siue l m sesquitertiã esse lõgitudine: sicut i k ad e f est potestate sesquitertia. Rursus cũ l m æqualis sit i k: sequitur q sicut e f ad i k potestate/ ita i k vel l m ad g h longitudine/p 34. vndecimi Euclidis. Rursus ad e f & i k per 10 sexti Euclidis do tertiã cõtinue proportionalẽ quę sit t v: q̃ erit æqualis mediæ ꝓportionali inter i k & g h/quæ sit p q/erũtq; i k & p q siue t v duæ cõtinue proportionales inter e f & g h. Patet sic. Nam cum iste tres sint continue proportionales e f/i k/& t v: erit per correlarium 17 sexti Euclidis/e f ad t v lõgitudine/sicut e f ad e k potestate. quare per xi quinti Euclidis istę proportiones scilicet e f ad t v/& i k ad g h: longitudine erunt æqua-

t v

p q

les. quia vni sunt æquales: scilicet e f ad e k potestate. Vnde quia sicut e f ad t v longitudine: ita i k ad g h lõgitudine. erit permutatim e f ad i k: sicut t v ad g h. Sed sicut e f ad i k: ita i k ad t v. quare rursus per eandem xi quinti Euclidis: istæ proportiones erunt æquales i k ad t v & t v ad g h. quia vni sunt æquales: scilicet e f ad i k. Vnde constat has tres proportiones esse æquales: scilicet e f ad i k/i k ad t v/& t v ad g h. sicq; inter e f & g h istæ duæ scilicet i k & t v: erunt



cõtinue proportionales. Rursus cũ t v media sit proportionalis inter i k & g h: similiter & p q: erunt necessario t v & p q æqaules. Recipiẽdo igitur mediũ proportionale (admissa hypothesi) inter i k & g h qđ est p q: erũt duæ assignatæ cõtinue proportionales inter e f & g h/siue inter c d & a b. quod fuit propositũ. At cum non possit dari ad colũnam e h f sphera/ad quã sit sesqualtera: nisi inuenta linea ad quã minor se habeat potestate/sicut inuẽta ad maiorẽ lõgitudine. & hoc est qđ quæritur. quod supponit Archimedes. Ideo ibi supponit: quod quærit. Nam linea inuenienda: esse debet axis sphæræ. quia constituenda est columna vna rotunda cuius altitudo/similiter & diametrus circuli basis: erit inuenienda. vt est colũna i m k. Et ipsa inuenienda scilicet i k: semper vnũ mediorum exhibet. Vnde liquet si vnũ mediũ duorum quæsitorũ detur: facile erit inuenire & reliquum. Nam semp quodcũq; illud sit/ad vnã datarum se habebit longitudine sicut reliqua ad ipsum potestate. Et hæc omnia in figuris istis: contẽplari est facile. Sed de his hactenus.


LIBELLI DE GEOMETRICIS TRANSMVTATIONIBVS R.P. NICOLAI DE CVSA CARD. CVM ANNOTATIONIBVS OMNISANCTI CANONICI COENOBII LIVRIACENSIS.
FINIS.

NICOLAI DE CVSA CARD. AD PAVLVM PHISICVM/OPTIMVM ATQVE DOCTISS. VIRVM DE ARITHMETICIS COMPLEMENTIS.

1 PAule optime pauca quædã complemẽta de arithmeticis habitudinibus: q̃uis tibi atq; oĩbus nota eẽ possint/ex iis quæ in tractatu geometricarũ trãsmutationũ enodaui/a te corrigẽda/impigre tamen/ea subieci. Dico autẽ φ coincidẽtia anguli & lineæ in diuersis polygoniis isoperimetris: nos ducit ad circulũ isoperimetrũ, vt ostendimus in primo geometricarũ transmutationũ supposito. hinc via nobis patet ea/quę ad cõplemẽtum arithmeticæ spectãt: omni attingibili modo numerãdi. Id autẽ quod dico pricipaliter hacten⁹ ignoratũ fuit: habitudo scilicet chordæ ad arcũ. In cuius notitia: cõplementũ illud cõsistit. qua scita: nihil difficile manebit arithmetice numerãdi. Fuerunt viri diligẽtissimi/ quorũ princeps videtur Archimedes: qui ostenderũt circũferẽtiam circuli triplã in habitudine ad diametrũ additis plus decẽ septuagesimis primis ipsius diametri/ & minus decem septuagesimis. & hanc propinquitatẽ: præcisiorẽ cõtinue fieri posse ostenderũt. Non tamẽ tradiderũt vbi numero inattingibilis pcisio: latitaret. Nam & si non possit numerari costa/numerato diametro quadrati: pertingitur tamen ad numerũ cuius radicẽ si numerari posset/scimus innumerabilem costam. Tale quid non repperi veteres aut sciuisse: aut saltem nobis tradidisse.


2 ℭVerum si hoc sciri poterit: artẽ ex iã traditis sic venari posse cõiicio. & figurã vltimã quã ibi posui: breuitatis causa hic ptermitto. Cõstat autẽ: quoniã habitudo lateris/hexagoni ad semidiametrũ circuli circũscripti trigono isoperimetro/in quadratis nota est. cũ quadratum d g si est 4: quadratũ lateris hexagoni isoperimetri (quoniã est medietas chordæ subtensę tertiæ parti circũferentiæ eiusdẽ circuli) est vt tria. notũ est cõsequẽter: e d quadratũ. quoniã si quadratũ d g/ est 4/quadratũ e d est 9: cum d g sit duplũ ad g e. sic erit f c nota. quia est latus hexagonicũ/ cuius quadratũ est vt tria/ in habitudine qua quadratũ d g est vt 4. erit similiter e g: sic nota. Sic erunt lineæ e d & e f: notæ. Et quoniã trianguli e g l & e c n sunt æquianguli: latera eiũdem tenent proportionẽ. Eadem ergo est proportio g e ad e l: quę est c e ad e n.

3 ℭInueniantur igitur duæ quantitates quarũ maior se habeat ad e g sicut minor ad e c: sic φ subtracta maiori de e d/& minori de e f/remanentia sint æqualia. remanens illud: est semidiameter circuli isoperimetri polygoniæ hexagonę vel trigonæ/quę sunt isoperimetrę. Et quia habitudo peripheriæ polygoniæ ad d e est nota/& habitudo semidiametri circuli isoperimetri ad d e est nota: erit habitudo dia-



merri ad circunfertntiam omni scibili modo nota, vt scias quid sit id quod quaeris: quod numerus non attingit, vt ignorãtiam ac defectus rationis numerantis, videat intellectus.

¶Palam ex his est: posse omnẽ habitudinẽ quarũcunq; chordarũ ad 4
arcũ atq; diametrũ inquiri. Nam si loco hexagoni qualẽcunq; polygoniam receperis: omnia vti in hexogona posse attingi manifestũ est. Et vt id ipsum intueamur, Describamus semicirculũ: cuius semidiameter sit vt semidiameter circuli circũscripti trigono: & tracta semidiametro ad mediũ arc⁹ de g centro quae sit d g/ notato in arcu de d hincinde arcũ habitudinis ad circũferentiã/ secundũ latera polygoniae quae sunt chordę quaerẽdę. Puta esto q velis chordã 45 graduũ/ signabis arcũ 22 graduũ cũ 1 secũda, hincinde a pũcto d: & signa loca per s & r/ trahẽdo semichordã de s/ versus r/ quae in semidiametro d g terminata/ pũcto v signetur. Et quoniã 45 gradus sunt octaua circunferẽtiae: erit polygonia tot angulorũ & laterũ. Trahe igitur de g centro a punctũ s/ lineã. Deinde diuide lineã rectam peripheriae polygoniae trigonę in 8 partes: & medietatẽ vnius partis fac aequidistãter cadere ab s v/ inter g s & g d/ & sit x y. Deinde describe arcum super g: secundũ semidiametrũ x g/ quousq; pertingat in d g/ notando per z punctũ contactus arcus & semidiametri d g.



¶Post haec describe quadrãtes duos vt statim praemisi: pręcise facien- 5
do e d semidiametrũ aequalẽ semidiametro circuli trigono circũscripti/ & excessui eius super semidiametrũ circuli inscripti eidẽ trigono. Et e f semidiametrũ secundi quadrãtis faciendo aequalẽ lineae g x siue g z cum z y: quę est linea excessus semidiametri circuli octogono isoperimetro circunscripti/ super semidiametrũ circuli eidẽ octogono inscripti. Et trahe chordã g h: sic q g d sagitta sit circuli circunscripti trigono/ semidiameter. Et aliã chordã c k: ita q f c sit vt x g/ scilicet semidiameter circuli circunscripti octogono.

¶Trahe deinde lineã de e ad circũferentias/ cuius portiones inter ar- 6
cus & suas chordas aequẽtur: vt praemisi, quae in locis sectionum/ notẽtur vt prius: per l m & n o. Deinde inquire: vt e f/ tibi nota fiat. Nota est e d: vt praemittitur. Et nota est l m: cui aequatur n o. Nota est e l: & e g, hinc etiã habitudo e l ad e g: & e n ad e c. Cum ergo n o sit nota: inquitamus lineã e n/ & supponatur esse quaecũq; quãtitas: p cui⁹ suppositionẽ: necessario etiã secũdũ notã habitudinẽ/ quãtitas e c nota erit. Et si vera est quãtitas e n/ quã supposui: sic examino e f, secũdũ suppositionẽ/ e o nota erit: sic & c f. Substrahať de quadrato c f/ siue g x/ quadratũ x y: q̃ est nota/ & radix residui erit g y, sic erit nota z y: q̃ si fuerit vt e c/ recte supponebať. Si nõ, corrigať error: & surget q̃sitũ.


¶Tali via oẽs chordae notae erunt: quod veteres summo studio quae- 7
rentes attingere non potuerunt. Omnes hactenus praecisionẽ chordae gradus vnius/ duorũ/ quatuor/ octo/ & sic deinceps vt nosti: se ignorasse fatentur. Poterit etiã ignoti trianguli/ laterũ & angulorũ habitudo: ex scientia habitudinis arcuũ & chordarum/ & omne tale scibile sufficienter venari/ ex his dictis complementis.

8 ¶Præposita figura quæ de trigono in primo præsupposito præmittitur: alium describo super a centro circulũ/ cuius semidiameter sit vt semidiameter circuli circũscripti hexagono isoperimetro/cũ excessu quo excedit semidiametrũ circuli eidem hexagono inscripti. Et trahe diametros/se in centro orthogonaliter secantes: qui per b c d e signẽtur. Tracta chorda/cuius sagitta sit semidiameter circuli hexagono circũscripti: quã signa per f g h. Trahe deinde lineam per a pũctum/& per lineam g h: vt habeas semidiametrũ circuli circũscripti hexagono isoperimetro/quæ sit a i k. Deinde nota excessum c b prioris figuræ: super a b istius. & eo in lineã per a tractã notato: anterioretur/qui sit l a. & rectam de l super a d orthogonaliter ducito: posito m signo in cõtactu. Et quia l k secũdum positionem lateris trigoni circulo inscripti est nota/similiter a k est nota: erit l a & a g nota. Habet autẽ se l a ad a m: sicut a i ad a g. Et sicut l a ad a i: ita m a ad a g. Inueniatur igitur numerus qui se habeat in aliqua habitudine ad l a notum: ita q̃ in eadem habitudine sit alius/se habens ad a g notũ/taliter q̃ l a cum hoc numero inuento de b c substracto/idem remaneat cum eo quod remanet subtracto a g cum alio numero de a b. & numerasti semidiametrũ circuli. Lateris igitur trigoni tripla & semidiametri dupla habitudine cõsiderata: vt sic propinquitate subtili habitudinem diametri ad circũferentiam attingas.

ANNOTATIONES OMNISANCTI.

¶Paule optime pauca q̃dã cõplemẽta/de arithmeticis habitudinib⁹.

1 ¶Quanto polygonia plura habuerit latera: tanto angulus sub prima & secunda polygoniæ contẽtus/minor erit. Cum vero quis ad vltimã peruenerit polygoniam/circulũ dico: tunc ad vltimũ & minimũ angulũ similiter peruenisse dubitat nullus. vbi angulus & linea coincidunt: per quã coincidentiã ad circulum peruenitur isoperimetrũ. Et in omni polygonia hęc coincidentia necessaria est: si ad circulũ isoperimetrũ velit quis peruenire. In cuius rei consideratione/venatur de Cusa cõplementũ arithmeticę: quod maxime (vt ait) cõsistit/in habitudinis cognitione chordæ ad arcũ. Archimedes enim/in de quadratura circuli: dicit circunferentiã circuli ad diametrũ longitudine minorẽ seruare proportionẽ/tripla sesquiseptima. maiorẽ vero: tripla superdecuptiente septuagesimas primas. Numerata diametri lõgitudine: costę longitudinẽ numerare est impossibile per tertiam partem 7 decimi Euclidis. eo q̃ numeri superficierũ quadratarum diametri & costę adinuicẽ non se habẽt vt numerus quadratus ad numerũ quadratum. Ideoq; vno numerato: alterũ innumerabile esse est necesse. At quia numeri superficierũ quadratarũ noti sunt: ideo pertingitur ad numerũ cuius radicem numerarĩ si posset: cognosceretur numerus longitudinis costę. & in isto numero superficiei quadratę: latitat præcisio numeri lõgitudinis costæ. Qua de re intentio ipsius de Cusa non est præcisum numerũ innumerabilũ longitudinũ linearũ attingere: sed solum vbi latitet pręcisio illa/aperire per notas lineas. vt sic intellectus/cognito in quo præcisio latitet: quiescat. Similiter diametrus ad circunferentiã lõgitudine est incõmensurabilis (vt dictũ est in principio geometricarum transmutationũ/& in primo præmisso earũdem) tamen vbi latitet pręcisio/per lineas notas aperte proponit de Cusa. Ideoq; notanter in calce libri vbi præcisionẽ habitudinis longitudinis circũferentiæ ad diametrũ dat: non præcisionẽ absolute dicit sed propinquitatẽ subtilẽ vocat. Nequis putet igitur ipsum de Cusa velle reducere arcus & chordas ad numerũ/sic q̃ possint inuicẽ esse cõmẽsurabiles lõgitudine: sed solũ quãdã propinquitatẽ subtilẽ (modo quo iã diximus) attingere p̃ponit. Et in hoc tetigimus principalẽ libri intelligẽtiam.



¶Verũ si hoc sciri poterit: artẽ ex iã traditis sic venari posse cõiicio.

¶Figuræ hypothesis quã hic supponit de Cusa hæc est. Describanť duo qua- 2
drantes sup centrũ e: & semidiametrus maioris sit semidiametrus circuli trigo-
no æquilatero circunscripti cum excessu quo excedit semidiametrũ circuli eidẽ
trigono inscripti/ & sit e d/ erit enim e d/ æqualis rectæ ductæ ab angulo trigoni
ad mediũ latus angulo oppositũ. Rursus minoris quadrantis semidiametrus:
sit vt semidiametrus circuli hexagono isoperimetro circũscripti cũ excessu quo
excedit semidiametrũ circuli eidem hexagono inscripti/ & sit e f. Deinde in ma-
iori quadrãte trahatur chorda: cuius sagitta/ æqualis sit semidiametro circuli tri
gono circũscripti. Sit igitur chorda g h: & sit g d vt semidiametrus circuli trigo
no circũscripti. Vnde e g: erit pars tertia de e d. Nã g d est secũda trigoni/ quæ ad
primã longitudine dupla est: & ipsa prima est semidiametrus circuli trigono in-
scripti. ideoq; e g æqualis erit primę trigoni: & etiam æqualis sagittę. cum sagit-
ta & prima sint æquales. quæ omnia patẽt: per iam dicta in annotationibus pri
mi præmissi transmutationũ geometricarum. Rursus in minori quadrante tra-
ho chordam c k: sic q; sagitta scilicet c f/ sit vt semidiametrus circuli hexago-
no isoperimetro circunscripti: & sic e c: erit vt sagitta hexagoni/ siue excessus se-
cundæ super primam/ vel excessus semidiametri circuli hexagono circunscri-
pti sup semidiametrum circuli eidẽ circulo inscripti. quod idem est. Vnde loco
circũlocutionis istius prolixę: scilicet semidiameter circuli polygoniæ circũscri
ptæ cum excessu quo excedit semidiametrũ circuli eidem polygoniæ inscripti/
vtemur breuiore/ scilicet secũda polygoniæ cũ sagitta: quod idẽ est. Rursus a cẽ
tro: e per chordas/ ducatur recta e n l. Hæc est hypothesis. Dicit/ si quadratũ d g
quæ est secũda trigoni sit 4.: erit quadratum c f/ lateris hexagoni isoperimetri 3.
Nã c f est medietas lateris trigoni: quæ est etiam secũda hexagoni. Ist enim se-
cunda hexagoni: æqualis lateri ipsius hexagoni. vt prius dictũ est. erit q; d g ad
c f potestate: vt 4. ad 3. Patet sic. Nam d g ad g e lõgitudine: est dupla. Igitur si
d g sit potestate 4.: erit e g vnum. Et potestate prim æ cuiuscunq; polygoniæ
substracta a potestate secũdæ: residuũ est potestas semilateris polygoniæ. eo q;
prima/ secunda/ & semilatus in oĩbus polygoniis orthogoniũ cõstituunt: & se-
cunda semp angulo recto opponitur. ideo maior. vt satis cõstat. Igitur substra-
cta potestate e g/ a potestate d g: erit residuũ 3. & tanta erit potestas semilateris tri
goni: quod æquale est c f. & sic c f potestate: erit vt 3. erit similiter e d potestate:
nonẽ. Nam (vt dictũ est) e d ad d g lõgitudine: se habet vt 3 ad 2. Igitur potesta-
te: vt 9 ad 4. Inde dicit de Cusa/ e d notam esse: vt e f. Sic enim erit e f: nota. Nã
cũ e c sit sagitta hexagoni: erit c f ad c f minus e c/ siue minus sagitta/ vt secũda
hexagoni ad primã. quæ secũda ad primã: se habet vt secũda trigoni ad suum
semilatus: Est enim secũda hexagoni ad semilatus: lõgitudine dupla. q; si secũ-
da sit potestate 4.: erit semilatus potestate vnũ. quæ potestas si a secũdæ potesta
te substrahatur: residuũ erit 3. & tanta erit potestas primæ. Vnde sicut secũda tri
goni ad semilatus potestate sesquitertia est: ita secunda hexagoni ad primã ip-
sius hexagoni/ est sesquitertia potestate. Inueniantur igitur radices primæ & se-
cundæ. Numerata enim vna illarũ: radix alterius solũ propinque haberi poterit
cum sint inuicẽ longitudine incõmẽsurabiles. Habitis ꝓpinque radicibus: tunc
radix minoris scilicet primæ/ a radice maioris scilicet secũdæ substrahať/ & resi-
duum erit sagitta/ quæ æquatur e c. Dupletur igitur residuũ: & fiet numerus lon
gitudinis e f. & sic e f solum ꝓpinquæ nota fieri potest. videtq; intellectus præ-
cisionẽ latere in radicibus supficierum quadratarũ primæ & secũdæ hexagoni:
quæ supficies sunt notæ. Similiter si e f numeretur: solũ e d ꝓpinque nota erit.
cum sint inuicẽ longitudine incõmẽsurabiles. Q2 autẽ trianguli e g l & e c n sint
æquianguli: satis constat. quia g h & c k supponũtur esse æquidistantes: anguli
e l g & e c n æquales erunt p secundã partẽ 29 primi Euclidis. eodẽmodo æqua-
les erunt anguli e g l & e c n. Igitur per 4. sexti Euclidis: latera relatiua erunt ꝓ-
portionalia. Vnde sicut g e ad c e: ita l e ad n e. Et permutatim sicut g e ad e l:
ita c e ad e n.


¶Inueniantur duæ quãtitates quarum maior se habeat ad e g sicut.

3 ¶Hic docet de Cusa: semidiametrũ circuli isoperimetri cuiuscũq; polygoniæ/ in quãtitate continua inuenire. Nam quod de hexagono hic exprimit: de omni polygonia ad trigonũ collata intelligit. Si illæ duæ quãtitates reperiri valeant: sic reperiri poterunt. Inuenio per præmissum/ad trigonũ/semidiametrũ circuli isoperimetri. signo æqualẽ in d e: & sit d i. facto cẽtro: circũduco e i quousq; secet g h. & punctũ sectionis: per l signo. traho e n l. dico e l & e n: esse quantitates quæsitas. cõtinuo e l vsq; maiorẽ arcũ: & fiat e o m/ & habebitur intentũ. Quod autem e l & e n: sint quãtitates quæsitæ. Patet. Nam nulla præter e l potest substrahi de e d: sic q; residuũ æquale sit semidiametro circuli isoperimetri polygoniæ trigonæ p hypothesim. Nam si maior substrahat: residuũ minus erit d i. si minor: residuum erit maius. quare nec maior nec minore l: potest substrahi modo præmisso. Rursus nulla alia q̃ e n se potest habere ad e c: sicut l e ad e g. Igitur e l & e n: erunt quãtitates quæsitæ. Et ex cõsequenti: n o æqualis erit l m. cũ e m æqualis sit e d: & e o æqualis e f/per diffinitionẽ circuli. Et illud aperte supponit de Cusa: vt ex sequẽtibus fiet manifestũ. Vnde sicut l m/erit semidiametrus circuli isoperimetri polygoniæ trigonæ: ita n o polygoniæ hexagonæ. Ideoq; æquales esse necesse est. cum polygoniæ supponantur isoperimetræ. Sequitur.

¶Quia habitudo peripherię polygonię ad d e est nota: & habitudo semidiametri circuli isoperimetri ad d e est nota. ¶Illud itelligẽdũ est potestate: vt dictũ est in primo præmisso geometricarũ transmutationũ. longitudine vero: solũ propinque erit habitudo diametri ad circũferentiã omni scibili nota. ꝓpinque quidem: si habitudo lõgitudinem respiciat. præcise: si potestatẽ. vt scias (inquit) id quod quæris per potestates circũferentiæ & diametri: qđ numerus lõgitudinis non attingit. vt ignorantiã ac defectus rationis numerantis: videat intellectus. Videt quippe vbi præcisio (numero tamẽ inattingibilis) latitet: per potestatem diametri/numerata circunferentia. aut p potestatẽ circunferẽtiæ: numerata diametro. Ideoq; solum ꝓpinqua erit: ista præcisio.


¶Palam ex his: posse omnẽ habitudinẽ quarũcũq; chordarũ ad arcũ.

4 ¶Intendit de Cusa ostendere in omni polygonia sicut in hexagono: secũdam polygoniæ quæ dicitur semidiametrus circuli circũscripti polygoniæ/ & semidiametrũ circuli isoperimetri ꝓpinque notas. Ex quo pendet cognitio habitudinis arcus ad chordã: quorũcunq; graduum. Et p hanc figurã: solũ datur modus inueniendi primas & secundas polygoniarũ a trigono. Et ibi supponit diuisionẽ arcus in quotlibet partes: per secũdum præmissum geometricarũ declaratam. Vt quia arcus s d t est pars octaua circũferẽtiæ circuli: ideo chorda ei subtensa latus erit octogoni eidẽ circulo inscribẽdi/ & g v s erit orthogonius octogoni/cui g y x similis est. Vnde sicut g v ad v s: ita g y ad y x. erit igitur g y prima octogoni: cuius semilatus erit vt y x. & eodẽ modo de g x dicatur: quæ erit secunda. & hæc de se nota sunt.



¶Post hæc describe quadrãtes duos: vt statim præmisi: ꝓcise faciẽdo.

5 ¶Postq̃ artem dedit inueniendi primas & secũdas polygoniarũ isoperimetrarum: hic docet describere duos quadrãtes eo modo quo descripti sunt superius in annotationibus sub nota 2. statuẽdo loco hexagoni octogonũ/aut alia quæuis polygonia. litera de se plana est.



¶Trahe deinde lineã de e ad circunferentias/cuius portiones inter.

6 ¶Hic docet quomodo vnaquęq; secũda polygoniæ/ad secũdã trigoni isoperimetri: fit ꝓpinque nota (præcise enim oẽs notas facere est impossibile.) et ex consequẽti: ad semidiametrũ circuli isoperimetri. Trahe (inquit) lineã de e/ad circunferentias: cuius portiones inter arcus & suas chordas æquẽtur. quas supponit l m & n o: & vnãquãq; supponit similiter semidiametrũ circuli isoperimetri polygoniæ trigonę & octogonę. Iuxta illud qđ prius dixit sub nota 3: de inuẽtiõe duarũ quantitatũ quarũ maior se habeat ad e g/sicut minor ad e c/sic q; substracta maiore de e d/& minore de e f/remanẽtia sint æqualia. Vnde vti expressimus de trigono & hexagono: ita hic de trigono & octogono exprimi potest./erunt


quippe hæ duæ quãtitates l c & n e: si l m supponatur semidiameter circuli isoperimetri/aut si l m & n o supponãtur equales. qd idẽ est: quo ad intẽtũ. Et hoc vniuersaliter: de oĩbus polygonijs trigono applicatis/vult intelligi. Sequitur. ❡ Deĩde inquire: vt e f tibi nota fiat. Nota est e d: vt pmittit. nota est x y: quia x decimasexta peripheriæ polygoniæ trigonæ/& nota est l m cui æquatur n o. Nota est e l: & e g. Hæc ille. ❡ Aduerte quomodo e l & e g: notæ sint. Est eñi e g (vt dictũ est) pars tertia de e d: & numerato latere trigoni e d/solum ppinque nota est. quia e d: lõgitudine est incõmensurabilis ad latus trigoni vt monstratum est: in primo præmisso transmutationũ geometricarũ. Et latus trigoni ad ed potẽtia siue potestate: est sesquiternũ per 11 decimiquarti Euclidis. Idẽtidẽ d g quæ est secũda trigoni: ad latus trigoni longitudine incõmensurabilis erit (cum sit vt 2 tertiæ de d e) sed potestate cõmẽsurabilis. se enim habet potestate: vt 4. ad 12. Et similiter per ea quæ dicta sunt in annotationib⁹ primi præmissi Geometricarũ transmutationũ: l m potẽtia est cõmẽsurabilis peripheriæ trigoni. Vnde secundũ portionẽ lateris trigoni: e m & l m potẽtia/ad ipsum latus cõmensurabiles erunt. Si igitur ppinque radix potestatis l m/& radix potestatis l m inuentãtur/quib⁹ inuẽtis substrahatur radix potestatis l m a radice potestatis e m: residuũ erit e l. sicq; e l solũ propinque nota erit: longitudine & potestate. quia longitudine & potestate incõmẽsurabilis est ei m: per 68 decimi Euclidis. eo q e m & l m: solum potestate sint cõmensurabiles. Ex hoc liquet quomodo de Cusa: solũ notam ppinque e l intellexerit. Quia igitur e l & e g: sunt propinque notæ: ideo & eorum habitudo propinque nota erit. & ex consequẽti: habitudo e n ad e c: cum e n ad e c: sit sicut e l ad e g. Sequitur. ❡ Cũ ergo n o nota sit/inquiramus e n: & supponatur esse quæcũq; quantitas. per cuius suppositionem necessario erit secundũ notam habitudinem/scilicet e l ad e g: nota quantitas e c. Et si vera est quãtitas e n quã supposui: hoc est si verus est numerus longitudinis e m sic examino e f. Secũdum suppositionẽ/e o nota erit: hoc est secũdum suppositionem numeri lõgitudinis e n/erit etiã notus numerus lõgitudinis e o. cum n o: nota sit. si igitur numerus longitudinis addatur numero longitudinis e n: fiet numerus longitudinis e o/saltem propinque. similiter: nota erit e f. quia æqualis e o. Et secundũ suppositionẽ numeri lõgitudinis e n: est nota e c. substrahatur numerus propinquus lõgitudinis e c de e f: quę propinque nota est/& residuũ erit c f. ex quo sequitur q quadratus de c f propinque notus erit: sicut & numerus longitudinis. a quo quadrato si substrahat quadratus x y semilateris octogoni/qui quadratus simpliciter notus est: residuũ erit propinquus quadratus g y/per 46 primi Euclidis. Et sic iterũ numerus lõgitudinis propinquus de g y: notus erit. qui substractus a numero lõgitudinis propinque noto de g x/siue c f/quod idem est: residuũ erit numerus ppinquus longitudinis z y: qui si sit æqualis propinquo numero longitudinis c c: recte supponebatur. Si non corrigatur error/augendo scilicet aut minuendo numerum longitudinis e n: & surget quæsitũ/scilicet cognito numeri longitudinis e f. & ex cõsequenti: ex c f. Quia enim c c est excessus g x secundæ octogoni super g y primã: erit c c æqualis z y. & ideo c c: sagitta est octogoni. est enim e f: vt g y cum duabus sagittis. Manifestũ est quomodo propinque notæ erũt g x siue c f quod idem est: & n o semidiatius circuli isoperimetri. Et de se nota est x y: quia x decimasexta peripheriæ trigoni. Et cum istæ scilicet secunda polygoniæ & semidiametrus circuli isoperimetri/attingi codẽmodo possint in ceteris polygonijs vt de octogono iam expressum est: subiungit de Cusa ex hoc/habitudinem chordæ ad arcum dicens.


❡ Tali via omnes chordæ notæ erunt.

❡ Subaudi ad suos arcus/saltem propique. ❡ Quod veteres summo studio 7
quærẽtes: attingere nõ potuerũt. Omnes hactenus præcisionẽ chordæ gradus vnius/duorũ/quatuor/octo/& sic deinceps vt nosti: se ignorasse fatẽtur. ❡ Saltem vbi pcisio latitaret. Vbi enim latite (si vera sint quæ dicta sunt de habitudine semidiametri circuli isoperimetri ad circumferentiam) aperte demõstrat de

Cusa. eo quod demonstrat vbi latitet numerus longitudinis secundarum polygoniarum & semidiametrorũ circulorũ isoperimetrorũ: cum hoc quod numerus lateris sit semper notus. quia pars aliquota; peripheriæ trigoni notæ. Et ex consequenti demonstrat præcisionẽ propinquã: chordæ ad arcum/sic. Describo semicirculum cuius semidiameter sit vt secunda octogoni/scilicet vt g p vel c f. traho latus octogoni f g: erit f g chorda 45 graduum (vt dictum est) si habitudinem voluero perquirere f g chordæ ad f c g arcum: sic perquiro. Inuenio per præmissa semidiametrũ circuli isoperimetri: & tractis a cẽtro n/rectis n f/& n g/ signo in n f æqualem semidiametro circuli isoperimetri quæ sit n o. & ex n o: describo arcum o r p. & traho o p: erunt arcus f c g & o r p similes: per diffinitionem similium arcuũ. cum eundem capiant angulũ: scilicet f n g. igitur sicut f c g est pars octaua circumferentiæ sui circuli: ita o r p/sicq; o p erit latus octogoni inscribẽdi circuli cuius n o semidiameter erit. Rursus ex iã dictis in de Geometricis transmutationibus: constat circumferentiam circuli n f se habere ad circumferentiam circuli n o sicut n f ad n o. & ex consequenti quælibet pars circumferentiæ circuli n f/ad quãlibet partem relatiuam circumferentiæ circuli n o: erit sicut n f ad n o. Vnde arcus f c g ad arcum o r p: se habebit vt n f ad n o. Et est notum f g ad o p sibi æquidistantem: se habere sicut n f ad n o/per 4. sexti Euclidis. cum trianguli sint æquianguli: vt de se notum est/per secundam partem 29 primi Euclidis. Igitur per 11 quinti Euclidis f c g ad o r p/& f g ad o p: erũt proportiones æquales. quia vni: scilicet f n ad n o/sunt æquales. Et quia sicut f c g ad o r p: ita f g ad o p/erit permutatim f c g ad f g/sicut o r p ad o p. Ex his constat proportiones similium arcuum ad chordas: æquales esse. Rursus quia n o est semidiametrus circuli isoperimetri octogono/cuius latus erit vt f g: erit recta f g æqualis arcui o r p. Igitur per 9 quinti Euclidis/sicut o p ad o r p: ita o p ad rectam f g. Sed o p ad f g: se habet sicut n o ad n f. Quo fit: vt sicut se habet semidiametrus circuli isoperimetri ad secundam ipsius polygoniæ/ ita latus ipsius polygoniæ (pro chorda positum) ad arcum. Nam sicut o p ad o r p: ita f g ad f c g (vt dictũ est) ratione similium arcuum & chordarum. Cõstat igitur f g chordam ad arcum f c g: se habere sicut n o ad n f. Sed n o est nota/similiter n f est nota: per iam dicta. igitur & habitudo n o ad n f: nota erit. similiter & habitudo f g: ad f c g. cum f g: simpliciter sit nota. Et ita de quibuscunq; chordis aliquot graduum: dicendum est. Quod autẽ subiungit de cognitione habitudinis laterum & angulorum/ ignoti trianguli: per scientiam habitudinis arcuum & chordarum/sic patet. Si enim ipsius trianguli latus fuerit chorda & habitudo ad arcũ nota sit: facillime & latera & trianguli cognosci poterũt. Supponatur hic triangulus esse isoscheles. Vt si sit descriptus triangulus a b c in semicirculo: & habitudo arcus b d c/ad b c chordam nota sit. Cum habitudo arcus b d c ad b c chordam supponatur nota: erit etiam notum quot graduũ b c chorda erit/saltem propinque. Et per iam dicta: habitudo semidiametri ad circunferentiam nota est. quare etiam erit nota ad partem vel partes aliquotas ipsius circunferentiæ. Et ex consequenti a b habitudo ad b d c arcum & ad b c chordã: nota erit. Et ita de omnibus dicendum est. cum habitudo arcus ad chordã supponitur nota: erit tunc habitudo laterum nota. Quomodo vero habitudo angulorum fiat nota: dicẽdum est. Quia propinque notum est quot graduum sit chorda b c: erit habitudo arcus b d c ad arcum quadrantis eiusdem circularis nota. Et quæ habitudo inter eos: eadem erit & angulorum quos capiunt per vltimam sexti Euclidis. Vnde habitudo b a c ad angulum rectum: nota erit. Rursus videatur excessus duorum angulorum rectorum super angulum b a c: & ipse excessus in duo æqua diuidatur/erit medietas talis excessus æqualis angulo a c b/vel a b c/qui sunt æquales per 5 primi Euclidis. eo quod a b & a c latera æqualia sunt. Patet igitur propositum.

B ¶Præsupposita figura: quæ de trigono in primo præsupposito præmittitur: alium describo super a centro circulũ/cuius semidiameter.







¶ Prius sub nota 2: docuit semidiametrū circuli in quātitate cōtinua inuenire. Hic uō docet: & i quātitate discreta. Sequit. ¶ Deīde nota excessum c b prioris figurę: scilicet trigoni (quae est lat⁹ ipsi⁹ trigoni) sup a b istius/ quę est secūda hexagoni cū sagitta. Vnde cū b c sit ęqualis duab⁹ secūdis hexagoni isoperimetri: si subtrahatur a b de b c/ residuum erit prima hexagoni. Nā subtrahitur vna secunda cū sagitta hexagoni: a duabus secūdis. Igitur excessus b c lateris trigoni super a b: est vt prima hexagoni vt est a l. Vnde k l aequalis est a g: quae erūt notae ꝓpinque. cū a k & a l notae sint in quadratis: & propinque in longitudine. vt prius dictū est. Q̄ꝫ l a ad a m se habeat sicut a i ad a g est notū (ratione orthogoniorū similium) per 4. sexti euclidis. Sequitur. ¶ Inueniatur igitur numerus qui se habeat in aliqua habitudine ad numerū longitudinis l a propinque notum: ita ꝙ in eadē habitudine sit. alius se habens ad numerū longitudinis a g propinque notū/ taliter ꝙ l a cū hoc numero inuēto/ de b c latere trigoni substracto/ idem remaneat qd̄ remanet substracto a g cum alio numero de a b. & nūerasti semidiametrū circuli. Et quodāmodo: hęc inuētio primae respōdet/ sub notis 2. & 3. Q̄ꝫuis difficile tales numeros inuenire sit: tamē possibile. Sequitur.

¶ Vt sic ꝓpinquitate subtili habitudinē diametri ad circūferentiā attingas longitudine: considerata tamē habitudine lateris trigoni tripla/ & semidiametri dupla. hoc est cōsiderata habitudine lineae ad latus trigoni tripla: quę erit vt circūferētia circuli/ & habitudine lineae rectae ad semidiametrū dupla. Ex his quae dicta sunt elicit̄ ꝙ addēda ex sagitta primis polygoniarū/ ꝓ semidiametro circuli isoperimetri: ad sagittā/ eandem tenet habitudinē in omnibus polygonijs. hoc est cognita habitudine portionis sagittae addēdae primae polygoniae pro semidiametro circuli isoperimetri ad ipsam sagittā: eandē tenebunt portiones sagittarum ad ipsas sagittas. Patet. Resumatur figura sub nota quinarij. Dictū est ꝙ sicut l e ad e g: ita n e ad e c: & ꝙ l m & n o/ sunt aequales/ & vt semidiametri circuli isoperimetri polygoniae trigonae & octogonae. Rursus dictū est e g: esse excessum siue sagittam trigoni. similiter e c esse sagittā octogoni. Describo duas rectas seorsum quarū maior sit e m: aequalis e m in figura. Minor vero e o: ęqualis etiā e o in figura. erit e m: aequalis e d. In ea signo aequalē e g sub eisdē litteris: & aequalē e l sub eisdem literis. erit l m: vt semidiametrus circuli isoperimetri. Rursus in e o signo aequales e c & e n sub eisdem literis: erit o n aequalis l m. Deinde signo in o c aequalē c/ & sit q c: erit o q prima octogoni/ & o c secūda. quare cum c q sit sagitta: erit q n additū ex sagitta primae octogoni scilicet o q pro semidiametro circuli isoperimetri. Eodēmodo quia e g sagitta est trigoni/ si signauero aequalem in m g secūda/ quae sit p g: erit m p prima trigoni. Et quia p g sagitta est trigoni (quia excessus est m g secūdae super m p primam) erit p l additum ex sagitta primae trigoni pro semidiametro circuli isoperimetri. Vnde dico n q ad c q seruare illā proportionē: quā l p ad g p seruat. Patet sic. Nā (vt dictū est) sicut l e ad e g: ita n e ad e c. Et permutatim sicut l e ad n e: ita e g ad e c. Sed quia e g abscisum de l e/ ad e c abscisum de n e/ se habet sicut l e totū ad e n totum: ideo per 19 quinti Euclidis/ l g residuum ad n c residuū/ erit sicut l e totum ad n e totum. Et ex consequenti per 11 quinti Euclidis: istę proportiones erunt aequales/ scilicet l g ad n c/ & e g ad e c. quia vni sunt aequales: scilicet l e ad n e. Rursus quia l g abscisum de g p/ ad n c abscisum de c q: se habet sicut g p/ quae est aequalis e g/ ad c q aequalem e c/ tanq̄ totum ad totum: ideo per 19 quinti Euclidis l p residuum ad n q residuum/ erit sicut g p totum ad c q totum. quare iterum hae proportiones aequales erunt per 11 quinti Euclidis: scilicet l g ad n c/ & l p ad n q. quia vni sunt aequales: scilicet g p ad c q. Manifestum est igitur sicut l p ad n q: ita p g ad q c. Et permutatim sicut p l ad p g: ita q n ad q c. quod fuit probandum. Et ita de omnibus polygonijs isoperimetris trigono/ modo quo supra applicatis vt octogono: dicendum est. Rursum quia de Cusa in hoc libello. videtur supponere/ circunferentiam circuli per suam resolutionem ad diametrum: longitudine minorem seruare proportionē tripla sesquiseptima/ maiorē vero tripla supdecupertiēte septuagesimae

primas/secundũ propinquitatẽ Archimedis/quæ vera est. Ideo si libet eã examinemus. Qꝫ si ita sit: inde sequitur. si ponatur circũferentia circuli lõgitudine 22: erit diametrus longitudine maior 7. qꝫ si ponatur 223: erit diametrus lõgitudine minor 71. His præhabitis/sic primo de proportione tripla sesquiseptima: eam examinemus. Sit descriptus triangulus æquilaterus b d c: & centrum sit a. traho primã trigoni a f: scilicet quæ a centro ad medium lateris educitur. similiter traho a b: secundam. Deinde diuido b f in duo ęqua: in puncto e. traho a e/continuo eam vsqꝫ h/& sit a h ad a e sesquiquarta lõgitudine: quæ erit per primum præmissum semidiametrus circuli isoperimetri. Ex ea igitur describo circulum: qui erit trigono dato isoperimeter. Sint igitur tria latera trigoni longitudine simul 22: erit a h longitudine maior 3 cũ vna secũda. quia a h bis debet esse maior 7: si tria latera trigoni ad ipsam diametrũ quę erit a h bis/debeant minorem seruare ꝓportionem tripla sesquiseptima. sicut igitur diametrus habet esse maior longitudine 7: ita h semidiametrus longitudine habet esse maior 3 cum vna secunda. quare potestate: etiã erit maior 12 cũ vna quarta/qui est quadratus de 3 cum vna secunda. Rursus. Si tria latera trigoni simul sint 22: erit b c longitudine 7 cum vna tertia/& b f longitudine 3 cum 2 tertijs. quare potestate erit 13 cum 4 nonis: cuius pars tertia est 4 cum 13 vicesimisseptimis/& tanta erit potestas de a f. cum b f ad a f: sit potestate tripla. Nam a b ad a f: potestate quadrupla. si igitur a b sit 4: erit a f vnum potestate. & dempta potestate de a f/a potestate a b: remanebit potestas b f scilicet 3. erit igitur b f ad a f: potestate tripla. & hæc sæpe: dicta sunt. Rursus pars quarta de 13 cum 4 nonis: est 3 cum 13 tricesimissextis. & tanta erit potestas: de e f. Nam sicut b f ad e f potestate est quadrupla (cũ sit longitudine dupla) ita 13 cũ 4 nonis ad 3 cũ 13 tricesimissextis. Iungo potestatẽ a f cum potestate e f: hoc est 4. cum 13 vicesimisseptimis ad 3 cũ 13 tricesimissextis. & vt breuiter fiat reperio numerũ 108: qui a 36 & a 27 numeratur. Nam quater 27: faciunt 108. similiter ter 36: faciunt 108. multiplico 13 per 4. & fiunt 52. vnde 52 centesimæoctauæ æquales sunt 13 vicesimisseptimis. Rursus multiplico 13 per 3: & fiunt 39. Vnde 39 cẽtesimæoctauæ: sunt æquales 13 tricesimissextis. Iungo 39 centesimasoctauas ad 52 centesimasoctauas: & erunt 91 centesimæoctauæ. Vnde 91 centesimæoctauæ: æquales erunt 13 tricesimissextis & 13 vicesimisseptimis simul. Et sic 3 cum 13 tricesimissextis & 4. cum 13 vicesimisseptimis simul: facient 7 cum 91 centesimisoctauis. & tanta erit potestas de a e: per 46 primi Euclidis. sic cum a h ad a e sit longitudine vt 5 ad 4: potestate erit vt 25 ad 16. Inuenio 1 sextãdecimam de 7 cum 91 centesimisoctauis. Primo reduco 7 ad fractiones: multiplicando 7 per 108: & fiunt 756 centesimæoctauæ. quibus addo 91 centesimasoctauas: & erunt 847 centesimæoctauæ/& tanta erit potestas de a e. cum 7 cum 91 centesimisoctauis sint vt 847 centesimæoctauæ: cuius decimasexta erit 52 centesimæoctauæ cũ 15 decimissextis ex 1 cẽtesimaoctaua. Multiplico per 25/52 cẽtesimasoctauas: & fiunt 1300 centesimæoctauæ. Deinde multiplico 15 decimassextas ex 1 centesimaoctaua/per 25: & erunt 375 decimæsextæ ex 1 centesimaoctaua. quæ reductæ ad fractiones integrarum vnitatum/eas per 16 diuidẽdo: erunt plusq̃ 23 centesimæoctauæ. quæ additæ ad 1300 cẽtesimasoctauas: erunt 1323 cẽtesimæoctauæ. Vnde 1323 cẽtesimæoctauę: sunt minus q̃ 25 decimæsextæ de 847 cẽtesimisoctauis. quare a h potestate: maior erit 1323 cẽtesimisoctauis. Reductæ ad vnitates/eas p 108 diuidẽdo: erũt 12 cũ 27 cẽtesimisoctauis/siue 12 cũ 1 quarta. quod idem est. Constat igitur a h: potestate maiorẽ esse 12 cum 1 quarta. quare longitudine: maior erit 3 cum 1 secunda. cuius quadratus: est 12 cum 1 quarta. & ex consequenti: a h bis longitudine maior erit 7. quare circumferentia trigoni posita æqualis circumferentiæ circuli: ad diametrum/scilicet a h bis/minorem seruabit proportionem/q̃ 22 ad 47. & sic proportio: minor est q̃ tripla sesquiseptima. Restat Iam videre an seruet maiorem: tripla superdecupertiente septuagesimas primas. Sint igitur tria latera trigoni longitudine simul 223: erit a h bis longitudine minus q̃ 71/& a h erit lõgitudine minus

q̃ 35 cum 1 secũda. cuius quadratus: est 1260 cũ 1 quarta. erit igitur a h potestate minor 1260 cum 1 quarta si tria latera trigoni simul/longitudine sint 223/& debeant seruare ad diametrũ circuli isoperimetri maiorem longitudine proportionem/tripla superdecupertiente septuagesimas primas/& ideo maiorẽ/ q̃ 223 ad 71. Rursus si tria latera longitudine sint 223: erit b c latus lõgitudine 74. & 1 tertia. & b f: erit 37 cũ 1 sexta lõgitudĩe/potestate vero 1381 cũ 13 tricesimissextis est quadratus de 37 cũ 1 sexta. Et tertia pars de 1381 cũ 13 tricesimissextis: est 460 cum 16 tricesimissextis & 1 tertia ex 1 tricesimasexta & tanta erit potestas de a f. cum b f ad a f: potestate sit tripla. pars vero quarta de 1381 cũ 13 tricesimissextis est 345 cum 12 tricesimissextis & 1 quarta ex 1 tricesimasexta: & tanta erit potestas de e f. cum b f ad e f: potestate sit quadrupla. Iungo potestati e f scilicet 345 cum 12 tricesimissextis & 1 quarta ex 1 tricesimasexta/potestatẽ a f scilicet 460 cum 16 tricesimissextis & 1 tertia ex 1 tricesimasexta: & erunt 805 cũ 28 tricesimissextis & 7 duodecimis ex 1 tricesimasexta/& tanta erit potestas de a e per 46 primi Euclidis. Rursus 1 decimasexta de 805 cum 28 tricesimissextis est minor 50 cum 14 tricesimissextis. quæ ducta in 25/primo 50 ductus in 25 facit 1250. & 14 tricesimæsextæ ductæ in 25 faciunt 350 tricesimassextas: quæ reductæ ad vnitates/eas p 36 diuidendo/facient 9 cum 26 tricesimissextis. & si addãtur ad 1250 erũt 1259 cũ 26 tricesimissextis. Vnde 1259 cũ 26 tricesimissextis: facient plus q̃ 25 decimassextas de a e/siue de 805 cũ 28 tricesimissextis & 7 duodecimis ex 1 tricesimasexta. & ex consequenti: a h erit potestate minor/1259 cum 26 tricesimissextis. & similiter lõgitudine: minor erit 35 cũ 1 secũda cuius quadratus est (vt dictum est) 1260 cũ 1 quarta. & similiter a h bis: longitudine minor erit 71. Patet igitur tria latera trigoni b c d/posita vt circũferẽtia circuli/cuius a h est semidiameter: ad a h bis siue diametrũ circuli/longitudine maiorem seruare proportionem/q̃ 223 ad 71. quare maiorem tripla superdecupertiente septuagesimas primas. Ex his: talis elicitur proportio.

¶ Si semidiameter circuli isoperimetri trigono circulo inscripto/se habeat ad lineam a cẽtro circuli/cui trigonus inscriptus est/ad quartã lateris trigoni ductã: in proportione sesquiquarta longitudine/circumferentia circuli ad diametrũ minorem longitudine seruabit proportionẽ tripla sesquiseptima/maiorẽ vero tripla superdecupertiente septuagesimas primas. Ex his etiam elicitur: q̃ propinque hæc resolutio ad præcisam accedat. sic enim ꝓpe accedit: vt hactenus nullam tam prope accedentẽ legerimus. Primum enim quod ei obijcitur: est ꝙ ponit circũferentiam ad diametrum potestate cõmensurabilẽ: quæ indubitãter est incõmensurabilis potestate. Sed de his hactenus.

LIBELLI DE ARITHMETICIS COMPLEMENTIS R P. NICOLAI DE CVSA CARD. CVM ANNOTATIONIBVS OMNIS ANCTI CANONICI COENOBII LIVRIACENSIS ORDINIS BEATI AVGVSTINI. FINIS.


Beatiſſimo papę Nicolao quinto: Nicolaus De Cuſa Cardinalis tituli ſancti Petri ad vincula.




Anta eſt poteſtas ſummi tui pontificatus Nicolae quinte/pater beatiſſime: vt p̄ eos qui vim eius attẽte cõſiderauerũt/aſſimiletur potẽtiæ quadrãdi rotũdum/& quadrum circulandi,quaſi maior illa: dari nõ poſſit. Verũ cum in te non tantũ primat⁹ ſit clauis/& poteſtas ſcientiæ/ſupremæq̧ hierarchiæ eccleſiæ/ſed velut pfect⁹ magiſter oĩm ſcibiliũ ex tuo feliciſſimo ĩgenio incõparabilis noritiæ eſſe indiceris ab omnibus: id magnificẽtiſſime effeciſti/vt omnium tam græcorum q̃ latinorum ſcripra quæ reperiri queunt: tua mirifica diligentia in omnium noſtrum noritiam accuratiſſime peruenerint. Ita vt etiam geometrica non neglexeris: quæ ſane omni honore digna a maioribus noſtris habita fuerunt. Tradidiſti enim mihi proximis diebus magni Archimedis geometrica/græce tibi præſentata: & tuo ſtudio in latinum conuerſa,quę mihi tam admiranda viſa ſunt: vt cura ipſa nõ niſi magna cum diligentia verſari potuerim. ex quo id effectum eſt: vt meo ſtudio & labore cõplementum aliquod illis addiderim: quod tuæ ſanctitati offerre decreui. Solũ enim te dignum ſcio/vt quæ a ſæculo incognita remanſerunt: per te cunctis pateſiant. & non tantum ſcibilia quæ ſemper circa quęſitam circuli quadraturam verſari conſueuerunt: ſed & quæ in omni mathematica perfectione pręſtant complementum/ex his ipſis meo iudicio perfecte conſequi poſſint.

1 ℭTeſtimonio omniũ qui ſe ad geometrica contulerunt: nemo ꝓpinquius Archimede ad circuli peruenit quadraturam. qui vidẽs illam attingi non poſſe/niſi curua circularis linea in rectam reſoluatur: niſus eſt hanc artẽ mediante helica oſtẽdere. Sed quia proportio motus ſigni a centro per ſemidiametrum: ad motum in quo in eodem tempore aliud ſignum per circunferentiam mouetur,ſine qua helica deſcribi nequit/ſe habet vt ſemidiameter ad circunferentiã quæ non eſt ſcita ſed quęritur: hinc videtur ipſum defeciſſe. Facilius enim erit circulum quadrare: q̃ helicam deſcribere/& conringentem eidem in fine circulationis applicare. remanet igitur ex iis quæ Archimedes reliquit: hæc ars adhuc penitus abſcondita. Ego autem q̃uis multos in vanum laboraſſe in hac legerim indagatione: tentare cœpi ſi forte hæc difficultas poſſit medio coincidentiarũ finem capere/vti in aliis ſcientiis. vim illam: maximam eſſe comperi. Et viſum eſt mihi/ꝙ data poſſibilitate quam paſſim omnes admittunt: facile poſſit huius ſcientia/pariter & praxis/modo qui ſequitur adipiſci.

2 ℭPrimo aduertendũ/ꝙ in figura multiangula ſeu polygonia/quę ha





bet æqualia latera:pũctus vnus æquidistãs a medio & fine laterũ/cen
trum dicit.& linea ab illo centro ducta ad mediũ lateris:est semidia-
meter circuli inscripti eidem.& vocetur prima linea.Et alia linea du
cta ab eodẽ centro ad finẽ lateris/seu angulũ aliquẽ:est semidiameter
circuli circũscripti eidẽ/& vocet secũda.Hæ duæ lineæ in omni mul-
tiangula/diuersę sunt quãtitatis: & tanto plus/quãto latus eius ma-
ius.Nã potẽtia secũdę lineæ: cõtinet potẽtiã primæ.& cũ hoc poten-
tiam medietatis lateris.quia latus trianguli orthogonii/ qđ opponit
angulo recto:vt ostẽdit Euclides.Et quia prima figurarũ rectilinea-
rum:est triangul⁹.hinc in eo in quãtitate:prima & secũda lineæ dif-
ferũt maxime.In circulo vero:coincidunt.quia ibi centrũ: æqualiter
distat a circũferẽtia.mediũ enim & finis lateris coincidũt: & est vtrisq;
angulus.Est autem prima linea in trigono breuissima: & secũda lon-
gissima.In eiusdem peripheriæ tetragono/prima post primã trigoni
breuissima: & sic secũda post secundã trigoni longissima.& ita conse-
quẽter.Et quoniã prima in tetragono tali lõgior est prima in trigo-
no:si ducit prima in tetragono/in medietatẽ peripheriæ/& similiter
prima in trigono in eandẽ medietatẽ/diuersas sũpficies quę æquãtur
polygoniis oriri constat.Vnde excessus sũpficiei illius quæ ex prima
tetragoni ducta in medietatẽ peripheriæ/sup sũpficiem quæ orit ex
ductu primæ trigoni in eãdẽ medietatẽ peripheriæ:est excessus capa
citatis tetragoni supra capacitatem trigoni. & sic quidem in cunctis
polygoniis: excessu primæ lineæ cuiuslibet super primã trigoni iso-
perimetri/ deprẽhenditur excessus capacitatis ipsius polygonię su-
per capacitatem trigoni.

¶Quãto autẽ differẽtia primæ & secũdæ linearũ est minor: tãto ex- 3
cessus primę lineæ polygonię sup primã trigoni maior.Et quia in cir
culo coincidũt prima & secũda:excessus semidiametri circuli isoperi
metri sup primã trigoni est maxim⁹.& hinc circuli capacitas: sup ca
pacitatẽ trigoni maxima.Vnde linea vna recta quæ ĩ trigono ad tria
latera est extẽsa/vt sit illius sũpficiei perimeter:in tetragono ad qua-
tuor latera extẽdit/vt sit tetragoni perimeter/& adhuc plus in pen-
thagono.si autem maxime extẽditur/ita ꝙ plus extẽdi nõ possit:et it
tũc perimeter circuli.Ex his patet ꝙ si trigonus est minimę capacita
tis/vbi prima & secũda lineæ maxime differũt/& circul⁹ maximę ca
pacitatis vbi prima & secũda lineæ coincidũt: erit sic ꝓportionabili-
ter in mediis polygoniis.quare si ponit excessus capacitatis ipsi⁹ cir-
culi sup trigonũ/vt est differẽtia primæ & secũdæ lineæ in trigono:
erit excessus capacitatis circuli sup tetragonũ/vt differẽtia primę &
secũdę lineæ in tetragono.& ita cõsequẽter:cum ad maiorẽ excessum
primæ lineæ vnius/ sup primã lineã alterius : sequatur minor diffe-
rentia primæ & secundæ in excedente/ꝗ̃ sit primæ & secundæ in ex-
cessa.Ex quo facile dato excessu primæ in vna aliqua sup primam tri-
goni/& differẽtia differentiarũ primæ & secũdæ illius capacioris/&
primæ & secũdæ trigoni:potest haberi semidiameter circuli isoperi-
metri/cuius scilicet circũferẽtia æquatur tribus lateribus trigoni aut

quatuor tetragoni. Quo scito: patet circuli quadratura. Nã si ducit̃ semidiameter illi⁹ circuli isoperimetri in medietatẽ peripheriæ: oritur supficies quadrãgularis/quę nec maior nec minor esse potest supficie circulari/vt Archimedes perfacile ostẽdit. Hęc supficies quadrãgularis in quadratã ducit̃: quoniã costa eius erit mediũ ꝓportionale inter semidiametrũ circuli/& semiperipheriã eius. quę ex nona sexti Euclidis: inuenit̃. Oĩa hæc q̃uis manifesta sint: volo tamẽ illa etiã illis qui mathematicis operã nõ impẽderũt/clarissima facere. Figurę autem multiangulę similiũ laterum & æqualiũ peripheriarũ/ de quib⁹ loquar: polygoniæ isopleuræ & isoperimetræ/ex cõformitate grecæ linguæ apud aliquos repeeriuntur nominari.

ANNOTATIONES OMNISANCTI.

❡ Testimonio oĩm qui se ad geometrica cõtulerũt: nemo ꝓpinquius.

1 ❡ Nam posuit habitudinẽ circunferentiæ circuli ad diametrũ: secundũ plus & minus. Secũdũ plus: cũ dixit maiorẽ esse tripla supdecupartiẽte septuagesimas primas. Secundũ minus: cũ dixit minorẽ esse tripla sesquiseptima. quod plus & minus parũ sese excedũt: sed minus habitudinẽ veram circũferẽtiæ circuli ad diametrũ q̃ mediat inter predictas habitudines. ❡ Sed quia ꝓportio motus signi. ❡ De hac elicę descriptiõe/meminit ipse de Cusa in de pfectione mathematica: sic inquiens. Archimedes etenim qui per elicã voluit rectam circũferentiæ circuli cõmẽsurare: nihil de arte tetigit. Nec id inuenit in dicto particulari: quod quæsiuit. peccauit enim: præsupponens quod quæsiuit. Elica enim siue spiralis linea: sine motu duorũ punctorũ quorum motuũ habitudo/est vt semidiameter ad circũferentiã circuli/describi nequit. Id igitur supposuit: dũ de elica loqueretur/qđ quęsiuit. Hæc ille. Ex his cõstat: quid per motũ duorũ signorũ intelligat/scilicet duo puncta. Differentia est inter signũ scriptũ cũ g: & sinũ scriptũ sine g. Signũ quippe cũ g in geometricis: pro termino lineæ sumitur. & sic a de Cusa: ibi sumitur. Etiã Archimedes sic sumit: in nõnullis tractatibus geometricis. Sinum vero sine g: aut pro sagitta aut pro semichorda accipitur. Vnde sagitta: dicitur sinus versus. semichorda vero: sinus rectus. Sit igit̃ descriptus circulus a b: & sit eius semidiameter a b. Moueatur signũ a per a b: & similiter signum b per circunferẽtiam. suosq; motus in eodẽ tẽpore absoluãt. erit proportio motus signi a per a b ad motũ signi b per circunferentiã: quæ est a b ad circunferentiã. Est enim a b mẽsura motus signi a: & circũferentia mẽsura motus signi b. Nã vnaquæq; quantitas: est mẽsura motũs suorũ propriorũ terminorum. vt linea: punctorũ. supficies: linearũ. & corpus: supficierũ. Dicit igit̃ de Cusa ꝙ sine cognitiõe ꝓportionis a b ad circunferentiã: elica describi nõ possit. quæ habitudo si cognita foret: posset addi circulo recta contingens/ad quã a b ꝓportionẽ seruaret quã seruat ad circũferentiã. & sic elica quæsita: facillime describi posset. Vt si c d sit cõtingẽs circulo/ad quã a b seruet ꝓportionẽ quam seruat ad circũferentiã: erit c d æqualis circũferentiæ p 9 quinti Euclidis. Rursus moueatur a b termino a/fixo versus e: ad motũ cuius moueatur terminus c nõ deferendo b. Cũ a b totã percurrerit circũferentiã: ita tota c d toti circũferentiæ circũposita erit. & hæc circũpositio: elicę est descriptio. Supposuit igitur Archimedes (vt vult de Cusa) habitudinẽ a b ad circũferentiã quæ ignorat̃/& sine qua elica describi nõ potest: sic ꝙ per eius descriptionẽ valeat cõtingens circulo dari quæ sit æqualis circũferentiæ. Hãc Archimedes quæsiuit habitudinẽ: & simul supposuit (vt vult de Cusa) ideo ipsũ errasse est manifestum. Sed alia via q̃ per elicam: proponit de Cusa venari ipsam habitudinem/scilicet per maximũ & minimũ. quæ via: coincidẽtiæ dicit̃. Et est cũ omnia intermedia cũ maximo & minimo coincidere perhibẽtur: in quo maximũ coincidit cũ minimo. Sed hæc ex sequẽtibus: fient manifesta.



¶Primo aduertendum: ꝙ in figura multiangula seu polygonia/quæ.
¶Sit descriptus triangulus c d e: & sit f æquidistans a medio laterum. similiter 2
æquidistans a fine laterũ/erit centrũ polygoniæ. traho f g/sitq; g punctus me-
dius c d lineæ: erit f g semidiametrus circuli trigono inscripti/& erit prima tri-
goni. traho f c: erit f c semidiametrus circuli trigono circũscripti/& erit eadẽ f
c secũda trigoni. & ita in cæteris polygonijs dicatur. Hæ duæ lineæ prima scili-
cet & secũda: in omni multiangula sunt diuersę quantitatis siue longitudinis. &
tanto plus: quãto latus maius. quia quãto secũda plus primã excedet: tãto ma-
iorem ad eã seruabit proportionẽ. Et ratio est. Nam per 3 tertij Euclidis: recta a
centro ad medietatẽ chordæ ducta/duos angulos rectos super chordã facit. cũ
sit ꝑpẽdiculariter super eã. Ideo prima omnis polygoniæ: ꝑpẽdiculariter est su-
per latus polygoniæ. ex quo patet: primã cũ semilatere/angulũ rectũ cõtinere.
adueniente vero secũda: fit trigonus orthogonius. Vnde dicit de Cusa f c secũ-
dam/per 46 primi Euclidis: continere potestatẽ primæ cũ potestate semilateris.
Q uãto igitur latus maius erit: tanto maiorẽ secunda ad primã seruabit propor
tionem. ex quo sequitur: ꝙ tanto plus diuersę lõgitudinis erunt. Et quia prima
figurarũ rectilinearũ est triangulus: hinc in eo differũt in quantitate/prima & se-
cũda lineæ maxime/per rationẽ prius aductam. In circulo vero: coincidũt. quia
ibi centrũ æqualiter distat a circũferentia. ideo non potest a centro circuli ad cir-
cunferẽtiam duci maior nec minor: semidiametro/ quẽadmodũ fit in alijs poly
gonijs. Mediũ & finis lateris in circulo coincidunt: & est vtiq; latus angulus/ra
tione coincidentiæ & ecõuerso. In trigono prima linea breuissima: & secũda lon
gissima. In tetragono eiusdẽ peripheriæ/prima post primã trigoni breuissima:
& sic secunda post secundam trigoni longissima. & ita consequenter. Sed hęc &
sequentia manifesta fiunt: ex ijs quæ dicta sunt in principio annotationum de
geometricis transmutationibus.

**¶Quanto autem differentia primæ & secundæ linearum est minor:
tanto excessus primæ lineæ polygoniæ super primã trigoni maior.**
¶Vt excessus primæ pentagoni super primam trigoni isoperimetri: maior erit 3
excessu m n primæ quadrati/super f g primam trigoni isoperimetri. Nam vt
dictũ est superꝰ: quãto polygonia isoperimetra plura habuerit latera/tãto eius
prima maior & secũda minor. ideo prima pẽthagoni: maior erit prima quadra-
ti isoperimetri. vt satis expressum est de geometricis transmutationibus. & pri-
ma pentagoni & eius secunda minus. eadem ratione differũt: q̃ prima quadrati
& eius secũda. Subiũgit: & dicit. ¶Et q̃a in circulo coincidũt prima & secũda:
excessus semidiametri circuli isoperimetri super primã trigoni/est maximꝰ. Et
hinc circuli capacitas: super capacitatẽ trigoni isoperimetri maxima. quia nul-
la prima alicuius mediæ polygoniæ/intantũ excedit primã trigoni isoperime-
tri: sicut prima circuli. Vnde linea vna recta quæ in trigono ad tria latera est ex-
tensa/vt illius superficiei sit perimeter hoc est circũferẽtia: in tetragono ad qua-
tuor latera extẽditur/vt sit tetragoni perimeter siue circũferentia. Et adhuc plus
in pentagono extẽditur. Si autem maxime extenditur ita ꝙ plus extendi non
possit: erit tunc perimeter siue circumferentia circuli. Ex his patet ꝙ si trigonus
est minimę capacitatis & areæ vbi prima & secũda lineæ maxime differũt/& cir-
culus maximæ capacitatis vbi prima & secunda lineæ coincidunt: erit sic pro-
portionabiliter in medijs polygonijs/sicut erit in ipsa maxima & minima poly
gonia. ¶Supponit hic quicquid de maxiã & minima polygonia verificabiť in
inẽtiõe primę circuli: verificabiť etiã de medijs polygonijs. Ideo sequiť. ¶Q ua
re si poniť excessus capacitatis ipsius circuli isoperimetri sup trigonũ vt est dif-
ferẽtia primæ & secũdæ in trigono: erit excessus capacitatis circuli isoperimetri
super tetragonũ vt differentia primæ & secũdę in tetragono: & sic cõsequenter.
Rationem subiungit dicẽs. Cum ad maiorẽ excessum primæ lineæ vnius sup
primã lineam alterius sequatur minor differẽtia primæ & secũdæ in excedẽte q̃
sit primæ & secũdæ in excessa. ¶Vnde quia cõtinue primæ polygoniarũ a pri-
ma trigoni ad primã circuli isoperimetri vsq; crescunt: decrescũtq; secundæ/

supponit de Cusa augmētum illud & decremētū proportionaliter fieri in omnibus polygoniis a trigono ad circulum isoperimetrum vsq;. Ex quo pendet/ excessum primæ circuli isoperimetri super primam cuiuscunq; polygoniæ: ad sagittam ipsius polygoniæ in omnibus eandem tenere proportionem. *Similiter* pendet/rectam ductam a prima trigoni ad primam circuli isoperimetri: per oēs primas mediarū polygoniarū trāsire: & rectā ductā a secūda trigoni ad secūdā circuli isoperimetri/p oēs secūdas mediarū polygoniarū trāsire. vt in sequētibus dicet. Sequit. ¶Ex quo facile dato excessu primæ i vna aliqua sup primā trigoni/& differētia differentiarū (hoc est excessu sagittarū quæ dicuntur excessus primæ & secundæ polygoniæ) capacioris/& excessus primæ & secundæ trigoni: potest haberi semidiameter circuli isoperimetri/scilicet secūdum modum quem statim subiunget. Cætera: in litera sunt aperta.

Propositio prima.


1 Si ducitur linea recta in lineam rectā: oritur figura quatuor rectorum angulorum. Et si eadem ducitur in duplā: oritur dupla. & ita deinceps. Et si recta ducitur de angulo in angulum: diameter est. quia in duo diuidit. Vt si a b linea ducitur in b c: oritur figura quadrāgularis a b c d/habens quatuor angulos rectos. Et si a b ducitur in b e quæ sit dupla ad b c: oritur quadrangulus qui est duplus ad a b c d. linea vero a c diameter est: similiter a c.


Secunda propositio.

2 ¶Multiplicatio primæ lineæ in medietatē peripheriæ: æquatur embado polygoniæ. Sit a b c d figura quadrata quatuor rectorum angulorum/& æqualium laterum: cui inscribatur circulus super e centrū/ita q tangat quatuor latera quadrati in medio. & trahatur de e ad contactum vbi cirtulus tāgit a b/linea e f: quæ est prima/quia semidiameter inscripti. & trahatur e b linea: & similiter de e ad cōtactum vbi circulus b d latus tāgit/& sit e g. & dupletur f b: & sit f h. & similiter dupletur e g: & sit e i dupla. & claudat quadrāgulus per lineam h i: & ducatur e h diameter. Manifestum est ex p̄missa e f b/& e b h: triangulos esse æquales. Primus enim: medietas primi quadrāguli. quia e b diameter. & e f h triangulus/est medietas secundi quadrāguli: qui est duplus ad primum. quia e h diameter. erit igitur e b h triangulus: vt e f b. Duplicētur lineæ f h & e i/& sit f k dupla ad f h/& e l dupla ad e i: & claudatur quadrāgulus per lineā l k. & quia e f b triangulus est octaua pars quadrati a b c d: æquabit e f k l quadrāgulus a b c d quadrato. sed f k est medietas peripheriæ a b c d: æquatur enim duobus laterib⁹ quadrati/& e f prima linea/ducta est in medietatem peripheriæ. quare patet propopositū. Et sicut in quadrato: ita in omnibus polygoniis eodem modo cōstat. omnes enim in duplo plures triangulos orthogonios resoluuntur: q̄ latera habeant. & proceditur pari modo: vt premittitur.

Propositio tertia.

3 ¶Peripheria polygoniæ quæ est circūscripta circulo: est maior peripheria circuli. & tāto plus: quāto habuerit pauciora latera. cōtrariū: si circulo fuerit inscripta. Circūscribat circulo a b c triangulus/& hexagonus d e f h i k: & de g centro trahatur g a semidiameter circuli quę erit prima trianguli & hexagoni. si igitur a g ducitur in medie=





tatem peripheriæ trigoni: oritur quadrangulum ęquale trigono. em badū seu area trigoni: in se continet areā circuli inscripti, erit igitur area circuli minor. quare peripheria circuli: minor peripheria trigoni. Et sic peripheria hexagoni minor peripheria trigoni: & peripheria circuli minor peripheria hexagoni. quare patet propositum. In polygoniis inscriptis: cōtrariū. Nam area circuli maior. quare quadrāgulum ei æquale constituitur / ex multiplicatione semidiametri in lineā quæ erit maior q̄ medietas peripheriæ cuiuscunq; polygoniæ inscriptibilis. Cōtinet igit̄ area circuli areā hexagoni īscripti: & illa hexagoni continet areā trigoni. Erit igitur peripheria circuli / maior. Deinde hexagoni: post trigoni / & sic pariformiter est in omnibus.

Propositio quarta.

¶ Inter rectas & circulares lineas: minor est illa quæ alteri subtendi- 4
tur. & inter diuersas / illa subtensa quæ minor: minus exceditur ab illa cui subtenditur. Tertia circunferentiæ circuli quæ subtenditur lateri trigoni est minor latere: & sexta pars eiusdē circunferentiæ quæ subtenditur lateri hexagoni similiter est minor. & quia talis peripheria hexagoni: minor est peripheria trigoni. hinc minus exceditur proportionabiliter sexta circunferentiæ circuli a latere hexagoni: q̄ tertia a latere trigoni. Sic tertia circunferentiæ circuli proportionabiliter plus excedit latus trigoni īscripti: q̄ sexta / latus hexagoni īscripti.

Proportio quinta.

¶ Circulus æqualis peripheriæ polygonię est maior circulo inscripto 5
eidem: & minor circunscripto. & q̄to polygonia fuerit plurium laterum: tāto illis similior. Patet. Nā latus polygoniæ est minus q̄ arcus cui subtenditur: qui est arcus circuli circūscripti. & maius q̄ arcus ei subtensus: qui est circuli inscripti. Et quia inscriptus & circūscriptus sunt similiores / quando polygonia est plurium laterum: erunt igitur tunc etiam similiores circulo isoperimetro.

Propositio sexta.

¶ Inter quācunq; inscriptā polygoniam & circulum: possunt cadere 6
polygoniæ maiores illi / & minores circulo infinitæ. Sic inter circunscriptā & circulum: minores polygonia / & maiores circulo. Patet ex diuisione continui: per partes proportionales in infinitū. Data enim chorda cuiuscunq; arcus: erit chorda medii arcus minor. ita ī infinitū. & chordæ: sunt latera polygoniarū. sic de lateribus polygoniarū circūscriptarū. q̄a si datur latus circūscriptæ polygonię cui subtēdit̄ arcus: dabitur latus minus cui subtenditur medietas arcus. ita in infinitum.

Propositio septima. 7

¶ Quadrāgulus surgens ex multiplicatione semidiametri in semiperipheriā circuli: nec maior nec minor est area circuli. Patet ex p̄missa. Nā peripheria polygoniæ circunscriptibilis / est maior peripheria circuli: sicut & area eius maior area circuli. & peripheria polygoniæ inscriptibilis / est minor peripheria circuli: sicut & area. Igitur multiplicatio semidiametri circuli / in medietatem peripheriæ suæ: est maior omni area polygoniæ inscriptibilis / & minor omni area polygo-

niæ circunſcriptibilis. Et cũ data area maiore polygoniæ inſcriptæ/ & minore circulo/ſemper dari poſſit polygonia inſcriptibilis maior: ſic data area maiore circulo/ſemper poteſt dari circunſcriptibilis polygonia minor. Igitur patet propoſitum.

Octaua propoſitio.

8 ℭCapacitas circuli: excedit capacitatem omnium polygoniarum iſoperimetrarum. Patet. Nã prima linea in omnibus polygoniis eſt minor prima linea circuli: & peripheria eſt vna in omnibus. Plus igitur reſultabit de multiplicatione primæ circuli in medietatem peripheriæ: q̃ in aliqua.

Nona propoſitio.

9 ℭCapacitas trigoni iſoperimetri: eſt minima. Patet: quia habet latus maximũ. Plus igitur excedit peripheriã inſcripti: q̃ aliqua polygonia. quare circulus inſcriptus ei: eſt minor omnib⁹ inſcriptis aliis. Igitur prima eius minima: hinc & capacitas minima.

Decima propoſitio.

10 ℭQuãto polygonia talis plurium fuerit laterum: tãto capacior. Patet. quia cum habeat latera breuiora: & potẽtia ſecundæ lineæ/ſit potentia primæ & medietatis lateris. Igiẽ tunc prima & ſecunda lineæ minus inter ſe differũt: & plus aſſimilãtur primæ circuli iſoperimetri. Latus enim breue: minus exceditur ab arcu.

Vndecima propoſitio.


11 ℭIn capaciori polygonia neceſſe eſt primã lineã eſſe longiorem: & ſecundã breuiorem. Colligitur ex p̃miſſis. Nam cum circulus eidem inſcript⁹: ſit ſimilior circulo iſoperimetro. quia capacior. & circulus iſoperimeter: capaciſſimus. Igitur prima linea illius polygoniæ longior: & latus eius minus. Minus enim latus: min⁹ exceditur ab arcu. quare propĩquius accedit ad circulum iſoperimetrũ. & quia latus eſt minus: igitur ſecunda linea minus differt a prima/ & ideo etiã ſimilior primæ circuli iſoperimetri: erit igiẽ breuior in capaciori. Et hęc eſt principalis propoſitio: ad inueniendum id quod quærimus.

Duodecima propoſitio.


12 ℭSi ponitur exceſſus capacitatis circuli ſup capacitatem trigoni/vt differentia primæ & ſecundæ lineæ trigoni: erit exceſſus capacitatis circuli ſuper capacitatem polygoniæ medię inter trigonum & circulum/vt differentia primæ & ſecundæ lineæ eiuſdem. Et ſi ponitur exceſſus vt medietas/aut alia pars differentiæ primæ & ſecundæ in trigono: ita erit in mediis. Puta ponatur ꝙ exceſſus capacitatis circuli ſuper capacitatem trigoni ſit vt differentia primæ & ſecundæ/& ſit in numeris prima trigoni 7/& ſecũda 14: erit differẽtia 7/& prima circuli iſoperimetri 14/quia maior prima trigoni/per differentiã q̃ eſt 7: dico ꝙ prima circuli/erit maior prima cuiuſlibet mediæ polygonię: per quãtitatẽ differentiæ primæ & ſecundæ eiuſdem. vt in tetragono vbi differentia ſit 4/excedit prima circuli primã tetragoni in 4: erit igitur prima tetragoni 10. Si dixeris tetragonum capaciorem in habitudine ad circulum: erit igitur prima eius longior. ſit

ſigitur vt 11:cui adde differētiam/& habebis 15.Et quia 15 excedit:14
erit incapacior/per p̄miſſam.ſic eapacior:& incapacior.Similiter ſi di
xeris tetragonum minus capacem/puta vt 9:erit ſecunda 13/ſic mi-
nor 14.quare capacior:per p̄miſſam.& ita capacior & incapacior:qđ
eſt inconueniens.& hæc oſtenſio:procedit in omnibus.Conſidera igi
tur ꝙ quācunq; portionem ſagittæ addit vna polygonia/vt oriatur
prima circuli:ſimilē omnes addunt.Et vt hoc clare videas:ſic proce-
de.Patet ex p̄miſſis/ſi prima capacioris polygoniæ eſt maior q̄ inca-
pacioris:ꝙ illa ſemper erit minor aliqua prima alicuius polygoniæ.
cum inter quācunq; dabilem quæ minor eſt circulo:poſſint dari ma-
iores in infinitū/& ita talis ſemp eſt minor prima circuli.Sic ſi fuerit
ſecunda incapacioris/maior q̄ capacioris:ſemper illa erit maior ſecū
da linea alicuius polygoniæ.& ſic maior prima circuli.Ideo ſi poſue-
ris ex additione alicuius portionis ſagittæ ad primā polygoniæ/re-
ſultare primā circuli iſoperimetri:ſic neceſſe erit ex portione ſimilis
habitudinis ad ſagittā additæ primæ/in quibuſcūq; intermediis po
lygoniis accidere.Puta ſi duæ tertiæ ſagittę trigoni/ad primam eius
additæ/efficiūt primā circuli:ſic erit ī pentagono/hexagono/& om-
nibus.Nam ſi dixeris in aliqua reſultās plus/aut minus eſſe:hoc erit
neceſſario propter maiorem capacitatem.Si igitur dixeris eā maio-
rem hoc non eſt poſſibile:nā oportet eā eſſe minorē prima circuli.Et
q̄a prima circuli eſt idē cū prima trigoni/addita portione dicta/ſagit
tę:ita foret maior & minor.Siliter ſi dixeris ꝓpter capacitatē/mino-
rē:oportet ſimul dicere eādē & maiorē.Palā ex hoc etiā ꝙ ſi duę poly-
goniæ ſic ſe habuerint ꝙ ſimilis portio ſagittæ addita ad primas effi
ciat hincinde ęquale:ita erit neceſſario ī omnibus.Nam aut illæ duæ
polygoniæ habent alias in medio inter ſe/vt trigonus & pentago-
nus habent tetragonum:tunc neceſſe eſt ſic eſſe in tetragono ſicut in
trigono & pentagono.Nam ſi dixeris lineā reſultantem maiorem ob
maiorem capacitatem tetragoni q̄ trigoni:ita erit etiā minor.quia
minor capacitas tetragoni:q̄ pentagoni.Ita ſi dixeris ob minorem ca
pacitatem lineam reſultātem minorem:etiā erit ſimul & maior.qđ
eſt impoſſibile.Sic ſi dixeris duas illas ſine medio ſequi/vt trigon⁹ &
tetragonus/& negaueris idē in pentagono:tunc quia aut dixeris ma
iorem ob maiorem capacitatem pentagoni/& hoc non poteſt dici.nā
tetragonus eſt capacior/vbi non eſt maior:a fortiori non erit maior
in pentagono/ſed potius minor.Sic ſi dixeris minorē/nō valet:quā-
do in tetragono non eſt minor.ſic patet ſequi inconueniens:ſi in aliis
non eueniret idem.Ad hoc ſequitur ꝙ ſi ex ſimili portione in duabus
polygoniis modo dicto eadem linea exoritur:ꝙ illa erit ſemidiame-
ter circuli iſoperimetri.Nam cum in circulo iſoperimetro prima &
ſecunda linea ſint vna:hinc ſi additur ad primas polygoniarū quæ-
cunq; portio ſagittarum/ſiue lineæ aſcendāt ſiue deſcendāt/ſiue ma
neāt eidem:ſemper vltima erit prima circuli iſoperimetri.Puta ſi ad
do ad primas vnā quartam ſagittæ:tunc continue erunt maiores/&
maxima erit vltima/& prima circuli.& ſi addo tres quartas/erūt cō

tinue minores:& vltima erit minima/& prima circuli.Et si addo talē portionē ꝙ in duab⁹ resultet eadē linea:tūc sic erit in oībus. Vnde cū vltima tunc sit vt prima:erit quælibet prima circuli.Ex quo etiā manifestum est capacitatem circuli/excedere capacitatē cuiuslibet polygoniæ:secundum lineam/eādem in qualibet habitudinem tenentem ad sagittā suā.& ita etiam quælibet capacior polygonia/omnes min⁹ capaces exuperat:secundum lineā/eādem in qualibet habitudinē ad suā sagittā retinentem.Poterit & hoc aliter ostendi.& sit a b linea/secunda trigoni: quam diuidat c.trahe orthogonales de a/b/c/f æquales b c:& claude figurā per lineam d e f.& quia prima linea trigoni est a c:erit prima circuli isopetimetri plusq̄ f e.sit igitur vt f h:& sit e h duæ tertiæ e d.De h trahe æquedistātem ad b d:& sit h i.trahe similiter:lineam c h.manifestū est ꝙ si f h est prima circuli isoperimetri: ꝙ tunc primæ lineæ polygoniarum mediarum erunt maiores a c/& minores f h.& quæ capacior:huius prima/similior f h.Est etiā manifestum ꝙ sicut a i & i h simul sunt prima trigoni/& differētia primæ & secundæ eiusdem quæ est sagitta lateris eius/& cum hoc duæ tertiæ sagittæ:ꝙ sic in polygoniis mediis lineæ trahi possunt æquidistātes ad a i/quæ terminātur in i h & a f/quæ iunctæ residuæ lineæ i h æquant primæ lineæ polygoniæ mediæ/sagittæ/& duabus tertiis sagittæ eiusdem,vt in trigono dictum est.& notum est ꝙ q̄to polygonia illa fuerit incapacior:tanto hæ duæ lineæ simul erunt longiores. quia incapacior habet maius latus : & hinc maiorē sagittā. Sic erunt illæ duæ lineæ longissimę in trigono:in circulo isoperimetro breuissimę.quia circulus caret latere:& per cōsequens sagitta.& duæ lineę in polygoniis:erunt vna in circulo.Dico igitur si de h versus i signaueris sagittā alicuius polygoniæ mediæ/& lineam de termino sagittæ æquidistātem ad a i traxeris:tunc c h linea/secabit eā in duas lineas/quarum minor erit pars sagittæ/& maior prima polygoniæ illius.Puta sit h k sagitta tetragoni:& trahatur de k æquidistās ad h f q̄ sit k l/& vbi illā secat c h pone m.dico k m:fore duas tertias h k.qđ de se notum est.Habet eteni se m k ad k h:sicut c i ad i h.& dico m l: fore primā lineam tetragoni.Si vero negaueris.aut igitur dixeris tetragonum capaciorē:tunc prima eius debet esse maior l m/& tunc l k & k h simul sunt minores prima linea tetragoni/ei⁹ sagitta/& duabus tertiis sagittæ.qđ implicat cōtradictionem. Nam si debet esse tetragonus capacior/vt dicis:oportet ꝙ l k & h k excedāt primā tetragoni/sagittā/& eius duas tertias.eodem modo implicat contradictionem:si dixeris tetragonum incapaciorem.Nā tunc oportebit l m esse minorem:& l k & k h simul esse maiores prima linea tetragoni/sagitta/& duabus tertiis eiusdem.Ita de aliis polygoniis.quare patet si prima circuli isoperimetri excedit primā trigoni per partem aliquotā sagittæ trigoni:etiā excedit primā lineam cuiuslibet polygoniæ mediæ per similem partem aliquotā sagittæ polygoniæ illius. & dicere aliud:implicat contradictionem.



Propositio decimatertia.




¶Habitudo excessus capacitatis circuli super capacitatẽ trigoni isoperimetri/ad excessum capacitatis polygoniæ mediæ super capacitatem eiusdem trigoni: est sicut sagitta trigoni ad lineam/ q̃rum est sagitra polygonię mediæ eadem/minorẽ. Vt si ponitur excessus capacitatis circuli super capacitatem trigoni esse vt 7: erit capacitas tetragoni super capacitatem trigoni secundũ lineam/a qua sagitta tetragoni est substracta. Puta si sagitta fuerit 4: erit capacitas tetragoni vt tria. Hoc correlarium: patet ex præmissis. 13

Propositio decimaquarta.

¶Per scientiam excessus capacitatis alicuius polygoniæ medię super capacitatem trigoni isoperimetri: manifestum est (cum habitudo sit nota) q̃ tũc vno excessu noto/notus erit & alius. Sed quia excessus in tetragono/pẽtagono/hexagono/vel alia media polygonia sciri potest/per scientiam primæ lineæ trigoni & polygoniæ mediæ: tunc & circuli isoperimetri. 14

ANNOTATIONES OMNISANCTI.



¶Si ducitur linea recta in lineam rectam: oritur figura quatuorrectorum angulorum. Et si eadem ducitur in duplam: oritur dupla.


¶Est manifestum ex prima sexti Euclidis: rectangulam a b e f rectangulæ a b c d duplam esse. cũ altitudo earum: vna sit. Et per 34. primi Euclidis/est etiã a c diameter: diuidens a b c d rectangulã in duo æqua. similiter a e: diuidens a b e f/in duo æqua. 1

¶Multiplicatio primæ lineæ in medietatem peripheriæ: æquatur embado polygoniæ. Sit a b c d figura quadrata quatuor rectorum.

¶Embadum/area/planicies. Nam (vt in litera tertia dicitur) e f b: pars est octaua quadrati. & per 38 primi Euclidis: triangulus b e h æqualis erit triangulo f e b. cum sint inter æquidistantes: & super bases æquales. Ex quo sequitur q̃ triangulus f e h: sit pars quarta quadrati. Et per 41 primi Euclidis rectangula e f h i: dupla est triangulo f e h. quia super eandem basim constituti sunt & rectangula & triangulus: & in alternis lineis/siue æquidistantibus. Vnde rectangula: erit medietas quadrati. Quo fit: vt quadrat⁹ a b c d duplus sit/ad f e h i. Et per primã sexti: e f k l/dupla est rectangulæ e f h i. quia k f dupla est ad f h: & sunt æqualitę. Igitur per 9 quinti Euclidis: a b c d quadratus/æqualis erit rectangulæ e f k l/quæ fit ex multiplicatione e f in f k medietatem peripheriæ quadrati. hoc etiam satis expressum est: in principio de transmutationibus geometricis. 2

¶Peripheria polygoniæ: quæ est circunscripta circulo: est maior.


¶Hæc ex præmissa/& ex his quæ dicta sunt in pricipio annotationum de geometricis transmutationibus/fit manifesta. 3



¶Inter rectas & circulares lineas: minor est illa quæ alteri subtendit.

¶Sit circulo a b c: inscriptus trigonus/& hexagonus/similiter & circũscriptus. Per p̃missam p q latus trigoni circunscripti/maius est curua l a m: quæ est pars tertia circunferentiæ circuli/& eadem curua subtensa est eidem lateri. Similiter d e latus hexagoni circunscripti/maius est curua n a o: quæ est pars sexta circunferẽtiæ eiusdem circuli/& eadem curua subtensa est lateri d e. Et quia peripheria trigoni circunscripti: maior est peripheria hexagoni. hinc n a o arcus minus/excedit proportionabiliter a latere d e: q̃ l a m arcus/a latere p q. Quia enim p q maior est de duplicata: ideo a p maior est d e. Vnde a p sexta pars circunferẽtiæ trigoni circũscripti: plus excedit curuã n a o/q̃ d e. similiter d e min⁹ excedit n a o sextã partẽ circũferẽtiæ circuli proportionabiliter: q̃ p q tertiam partem eiusdem circũferẽtiæ scilicet l a m. eo q̃ a p medietas de p q/plus excedit n a o me- 4

dietatem de l a m: q̃ de eandē n a o. Ex opposito l m latus trigoni inscripti/subtensum l a m tertiæ parti circunferentiæ circuli/plus exceditur ab ipsa l a m proportionabiliter: q̃ n o excedatur ab arcu n a o. Nam per præmissa: n o maior est medietate l m. quia n o duplicata: maior est l m. Igitur n a o plus excedit medietatem l m: q̃ n o. & ex consequēti proportionabiliter l a m plus excedit l m: q̃ n a o rectam ei subtensam n o. Ex his patet q̃ q̃to chorda in eodem circulo maior fuerit: tanto arcus ad ipsam minorem seruabit proportionē. econtrario q̃to minor erit: tanto arcus ad ipsam/maiorem. Vnde cum continue chordæ fiant minores: continue crescit habitudo chordæ ad arcū/& decrescit habitudo arcus ad chordam. cum vero peruentum fuerit ad minimam chordam & minimum arcum: tunc minima habitudo arcus ad chordam/coincidet cum maxima habitudine chordæ ad arcum. quia ibi æqualitas vtrobiq; erit. Eadem quippe est habitudo minimi arcus ad minimam chordam: quæ minimę chordæ ad minimū arcum.



¶ Circulus æqualis peripheriæ polygoniç: est maior circulo ĩscripto.

5 ¶ Circulus æqualis peripheriæ: dicitur circulus isoperimeter. Sit super a b per primam primi Euclidis descriptus triangulus æquelaterus a b c: cui inscribo & circūscribo circulum. & circulo inscripto/circunscribo hexagonum d e f g h i, cui rursus circunscribo circulum: & centrum sit k. traho per medium d e/a cētro k l m/& k d. Manifestum est: circulum k l/hexagono inscriptum/& circulum k d eidem circunscriptū similiores esse circulis k l & k m. Et hoc ideo: quia hexagonus plura habet latera trigono. q̃ si circulo k l circunscriberetur alia polygonia plura hexagono habens latera: tunc circulus k l & circulus polygoniæ plurium laterum circunscriptus/erunt similiores/hoc est minus differentes. quia minus sese excedent. Minus quippe excedit circulus k d circulū k l: q̃ circulus k m ipsum circulum k l. & ex consequenti: tales circuli similiores erunt circulo isoperimetro. tamen nunq̃ æquales: sicut nec æquales polygoniis q̃bus inscripti sunt & circunscripti. Et quēadmodum polygonia est semper inscripto maior/& minor circunscripto: ita isoperimeter circulus semper maior circulo inscripto quocunq; dato/& minor circunscripto.

¶ Inter quācunq; inscriptā polygoniam & circulum: possunt cadere.

6 ¶ Hæc de se est manifesta: per eius demonstrationem in litera positam.

¶ Quadrangulus surgens ex multiplicatione semidiametri in.

7 ¶ Hæc etiam ex præmissis est manifesta. & ex iis quæ dicta sunt: in principio annotationum libri de Geometricis transmutationibus.

¶ Capacitas circuli: excedit capacitatem omnium polygoniarum isoperimetratum. Patet. Nā prima linea in omnibus polygoniis est.

8 ¶ Hæc: vt præmissa est manifesta.

¶ Capacitas trigoni isoperimetri: est minima. Patet, quia habet lat⁹.

9 ¶ Hæc: vt præmissæ fit manifesta.

¶ Quanto polygonia talis (scilicet isoperimetra) plurium fuerit laterum: tanto capacior. Patet, quia cū habeat latera breuiora: &

10 ¶ Hæc: ex præmissis patet.

¶ In capaciori polygonia: necesse est primā lineam esse longiorem.

11 ¶ Hæc: patet similiter ex præmissis.

¶ Si ponitur excessus capacitatis circuli super capacitatē trigoni vt differentia/hoc est sagitta primæ & secundæ lineæ trigoni: erit excessus capacitatis circuli super capacitatem mediæ polygoniæ inter trigonum & circulum/vt differentia primæ & secundæ lineæ/hoc est sagitta eiusdē polygoniæ. Et si ponitur excessus vt medietas/aut alia pars differentiæ primæ & secundæ in trigono: ita erit in mediis.

12 ¶ Ex his cōstat verū q̃d prius diximus: scilicet de Cusa supponere excessum


primæ circuli isoperimetri/super primã cuiuslibet polygoniæ ad sagittã/in omnibus eandem tenere habitudinem. Sequitur.

¶ Puta ponatur q̃ excessus capacitatis circuli isoperimetri super capacitatem trigoni sit vt differentia primæ & secundę/& sit in numeris prima trigoni 7. hoc est longitudine ponatur 7/& secunda 14. (est enim vt sæpe dictum est secunda trigoni ad primam longitudine dupla) erit differentia siue sagitta longitudine 7. Et prima circuli 14. quia maior prima trigoni per differentiam quæ est 7.

¶ Sic erit prima circuli isoperimetri p̃ hypothesim: vt secũda trigoni. Dicit de. Causa q̃ prima circuli isoperimetri: erit maior prima cuiuslibet polygoniæ mediæ/per quantitatẽ differentiæ primæ & secundæ eiusdem. Vt in tetragono vbi differentia sit 4: excedet primã tetragoni prima circuli isoperimetri in 4. Igitur erit prima tetragoni 10. Nam est manifestũ primã tetragoni medio lateri æquari: sic secunda potestate dupla erit ad primã. cum (vt dictum est) contineat potestatem primæ tetragoni: & potestatẽ medii lateris. Si igitur sagitta quadrati sit 4. longitudine: erit propinque prima longitudine 10/& secunda 14. Si vero prima longitudine 10: erit p̃ se secunda ei incõmensurabilis longitudine. Recta q̃ longitudine est 14: ad eam quæ 10/potestate se habet vt 196 ad 100 quę potestas ferme dupla est. Ideo in propinquitate hic ponitur prima tetragoni longitudine 10: si differentia siue sagitta longitudine fuerit 4. Sequitur. ¶ Si dixeris tetragonũ capaciorem in habitudine ad circulum isoperimetrũ/cuius prima supponitur æquari secũdæ ipsius tetragoni/& differẽtia esse 4. longitudine: tũc prima tetragoni erit longior 10. sit vndecim/& per ypothesim addita sagitta quæ posita est 4: fiet 15. Et per p̃missa q̃to secunda polygoniæ maior est: tãto polygonia est incapacior. sic erit quadratus ratione secũdæ positæ vt 14 longitudine capacior: & incapacior ratione secũdæ positæ vt 15. & hoc cõtradictionem implicat. Nam ecõtrario ratione secũdæ positæ vt 14: prima est minor. quia 10/sic est incapacior. ratione vero secũdæ vt 15: prima est longior. quia 11/& sic quadratus incapacior/& capacior ratione eiusdem primæ & secundæ. Et modo opposito/cõtingit: si dicatur quadratus minoris capacitatis ĩ habitudine ad circulum. vt in litera patet. Sequitur. ¶ Considera igit̃. quãcunq̃ portionem sagittę addit vna polygonia ad primã ipsius polygoniæ vt oriatur prima circuli isoperimetri: similem omnes addunt. Et hoc vt clare videas: sic procede. Patet ex præmissis.

¶ Quia ex additiõe similis portionis sagittæ ad primã ipsius polygoniæ ad habẽdã primã circuli isoperimetri: continue portiones longitudine minores erũt: cum continue sagittæ minores sint a sagitta trigoni/vsq̃ ad sagittam circuli isoperimetri. Ita econtrario: continue primæ a prima trigoni vsq̃ ad primã circuli isoperimetri crescent. Ideo videt̃ ex additione similis portionis sagittæ ad primas: æquales lineas resultare. Sed ad hoc verificandũ: necesse esset demonstrare augmẽtum primarũ & decremẽtum secundarũ proportionaliter fieri. ex quo ista pendent. Sequit̃. ¶ Puta si duę tertiæ sagittæ trigoni ad primã eius additæ efficiunt primã circuli isoperimetri: sic erit in pentagono/hexagono/& omnib⁹. Nam si dixeris in aliqua resultans ex prima & duabus tertiis sagittæ plus esse: q̃ ex prima trigoni cum duabus tertiis sagittæ ipsius/quæ est posita prima circuli isoperimetri/hoc erit propter maiorem capacitatem. & quia oportet eã scilicet primã polygoniæ minorem esse prima circuli isoperimetri: ideo non erit capacior. ¶ Sed hoc nõ videtur inde sequi. Nã cũ possit addi portio sagittæ ad primã quæ efficiat eam maiorem prima circuli isoperimetri: hoc nõ erit ratione capacitatis polygoniæ/sed ratione maioris portionis sagittæ additæ ad primam. Si igitur ex duabus tertiis sagittæ in quadrato additis ad primã ipsius/resultet maior prima circuli isoperimetri: (supposito q̃ in trigono resultet ex prima ipsius cum duabus tertiis sagittæ) nõ propterea concludere oportet esse hoc propter maiorem capacitatem quadrati/sed quia portio sagittæ addita ad primam maior est addenda. nisi supponat̃ ex simili portione sagittæ additæ ad primas primam circuli resultare (q̃d non demonstratum est) aut dicere rectam a prima trigoni ad primam circuli isoperimetri ductam transire per omnes primas. q̃d

ignotum manet: vt ipse de Cusa in fine istius quadraturae dicit. Dimissis igitur quae de capacitate polygoniarum dicitur: veniamus ad pondus demonstrationis. Sequitur. ¶ Poterit & hoc aliter demonstrari: & sit a b linea secunda trigoni quã diuidat c in duo aequa. Rursus est manifestum q̀ sicut a i/& i h simul/ sunt prima trigoni/& differentia primae & secundae eiusdẽ quae est sagitta lateris eius & cum hoc duae tertiae sagittae: q̀ sic in polygoniis mediis lineae trahi possunt aequedistantes ad a i/quae terminãtur in i h & a f/& iunctae residuę lineae i h aequãtur primae lineae polygoniae mediae/sagittae/ & duabus tertiis sagittae eiusdem. vt in trigono dictum est. Q đ hic dicit esse manifestum de mediis polygoniis: sicut de trigono. hoc ignotum est: & demonstratione indiget. Nam hoc admisso: recte sequentia concluderet. vt videbimus. Subiũgit. ¶ Et notũ est/q̀ quãto polygonia illa fuerit incapacior: tãto hae duae lineae scilicet prima & sagitta simul erunt longiores. quia incapacior habet maius latus: & hinc maiorem sagittam. Sic erunt illae duae lineae: longissimę in trigono. in circulo isoperimetro breuissimę. quia circulus caret latere: & per consequens sagitta. & duae lineae in polygoniis: erunt vna in circulo isoperimetro. Sunt enim hae duae prima polygoniae & duae tertiae sagittae: quas simul in omnib⁹ polygoniis aequales supponit: admisso q̀ i trigono/sint vt prima circuli isoperimetri. Dicit igitur de Cusa q̀ si de h versus i signaueris sagittam alicuius polygoniae mediae/& lineam de termino sagittae aequedistantem ad a i traxeris: tunc c h linea secabit eã in duas lineas: quarũ minor erit pars sagittae: & maior prima polygonię illius. Puta sit h k sagitta tetragoni isoperimetri: & trahatur de k aequedistans ad h f quae sit k l & vbi illam secat c h pone m: dico k m fore duas tertias h k. quod de se notũ est. cũ c i h & m k h: sint aequianguli trianguli. quare per 4. sexti euclidis sicut c i ad m k: ita i h ad k h. & permutatim sicut c i ad i h: ita m k ad k h. quare m k sunt duae tertiae de k h: sicut c i de i h. Addit & dico: m l fore primam tetragoni. hoc erit verum supponendo quod supponit: scilicet q̀ aliqua possit aequidistans ad a i trahi quae terminetur in i h & a f: & eadem iũcta residuae lineae i h aequatur primae quadrati/sagittae/& duabus tertiis sagittae. Nam hoc admisso (q đ tamen ignotum est) recte subiungit. Si vero negaueris l m esse primam tetragoni: aut igitur dixeris tetragonum capaciorem aut incapaciorem. Si capaciorem: tunc prima linea maior erit l m. & tunc l k & k h simul sunt minores prima linea tetragoni: sagitta/& duabus tertiis sagittae: qđ implicat cõtradictionem. Nã si debet esse tetragonus capacior vt dicis: oportet q̀ l k & k h excedãt primã tetragoni/sagittam/& eius duas tertias. Patet sit n o prima quadrati quae est maior l m/continuo vsq; i h: & fiat n s. est manifestum n s cum s h: minorẽ esse l k cum k h. Nam l k & n s: sunt aequales. Et per hypothesim duci potest aequidistans ad f g: quae terminetur in i h & a f: sic q̀ ipsa cum residuo i h aequetur primae tetragoni/sagittę/& duabus tertiis sagittae. Et per te: non est l k & k h. (quia l m dicis minorem prima tetragoni) erit igitur illa quaerenda inter l k & f h & talis non potest reperiri. Nam residuum i h cum portione cadente inter i h & c h: erit minor sagitta quadrati cum duabus tertiis. Nam post k h: omnes erunt simul minores k h & m k. Igit̃ cõstat si talis prima maior sit l m: q̀ cadere habeat inter l f & m h. Vnde si ita esset: sequeretur q̀ l k & k h simul essent maiores & minores prima quadrati/sagitta/& duabus tertiis sagittae. esset in hoc maior: quia illa aequidistans quaerenda esset inter l k & f h. Et minor in hoc/q̀ m k & k h sunt sagitta cum duabus tertiis/& l m minor prima. Eodemmodo demõstraretur si capacitas tetragoni diceretur minor. tunc aequidistans quaerenda esset inter l k & a i/vt posset haberi minor l m inter c h & a f. & sic l k & k h: esset maior & minor/arguendo vt prius. At si non admittatur hypothesis illa de linea aequidistanti: tunc non est inconueniens k h cum m k facere sagittam quadrati cum duabus eius tertiis &/l m esse minorem vel maio-



rem prima quadrati. Habet igitur de Cusa demonstrare necessitatē illius æquidistantis: vt valeat concludere suum intentum. Ex hoc concludit dicens. Quare patet si prima circuli isoperimetri excedit primam trigoni per partem aliquotam sagittæ trigoni: etiam ipsa prima circuli isoperimetri excedit primā lineam cuiuslibet polygoniæ mediæ per similem partē aliquotam sagittæ polygoniæ illius. & dicere aliud: implicat contradictionem.


¶Habitudo excessus capacitatis circuli super capacitatē trigoni isoperimetri / ad excessum capacitatis polygoniæ mediæ super.

¶Vt e h est excessus capacitatis circuli isoperimetri super capacitatem trigoni 13
& t m est excessus capacitatis tetragoni super capacitatē trigoni: dicit q̄ e h ad t m se habet vt e c sagitta trigoni ad t c / excessum sagittæ trigoni / super sagittam quadrati. Nam in linea t c / est sagitta quadrati scilicet t e quæ est æqualis k h: minor c e sagitta trigoni. Et cum c e h & c t e sint orthogonii similes: constat per 4. sexti Euclidis propositum. Vnde si e h poneretur æqualis c e sagittæ trigoni / & longitudine esset 7 & t e / sagitta quadrati 4: esset c t 3. quia residuum de 7. faciunt siquidē 4. & tria septem. sic t m: esset 3. Nam sicut e c ad t c: ita e h ad t m. sed e c ad t c est vt 7 ad 3: quare e h quæ est 7 per hypotesim ad t m: erit etiā vt 7 ad 3. & sic t c æqualis esset t m: sicut c e æqualis supponitur e h.

¶Per scientiam excessus capacitatis alicuius polygoniæ mediæ.

¶Vt quia excessus primæ tetragoni super primam trigoni isoperimetri notus 14.
est: sic per præmissam potest inueniri semidiameter circuli isoperimetri. Describo quadratum sagittæ trigoni / qui sit b c d e: signo in e c versus c sagittam quadrati quia nota est (cum prima & secunda quadrati notæ sint) & sit e t / educo perpendicularem super c e a puncto t / & in ea signo æqualem excessui primæ tetragoni super primam trigoni isoperimetri: quæ sit t m. traho a puncto c per m ad e d rectam: & vbi eam secat pono h. erit per præmissam: e h excessus capacitatis primæ circuli isoperimetri super primam trigoni. Nam ad t m excessum primæ quadrati super primā eiusdem trigoni / se habet e h: sicut e c sagitta trigoni ad t c excessum sagittæ trigoni super sagittam quadrati. Ex his constat quomodo si ponatur prima circuli isoperimetri / excedere primam cuiuslibet polygoniæ mediæ in similem portionem sagittæ ipsius polygoniæ / in quā excedit primā trigoni (vt per penultimam proponit de Cusa) quatuor necessario sequuntur. Primum q̄ additum ex sagitta ad primas polygoniarum pro semidiametro circuli isoperimetri: ad sagittam / eandem in omnibus tenet proportionem. Secundum q̄ recta ducta a prima trigoni ad primam circuli isoperimetri: transit per omnes primas mediarum polygoniarum. Similiter recta ducta a secunda trigoni ad secundam circuli isoperimetri; per omnes secundas mediarum polygoniarum. Tertium q̄ additum ex sagitta mediæ polygoniæ / primæ ipsius polygoniæ pro semidiametro circuli isoperimetri / ad residuum sagittæ: & excessus primæ illius polygoniæ super primam trigoni isoperimetri / ad excessum secundæ trigoni super secundam ipsius polygoniæ / in omnibus eandem tenent habitudinem. Quartum q̄ additum ex sagitta mediæ polygoniæ / primæ ipsius polygoniæ pro semidiametro circuli isoperimetri / ad residuum sagittæ: & excessus primæ ipsius polygoniæ super primam incapacioris isoperimetræ / ad excessum secundæ incapacioris super secundam capacioris / in omnibus eandem tenent habitudinem. Non hæc latuerunt de Cusa: sed & tertium & quartum fuerunt ipsi fundamenta / cum argumento de maximo & minimo. Sic enim omnia illa annexa sunt vt posito vno & admisso: cætera ponere & admittere sit necesse. Et his intellectis: poterunt præcedentia & sequentia facilius intelligi. Resumatur figura vltima / traho b h a secunda trigoni ad secundam circuli isoperimetri / quæ cum prima coincidit: continuo l k vsq; b d & sit l q / vbi secat b h pono r. Continuo similiter n s & sit n x: & vbi secat b h pono v. vbi vero c c / pono p. Dico igitur si ponatur prima circuli f h excedere primam cuiuslibet polygoniæ mediæ isoperimetræ in similem portionem sagit-





tæ ipsius polygoniæ in quam excedit primam trigoni: q̄ additum ex sagitta primis polygoniarum pro semidiametro circuli isoperimetri/ad sagittā in omnibus eandem tenet proportionem. Hoc aperte dicit de Cusa in penultima: ibi. ¶ Cōsidera igitur quācūq; portionem sagittæ addit vna polygonia ad primā ipsius vt oriatur prima circuli isoperimetri: similē omnes addunt. hæc ille. ¶ Similis portio sagittæ dicitur: quæ eiusdem est denominationis. vt si tertia: tertia aut si quarta: quarta. & ita deinceps. Non enī posset semidiametrus circuli isoperimetri excedere primas polygoniarum in simili portione sagittæ ipsius polygoniæ: nisi portiones illæ ad sagittas eandem seruarēt portionem. vt quia m k portio de h k/similis est portioni c i de i h: ideo sicut m k ad k h: ita c i ad i h. Similes enim portiones duorum totorum semper inter se proportionem seruant: quam tota seruant. Nam si portio vnius illorum totorum fuerit ad totum submultiplex: alia portio alterius totius æque submultiplex erit ad ipsum totum. & si in alia proportione: idem eueniet. Secundum patet. Nam quia portiones sagittarum ad sagittas eandem seruant proportionē/sequitur q̄ si claudantur trianguli sic q̄ angulus sub portionibus & sagittis æquales fuerint: erunt trianguli æquianguli. Patet: sumātur h i & i c/sagitta scilicet & portio/q̄ contineant angulum rectum: similiter h k & k m. Dico si claudantur orthogonii: æquianguli erunt & similes. quare facto angulo communi qui sub sagitta continetur/& recta angulo recto opposita: ipsa erit vna linea in duobus triangulis. Patet. Nam per præmissa: m: c i ad i h/est sicut m k ad k h. quare permutatim c i ad m k: erit sicut i h ad k h. Si igitur dicis c h non transire per m k: vel vltra vel citra. Si vltra: tunc erit maior. quare c i ad minorem & maiorem: eandē seruabit proportionem. q̄d est impossibile. Nam seruaret ad maiorem m k: proportionem quam i h ad k h. cum essent duo trianguli æquianguli. Itidem si citra: tunc erit minor. Et quia nihilominus constituti sunt duo trianguli æquianguli: erit c i ad minorem k m/sicut i h ad k h. quod est impossibile. scilicet q̄ c i ad k m/& ad minorem: eandem seruet proportionem/per 8 quīti Euclidis. Nā ad minorem seruabit maiorem/& ad maiorem seruabit minorem. Patet igitur quomodo orthogonii quorum angulus rectus a sagittis & simili portione sagittarum polygoniarum continetur: sunt æquianguli. q̄ si angulus sub sagitta & recta angulo recto opposita communis fiat: transibit recta angulo opposita per omnes portiones. vt c h tranit per k m/& s o: quæ ponatur portio sagittæ hexagoni. propterea dico: c h transire per omnes primas polygoniarum mediarum. Patet. Nam f h supponitur semidiametrus circuli isoperimetri siue prima circuli: & similiter a i æqualis/supponitur etiam a c prima trigoni. quare l m: erit prima trigoni/similiter n o prima hexagoni. Nam k m est portio sagittæ addendæ primæ tetragoni pro prima circuli: & l k est prima circuli. igitur l m: erit prima tetragoni. Si enim prima tetragoni cum m k faciat primam circuli: & l k sit prima circuli/relinquitur q̄ l m sit prima tetragoni. Similiter si o s cum prima hexagoni facit primam circuli/& n s æqualis f h sit prima circuli: necesse est n o esse primam hexagoni. & ita de cæteris. quare c h: transibit per omnes primas polygoniarum mediarum. Dico etiam b h: transire per omnes secundas mediarum polygoniarum. Patet. Nam trianguli c l h & m h r: sunt æquianguli/cum m r sit æquidistans ad c b. Ideo per secundam partem 29 primi Euclidis: angulus b c h intrinsecus angulo r m h extrinseco erit æqualis (cum c h cadat/super æquedistantes) eodem modo anguli c b h & m r h. quia igitur trianguli c h b & m h r sunt æquianguli. tunc per 4. sexti Euclidis: sicut c b ad m r/ita c h ad m h. Rursus isti duo orthogonii c i h: & m k h/sunt æquianguli. vt desе notum est. Igitur per eandem 4. sexti Euclidis: sicut c h ad m h/ita i h ad k h. quare per 11 quinti Euclidis: c b ad m r/& i h ad k h/erunt proportiones æquales. quia vni sunt æquales: scilicet c h ad m h. Sicut igitur c b ad m r: ita i h ad k h. & permutatim sicut c b ad i h: ita m r ad k h. Sed c b: est æqualis i h. erit igitur m r: æqualis k h. quare m r: erit sagitta quadrati. & ex consequenti l r: erit secunda quadrati. Nam l m prima: & m r sagitta.


Similliter posset probari q; o v esset æqualis s h. quare æqualis sagittæ hexagoni. & ex cōsequenti n v: erit secunda hexagoni. quia n o prima: & o v sagitta. Patet igitur b h recta ducta a secunda trigoni ad secundam circuli isoperimetri: transire per omnes secundas mediarum polygoniarum. sicut c h recta ducta a prima trigoni ad primā circuli isoperimetri: transit per omnes primas mediarum polygoniarum. Tertium patet qđ est. Additum m k ex sagitta primæ quadrati scilicet l m pro prima circuli/ad k r residuum sagittæ: esse sicut t m excessus primæ quadrati super primam trigoni isoperimetri/ad r q excessum secundæ trigoni super secundam quadrati. Patet. Nam sicut c i h/& m k h/sunt orthogonii similes siue æquianguli: ita orthogonii b i h/& r k h. igitur per 4. sexti Euclidis/sicut i h ad k h: ita c i ad m k/& i b ad k r. erunt igitur proportiones æquales: c i ad m k/& i b ad k r. quia vni sunt æquales: scilicet i h ad k h. Quia c i ad m k/est sicut i b ad k r: erit permutatim c i ad i b/sicut m k ad k r. Et quia m k abscisum de k t æquali i c/ad k r abscisum de k q æquali i b/se habet sicut t k totum ad k q totum: erit t m residuum ad q r residuum sicut t k totum ad k q totum. Vnde per 11 quinti Euclidis: istæ proportiones m k ad k r/& t m ad q r/erunt æquales. quia vni: scilicet t k ad k q sunt æquales. Sic posset dici similiter: q; o s ad s v & p o ad v x/eodem modo se habeant. Nam sicut c i ad i h: ita o s ad s h/per primum demonstratum. & permutatim c i ad o s: est sicut i h ad s h. Quia igitur c i abscisum de i h ad o s abscisum de s h/se habet sicut i h totum ad s h totum: erit i b residuum de i h ad s v residuum de s h/sicut i h totum ad s h totum. Vnde constat per 11 quinti Euclidis: c i ad o s & i b ad s v proportiones esse æquales. quia vni/scilicet i h ad s h: sunt æquales. Quia igitur c i ad o s est sicut i b ad s v: erit permutatim c i ad i b/ sicut o s ad s v. Et quia o s abscisum de p s æquali c i/ad s v abscisum de x s æquali i b/se habet sicut p s ad x s: erit o p residuum/ad x v residuū/sicut p s totum/ad x s totum. Per 11 igitur quinti Euclidis p o ad x v/& o s ad v s sunt ꝓportiones æquales. quia vni sunt æquales: scilicet p s ad x s siue c i ad i b. qđ idem est. Ex his patet quomodo additum ex sagitta polygoniæ mediæ/primæ ipsius polygoniæ pro semidiametro circuli isoperimetri/ad residuum sagittæ: & quomodo excessus primarum mediarum polygoniarum super primam trigoni isoperimetri/ad excessum secundæ trigoni super secundas polygoniarum/in omnibus eandem teneant habitudinem. Nam m k ad k r/similiter o s ad s v: sunt sicut c i ad i b. Rursus t m ad q r & p o ad x v: sunt etiam sicut c i ad i b. Et illud etiam supponit de Cusa: in fine illius quadraturæ. & per has habitudines æquales: statim venabitur semidiametrum circuli isoperimetri. ideo fuit necesse: eas hic declarare. Quartum: patet ex præmisso. Nam quia o s ad s v: est sicut m k ad k r. & excessus m k super o s: est excessus n o primæ hexagoni/super l m primam tetragoni. excessus vero k r super s v: est excessus l r secundæ quadrati/super n v secundam hexagoni. Vnde quia o s abscisum de m k ad s v abscisum de k r: est sicut m k totū ad k r totum. erit per 19 quinti Euclidis: residuum siue excessus n o super l m ad residuum siue ad excessum l r super n v/sicut m k totum ad k r totū. Vnde constat excessum primæ hexagoni super primam tetragoni(qui est excessus n o super l m)ad excessum secundæ tetragoni super secundam hexagoni(qui est excessus l r super n v)esse sicut o s ad s v. cum hæ duæ ꝓportiones: sint æquales proportioni m k ad k r. Et ita de cæteris dicatur. Vnde ex his demum infertur/quomodo continue primæ polygoniarum isoperimetrarum a prima trigoni vsq; ad primam circuli isoperimetri: crescant proportionabiliter/ad decremētum secundarum earūdem polygoniarum/a secunda trigoni ad secundā vsq; circuli isoperimetri. Et hæc est coincidētia maximę polygoniæ & minimę & mediarū polygoniarū: quā quæsiuit de Cusa. q̄ vera erit: si quatuor prædicta sint vera. Sed re vera dubitari possunt: vt ipse de Cusa testatur. quare similiter & eius resolutio: sine quonī suppositione aut demonstratione subsistere minime potest. Habent nihilominus aliquid apparentiæ.

1 DAtæ rectæ: curuam circularem æqualem assignare. Sit recta a b: & factis ex ea trigono & tetragono / vt pmittitur. Sit e f linea secunda trigoni: quã quadra / & sit e f g h. Deinde p medium lineam i k trahe: & lineam i g. quære vbi i g & f g distãt per differentiã primæ & secundæ tetragoni: & trahe lineã æquidistantẽ e f / & sit l n / & differẽtia l m. signa in n l primã tetragoni: quæ sit n o. trahe de i per o lineam ad g h: & vbi eam scindit pone p. Manifestum est ex pmissis h p semidiametrum esse circuli: cuius peripheria æquatur peripheriis trigoni & tetragoni: seu lineæ rectę a b. qđ est intẽtũ.




2 ℂDatæ curuæ circulari: æqualem rectam assignare. Istud si breuiter facere volueris: facito angulum per quem reperias hoc modo. Ad h p semidiametrum pmissi circuli / iunge in cẽtro lineam a b orthogonaliter: & ad eius medietatem quæ sit q trahe p q / & habes angulum h p q / quem facito in ære aut ligno. Et quando circularem lineam in rectã resoluere cupis: facito lineam indefinitæ q̃titatis quæ ad angulum rectum concurrat cum semidiametro in centro / & pone angulũ in contactu semidiametri & circunferentiæ / minus latus super semidiametrum / & maius latus anguli abscindet in linea indefinitæ quãtitatis portionem æqualem semiperipheriæ.

3 ℂDato circulo: quadratũ ęquale assignare. hoc sic facito. inter h p & medietatẽ a b recipias mediũ pportionale. per nonã sexti Euclidis: quoniã est costa quadrati æqualis. & medietatem huius costæ signa in linea quæ ad angulum rectum coniungitur h p in cẽtro: & sit h r trahendo p r / & habes angulum h p r. quem facito ex ære vel ligno: & modo quo supra cũ illo omnes circulos q̃ocyssime quadrare poteris.



4 ℂDato quadtato: circulum ei æqualẽ assignare. erige de medietate lateris rectã orthogonaliter / & pone super illam angulum statim præmissum / eleuando quousq; longius latus anguli cadat super finẽ lateris quadrati: & linea erecta vsq; ad punctũ anguli erit semidiameter circuli æqualis quadrato. Omnia ista patent de se: propter identitatem proportionis semidiamettorũ ad circũferẽtiã & costas q̃dratorũ / oĩbus circulis. Sine istis duob⁹ angulis facere poteris ex pmissis: p idẽtitatẽ pportionis eius qđ addit semidiameter circuli / sup semidiametrũ trigoni. Puta si vis dari circuli circũferẽtiã q sit s trãsferre in rectã. sume qualẽcũq; lineã vt a b: & repetias circũferẽtiam ei æqualem per præmissa.



Deinde erige lineam vnam quæ ſit h p/orthogonaliter ſuper aliam quæ ſit r v:& ſit h p ſemidiameter circuli.& ſigna in illa h k ſemidiametrũ circuli inſcripti trigono/ iſoperimetro circulo:trahẽdo de r per k & p/lineas.Deinde ſemidiametrũ dati circuli æquidiſtãter trahe ad h p inter lineã r v & eã quę de r trãſit per p:& ſit x y.& vbi x y ſcindit̃ per lineã de r per k:ſigna z.clarũ eſt:y z/eſſe ſemidiametrum circuli inſcripti trigono iſoperimetro circulo s.ita reperies:rectam quæſitam.

¶Ex antehabitis quicquid hactenus in geometricis ignotũ fuit:inquiri poterit.Fuit autẽ incognita perfectio artis:de ſinibus & chordis.Nemo vnq̃ ſcire potuit chordã arcus gradus vnius/& duorũ/& quatuor/ & ita cõſequẽter:quæ nũc ſic habetur.Manifeſtũ eſt omnẽ multiangulã ſimiliũ laterũ/ex differẽtia primæ & ſecũdæ linearũ/ad habendã ſemidiametrũ circuli iſoperimetri:æqualis portionis partem addere ſuper primam. Et ſimiliter omnem exceſſum quo prima linea cuiuſcunq; trigoni primã excedit: & exceſſum quo ſecũda trigoni ſecundã alterius excedit/eãdem ſemper in omnibus tenere proportionẽ.ex quibus ars generalis de ſinibus & chordis elicitur:ſine qua geometria hactenus mãſit incõpleta.Quomodo autẽ ad praxim huius accedere queas:in propinquis numeris ſic inueſtigabis.In veris enĩ:eſt ĩpoſſibile.quia medietas duplæ eſt innumerabilis/cũ nec par nec impar:quæ cadet in hac ratione.Eſto igitur q̃ ſemidiameter circuli trigono circũſcripti ſit 14:erit ſemidiameter inſcripti 7/cuius quadratum 49/& quadratũ ſemilateris trigoni/ter tantum ſcilicet 147/& quadratum ſemidiametri circũſcripti quater tantum ſcilicet 196.Erit igitur ſemilatus tetragoni radix nouem decimæſextæ quadrati ſemilateris trigoni:ſcilicet radix 82 cum decimiſſextis 11/& talis erit ſemidiameter ipſius inſcripti.
Erit autem ſemidiameter circunſcripti: radix dupli numeri/ſcilicet 165 cum 6 decimiſſextis.Subſtracta igitur radice de 49 a radice de 82 cũ 11 decimiſſextis:differẽtia eſt additio ſemidiametri iſcripti tetragono ſuper ſemidiametrũ inſcripti trigono/quæ erit aliquid pluſq̃ duo.& ſubſtracta radice 165 cũ 6 decimiſſextis a radice de 196 differẽtia eſt additio ſemidiametri circuli circũſcripti trigono ſuper ſemidiametrũ circũſcripti tetragono/quæ erit parum pluſq̃ vnũ.habes additiones:& earũ habitudo eſt illa/per quã omnia inueſtigãtur. Nã ſi has additiones ſubſtraxeris a ſagitta lateris trigoni/ſcilicet 7: remanet ſagitta tetragoni.Si igitur diuiſeris 7 ſecundũ præfatã habitudinem additionum/& maiorem addideris ſuper ſemidiametrum inſcripti trigono:habes ſemidiametrum circuli iſoperimetri. Poteris etiam ex quadrato lateris trigoni aut quadrati ſcire ſic quadratũ lateris cuiuſlibet polygoniæ dabilis:& ex eius ſcientia & habitudine additionum/deuenitur ad ſagittam & ſemidiametrum inſcripti / & ſic ſcitur arcus chordæ.& hæc eſt perfectio vltima geometricę artis:

ad quã hactenus veteres non legi peruenisse. Est etiam nunc ars completa geometricarum transmurationum: quã ante minus tamen sufficienter quo ad quadraturam circuli descripsi.

6 ¶ Adhuc vt latus cuiuscunq; multiangulæ q̃ocyssime vertas in curuã: facere poteris instrumẽtum duplicis anguli, vt si latus sit a b trigoni / cuius sagitta seu primæ & secundæ linearũ differẽtia / qđ idem est sit c d / & additio semidiametri circuli super primã trigoni: sit c e: tunc si de a per e lineam traxeris / & similiter de a per d aliã: duo anguli circa a constituentur. Redige igitur b a e: & b a d in vnũ æreum instrumẽtum, qđ applica in omnibus ita vt iã in trigono. sic q; latus a b eisdem iaceat super latus multiangulæ / & a d contingat finẽ sagittæ, tunc latus a e ostendit additionẽ super primã illius multiangulæ / vt sit semidiameter circuli isoperimetri. Descripto igitur arcu secundũ hoc: & tractis sectoribus de cẽtro ad fines lateris / arcus qui cadet inter sectores æquabitur lateri dato. Procedit veritas huius ex æqualitudine portionis addẽdæ super primã multiangulæ / vt fiat semidiameter circuli isoperimetri ad totã differentiam primæ & secũdæ linearum multiangulæ / quæ differẽtia / sagitta nominatur.


7 ¶ Adhuc ex præmissis constat q; sicut quæcunq; recta potest esse latus trigoni / tetragoni / pentagoni / & ita cõsequenter: sic data recta dari poterunt innumeræ curuæ ei æquales / & q; propterea poterũt reperiri anguli qui se habent vt datę lineæ: scilicet vt costa & diameter quadrati / vel diameter circuli & circũferẽtia eius. & ita de omnibus. & superficies: quæ se habeant vt lineæ datæ. ex quo illa quæ non solũ in geometricis fuerũt hucusq; occulta; sed & in musicis & in musicalibus istrumẽtis ignorata / venari poterũt. Ita q; si qđ scibile vnq̃ fuit in geometricis & nõ scitum: amplius volẽti ĩgenium applicare / clare pateat. Et ob hoc: hæc inuẽtio merito nomen cõplemẽti sortitur. Et digna est / vt per admirãdam potentiã tuã beatissime pater / quã omnes catholici adeo stupent / vt te ab admirãti dictione papæ papã appellẽt: in omnium notitiam deducatur.

8 ¶ Procedit autem hæc inuentio si verum est q; linea recta de prima lineæ trigoni ad primam circuli isoperimetri tracta: trãsit per primas lineas omnium polygoniarum mediatum. Sed si hoc non est verum: q; recta sic trãsear, sed forte curua aliqua curuitate trãseat de prima trigoni per primas omnium polygoniarum ad primam circuli: tũc hæc inuentio non est sufficiens. Et quia hoc est dubium / ideo alias ad inuentiones meas vbi hoc dubium cessat: in secũdo libello cõscripsi.


ANNOTATIONES OMNISANCTI.

¶ Datæ rectæ: curuam circularem assignare.

9 ¶ Sit data recta a b: quam per 11 Euclidis in tria æqua diuido / & super tertiam describo triangulum æquilaterum per primam primi Euclidis / qui sit e l. Et rursus p eandẽ 11 sexti: diuido a b in 4 ptes æquales / & sup quartã partẽ describo quadratũ p 45 primi Euclidis / q sit n o. Et sup latera trianguli & quadrati: describo arcus ad quãtitatẽ secũdarũ. cõtinuo primas ad arc⁹ / & fiet e f & n l: erit l f sagitta lateris trigoni / & l m sagitta lateris q̃drati. Sumo æq̃lẽ e f sub eisdẽ lrĩs:



quā in q̃dratū e f g h duco.& traho i k:p media latera. Deinde traho i g:& sumo æqualē l m sagittæ q̃drati:quā cadere facio æqdistāter ad f i inter f g & i g. Vñ e f g & i g p l m æqdistās ad i f/in hoc loco distat. cōtinuo l m vsq; e h/& sit l n:& vbi diuidit p i k/pono q. Rursus in l n signo æqualē primæ quadrati:& sit n o: traho rectam a puncto i per punctū o ad g k/& vbi eā secat pono p:erit per præmissam h p prima circuli isoperimetri. Pro quo aduentēdum est/q cum l m sit sagitta quadrati:& n o prima/facient n o & l m simul secūdam quadrati. Ideo m o erit excessus secundæ trigoni quæ est æqualis l n/super secundam quadrati isoperimetri:& o q erit excessus primæ quadrati super primā trigoni. Nam cum e f sit secūda trigoni/& e i eius medietas:erit e i prima. quia e f ad e l lōgitudine dupla. Ex quo patet o q ad m o:esse vt excessus primæ quadrati super primam trigoni/ad excessum secūdæ trigoni super secundam quadrati. q̃ habitudo æqualis est addēdē ex sagitta primis polygoniarū pro prima circuli isoperimetri habenda:ad residuum sagittæ/vt dictum est in demonstratione 14. vbi circa istas habitudines/4. propositiones intulimus. Sed k p ad p g:se habet sicut o q ad m o:igitur h p:erit prima circuli isoperimetri. Patet. Nā orthogonii i k g:& i q m/ sunt æquianguli. Igitur per 4. sexti Euclidis k g ad q m:est sicut k i ad q i. Et rursus i k p & i q o:sunt orthogonii æquianguli. igitur vt prius/k p ad q o:erit sicut k i ad q i. quare per 11 quinti Euclidis k g ad q m/& k p ad q o:erūt proportiones æquales. quia vni scilicet k i ad q i:sunt æquales. Sed quia k p abscisum de k g sehabet ad q o abscisum de q m/sicut k g totum ad q m totū:erit per 19 quinti Euclidis/g p residuum ad m o residuum/sicut totum ad totum. Et ex cōsequēti g p ad m o & k p ad q o:erūt proportiones æquales/per 11 quinti Euclidis. quia vni scilicet k g ad q m:sunt æquales. Rursus quia p k ad o q est sicut g p ad m o:erit permutatim p k ad g p sicut o q ad m o. qđ fuit demonstrādum. Se habet igitur p k ad g p:vt additum ex sagitta primæ trigoni pro prima circuli isoperimetri ad residuum sagittæ. & sic constat p h esse primam circuli isoperimetri polygoniæ trigonæ & tetragonæ:quarum circumferētiæ æquantur rectæ datæ. æquabitur igitur circunferentia circuli ex p h descripti:rectæ datæ. qđ est propositum.



Datæ curuæ circulari:æqualem rectam assignare.

Sit data recta a b:quā resoluo in circularem curuam per præmissam. sitq; circulus h p cuius circumferentia æquatur rectæ a b:iunctaq; sit orthogonaliter semidiametro h p in centro. Diuido eam in duo ęqua in puncto q:traho p q. Describo super lineam æream aut ligneam indefinitam angulum æqualem angulo h p q:per 23 primi Euclidis. quē signo sub eisdem literis. & sit h p q. cū isto cōueniet quascūq; circumferentias circuli resoluere in rectas ęquales:sic. erige a centro circuli rectā:cui adiunge rectā indefinitæ quātitatis orthogonaliter per 11 primi Euclidis. Deinde applica angulum p in puncto contactus semidiametri ad circunferētiam:ponendo latus p h super semidiametrum. Deinde nota punctum sectionis a latere p q factum/super rectam indefinitam:& nota rectam illam a centro ad punctū sectionis vsq;/ & erit medietati circunferētiæ æqualis. eo q fiet orthogonius æquiangulus orthogonio priori:scilicet q h p. ideo recta abscisa ad semidiametrum se habebit/sicut q h ad h p:per quartam sexti Euclidis. & est hoc qđ vult de Cusa:in hoc loco. 2

Dato circulo:quadratum æqualem assignare.

Sit datus circulus h p:æqualis priori. sit p q recta orthogonaliter iuncta semidiametro:quæ æqualis sit medietati circunferentiæ. addo ei in directum æqualem semidiametro:quæ sit a q. & super a p descripto semicirculo/& a puncto q educta q v 3


perpendiculari per 11 primi Euclidis: erit q v media proportionalis inter p q & a q per 9 sexti Euclidis. Describo quadratũ q s/cuius latus sit vt q v: erit æquale circulo dato vel circulo t/qui æqualis est circulo h p. Patet. Nam per præmissa: multiplicatio h p in p q/rectangulũ æquale circulo facit/vt est rectangulum h q. Et per 16 sexti Euclidis: quadratũ q s/æquale est ei quod fit ex a q/in q p. Vnde constat propositum. Ex quo potest fieri angulus/ad quadrandum quoscunq; circulos. Sit rursus datus circulus h p æqualis p noti: iungo semidiametro in centro rectam indefinitæ quantitatis orthogonaliter/in qua signo æqualem medietati q v/& sit h r. traho p r. Rursus super lineam æream aut ligneam indefinitæ quantitatis facio angulum æqualem angulo h p r: per 23 primi Euclidis & sit h p r. Deinde si vis quadrare circulũ cum angulo isto: trahe rectam a centro ad circũferentiã/cui adiunge in centro orthogonaliter rectam indefinitæ quãtitatis. & pone angulũ p in puncto cõtactus semidiametri ad circũferentiã: & latus h p/sup semidiametrũ. & nota vbi aliud secat lineã indefinitæ quãtitatis & sume abscisam inter centrũ & latus p r: erit semilatus quadrati circulo æqualis. Hæc probatur vt præmissa.

¶ Dato quadrato: circulum ei æqualem assignare.

4 ¶ Sit datus quadratus a b c d: & a centro g per medietatem lateris a d/educo rectam indefinitę quãtitatis quę sit g e f. & super e f/pono angulum pręmissum: & intantum elongo vel attraho/quousq; latus p r transeat per d. sumo rectam quæ inter latus quadrati & angulum cadit scilicet e p: erit semidiameter circuli quadrato æqualis. signo æqualem in g f: & sit g l æqualis e p: ex ea describo circulum/qui erit dato quadrato æqualis. & hoc ꝓbatur: quia orthogonius p e d æquiangulus est orthogonio p h r in figura ꝑmissa descripto. Vnde sicut r h ad h p: ita e d ad e p per 4 sexti Euclidis. Patet propositum. Posset inquit de Cusa sine his duobus angulis/præmissa fieri: per idẽtitatẽ ꝓportionis eius qđ addit semidiametrus circuli isoperimetri trigono/sup semidiametrũ circuli eidem trigono inscripti. Puta si vis dati circuli circunferentiã quæ sit s/ transferre in rectam: sume qualẽcunq; lineam vt a b/& reperias ipsi circunferentiã æqualem per præmissa: & sit circunferentia circuli h p. similiter diuisa a b in tria ęqua: super tertiã cõstituas triangulum æquilaterum. vt dictũ est: & sit h k. Deinde erige lineam vnã quæ sit h p æqualis semidiametro circuli inuenti super aliã quæ sit t v orthogonaliter: & signa h k in h p. & sit h k: vt semidiameter circuli inscripti trigono isoperimetro/circulo h p. Trahe de t per k & p lineas. Deinde semidiametrũ dati circuli æquidistãter trahe ad h p/inter lineam t v/& eam quę trãsit p p/& sit x y: & vbi x y scindit per lineã ductã de t per k: signa z. clarum est: y z esse semidiametrum circuli inscripti trigono isoperimetro circulo s. Nam ratione orthogoniorũ similiũ/vt dictũ est in ea quæ docet recte assignare curuã circularem æqualẽ de addito ex sagitta ad primas polygoniarum pro prima circuli isoperimetri ad residuũ sagittę: erunt hic eadem ratione y z ad h k & y x ad h p proportiones æquales/per 11 quinti Euclidis. quia vni scilicet y t ad h t sunt æquales. Quia igi͛ y z ad h k/est sicut y x ad h p: erit ꝑmutatim y z ad y x/sicut h k ad h p. Sed h k ad h p: est vt prima trigoni ad primã circuli/trigono isoperimetri. Igi͛ y z ad y x erat vt prima trigoni ad primã circuli eidẽ trigono isoperimetri. Duplica igi͛ y z/& ex ea describe circulũ/& in eo inscribe trigonũ æquilaterũ per secũdã quarti Euclidis: & redegisti circunferẽtiam circuli s in rectam per tria latera istius trigoni.


¶ Ex ante habitis/quicquid hacten⁹ in geometricis ignotũ fuit inquiri poterit. Fuit autem incognita perfectio artis de sinibus & chordis.

5 ¶ Hoc est de sagittis & chordis: nemo vnq̃ scire potuit chordam arcus/hoc est habitudinẽ chordę ad arcum vnius gradus/duorum/aut quatuor & ita cõsequẽter. quæ nũc sic habetur. Manifestũ est omnẽ multiangulũ similiũ laterũ/ex dif



ferẽtia primæ & secũdæ linearum/ad habendã semidiametrũ circuli isoperime-tri:æqualis portionis partẽ addere super primã. Et similiter manifestũ est omnẽ excessum quo prima linea cuiuscũq; polygoniæ primã trigoni isoperimetri ex-cedit:& excessum quo secũda trigoni secũdam alterius polygoniæ excedit:eandem semp in omnibus tenere proportionẽ. Vnde in vim istius correlarij: inue-nit semidiametrũ circuli isoperimetri. quia diuidit sagittã trigoni in habitudinẽ excessus primæ quadrati super primã trigoni isoperimetri: ad excessum secũdæ trigoni super secundã quadrati. vt dictum est. Ex quo patet si primũ verũ sit:& secundũ/& ecõuerso/vt mõstramus in quatuor propositionibus de istis habitu-dinibus. Subiungit. ¶ Ex quib⁹ ars generalis de sinib⁹ & chordis elicit:sine qua geometria hactenus mansit incõpleta. Quomodo autẽ ad praxim huius acce-dere queas. in propinquis numeris sic inuestigabis. in veris enim:est impossibi-le. quia medietas duplæ:hoc est medietas quadrati numeri duplę ad alterũ innu-merabilis est:quoad radicẽ. quia nec numerus par nec impar:radix eius esse po-test. ¶ Sit igit a b prima trigoni/& b c ei iuncta orthogonaliter:semilatus erit a c secunda trigoni. Vnde dicit si a b semidiameter circuli trigono inscripti sit lon-gitudine 7:erit a c longitudine 14. quia (vt sæpe dictum est) a c ad a b: longi-tudine est dupla. Et quadratus de a b erit 49:quadratus vero de b c quæ potesta-te tripla est ad a b erit ter 49 scilicet 147. Et quadratus de a c quater 49:scilicet 196. Rursus notum est:semilatus tetragoni cõtinere 3 quartas lõgitudinis semi-lateris trigoni isoperimetri. Nam si semilatus trigoni lõgitudine sit 4:latus erit 8/& tria latera 24 lõgitudine. Si vero semilatus tetragoni sit lõgitudine tria:erit latus 6/& quatuor latera 24. quia e potestate semilat⁹ trigoni ad semilat⁹ tetrago-ni:longitudine esset vt 4 ad 3. diuido per 11 sexti Euclidis b c in 4 partes æqua-les/& sint b d 3 quartæ:erit b d/semilatus tetragoni isoperimetri. Deinde conti-nuo a b vsq; g/sic q; b g æqualis sit a b:erit a g æqualis a c. signo in a g æqualem b d:& sit a e. addo ei æqualẽ orthogonaliter:& sit e f. traho a f:erit a e prima qua-drati (quia æqualis semilateri quadrati)& a f/erit secũda. facto igitur a cẽtro: cir-cũduco a c vsq; g. deinde a f:& vbi secat a g/pono h. Est enim manifestũ b e ad h g:se habere vt excessus primæ tetragoni super primã trigoni isoperimetri/ad excessum secũdæ trigoni sup secũdam quadrati. Quia igitur e f siue a e est vt 3 quartæ lõgitudinis b c:erit vt 9 decimæsextæ potestatis siue quadrati de b c. At decimasexta potestatis b c:est 9 cum 3 decimissextis. Nam 16 ductus in 9 cum 3 decimissextis/facit 147:qui est numerus potestatis b c. Rursus 9 ductus in 9 cum 3 decimissextis:facit 82 cum 11 decimissextis. & tanta erit potestas semila-teris quadrati:vt etiã a de Cusa ponitur. Et potestas de a f:quæ est secũda qua-drati/est potestati a e dupla. cũ potestates a e & e f sint æquales:quas simul cõti-net a f per 46 primi Euclidis. erit igitur numerus potestatis a f: 165 cum 6 deci-missextis. Radix enim de 82 cũ 11 decimissextis:est minor 9 cum 3 tricesimis-secundis. quare a e longitudine minor erit:9 cũ 3 tricesimissecũdis. Patet. Nam quadratus de 9:est 81. Et 9 bis duct⁹ in 3 tricesimassecũdas facit 54 tricesimas-secũdas p supplemẽtis. Vnde gnomo cõtinebit 54 tricesimassecũdas cũ 9 trice-simissecũdis ex 1 tricesimasecunda: siue vnũ cum 11 decimissextis & 9 tricesi-missecundis ex 1 tricesimasecũda. additus ad quadratũ de 9 scilicet 81: erũt 82 cum 11 decimissextis & 9 tricesimissecũdis ex 1 tricesimasecunda: & tãtus erit quadrat⁹ de 9 cum 3 tricesimissecũdis: qui maior est numero potestatis a e/qui est solum 82 cum 11 decimissextis. Igitur a e longitudine: minor erit 9 cũ 3 tri-cesimissecundis. Rursus a f quæ potestate est 165 cum 6 decimissextis: erit mi-nor longitudine 12 cũ 7 octauis. Nam quadrat⁹ de 12:est 144. & 12 bis dũctus in 7 octauas:facit 168 octauas pro supplemẽtis. Quadratul⁹ gnomonis/scili-cet de 7 octauis: est 49 octauæ ex 1 octaua: quæ reductæ ad fractiones inte-grarũ/eas per 8 diuidẽdo:erũt 6 octauæ cũ 1 octaua ex 1 octaua. additę supple-mentis:erunt 174 octauę cũ 1 octaua ex vna octaua. Reductæ ad vnitates:eas scilicet p 8 diuidẽdo/faciẽt 21 cũ 6 octauis & 1 octaua ex 1 octaua. & tant⁹ erit gnomo: qui iũct⁹ quadrato de 12/q est 144/erũt 165 cũ 6 octauis & 1 octaua ex


1 octaua. Et tantus erit quadratus de 12 cum 7 octauis: qui maior est potestate a f/quæ est vt 165 cũ 6 decimissextis. Erit igitur a f siue a h/quod idem est: lõgitudine minor/12 cũ 7 octauis, quod fuit probandũ. His præhabitis/substraho a b de a e/hoc est 7 de 9 cum 3 tricesimissecũdis: & erit residuũ 2 cum 3 tricesimissecũdis. Vnde b e: erit paulo minor lõgitudine 2 cum 3 tricesimissecũdis, eo q̃ a e: minor est lõgitudititudine 9 cum 3 tricesimissecundis. Rursus substraho a h de a g/hoc est 12 cum 7 octauis de 14: & erit residuũ vnum cũ 1 octaua. Vnde h g: erit lõgitudine paulo maior vno/cum 1 octaua. eo q̃ a h: lõgitudine minor sit 12 cũ 7 octauis. Quia igitur b e lõgitudine minor est 2 cũ 3 trecesimissecundis: & h g longitudine maior vno cũ 1 octaua/siue cũ 4 tricesimissecundis quod idem est/sequitur q̃ b e ad h g longitudine minorem seruabit proportionem: q̃ 2 cum 3 tricesimissecũdis ad vnũ cum 4 tricesimissecundis. Nã verus numerus lõgitudinis b e: si dari posset/erit minor 2 cum 3 tricesimissecũdis. Itidem numerus lõgitudinis h g: maior vno cum 1 octaua. Ideo b e ad h g longitudine seruat proportionẽ: quã seruat minor numerus numero 2 cum 3 tricesimissecũdis/ad maiorẽ vno cum 1 octaua. quare minorẽ longitudine seruat b e ad h g proportionẽ: q̃ 2 cũ 3 tricesimissecundis ad vnũ cum 1 octaua. Et quæ est habitudo 2 cum 3 tricesimissecũdis ad vnũ cum 4 tricesimissecundis: ea est 67 ad 36: eo q̃ 2 cum 3 tricesimissecũdis facit 67 tricesimassecũdas: & vnũ cũ 4 tricesimissecundis facit 36 tricesimassecundas. Vnde dicit de Cusa q̃ per has additiones/siue per habitudinẽ b e ad h g: oĩa inuestigãtur. Nam si a sagitta trigoni scilicet b g substrahãtur: residuũ erit sagitta tetragoni/scilicet e h: quod est manifestũ. Si vero (inquit) diuiseris 7 siue b g: secundũ præfatã habitudinem additionũ/& maiorẽ portionem addideris a b scilicet semidiametro circuli trigono inscripti/habes semidiametrũ circuli isoperimetri. Et ratio est. Nã si (vt supponit) excessus omniũ primarũ polygoniarũ super primã trigoni isoperimetri/sit ad excessum secũdæ trigoni sicut b e ad h g (cum dicat in omnibus eandẽ tenere habitudinẽ) est manifestũ excessum primæ circuli isoperimetri super primã trigoni/ad excessum secũdæ trigoni super secundã circuli isoperimetri (quæ secunda cum prima coincidit/esse vt b e ad g h. Vt si a i sit semidiameter circuli isoperimetri: erit b i excessus primæ circuli isoperimetri super primã trigoni/& g i erit excessus secũdę trigoni super secundã circuli isoperimetri. Vnde dicit de Cusa b i ad g i esse vti b e ad g h. Nam dicit/si b g diuidatur/sic q̃ maior portio ad minorẽ sit vti b e ad g i/& maior portio addatur a b: fiet semidiameter circuli isoperimetri. ex quo constat si verũ sit/& si a i sit semidiameter circuli isoperimetri: erit b i ad g i vti b e ad g h. Ex quo propinque sic haberi potest habitudo primæ circuli scilicet a i: ad circũferentiam trigoni siue circuli isoperimetri. dictum est b e ad h g lõgitudine minorẽ seruare proportionem: q̃ 67 ad 36. iũgo 67 ad 36: & fiunt 103. inuenio 1 cẽtesimãtertiam de b g siue de 7: & erit 7 centesimætertiæ/quæ ducta in 67 facit 469 centesimastertias. Reducte ad vnitates diuidendo per 103: erunt 4 cũ 57 centesimistertijs. Rursus 7 cẽtesimastertias duco in 36: & fiunt 252 centesimætertiæ. Reducte ad vnitates eas per 103 diuidẽdo: erunt 2 cum 46 centesimistertijs. Vnde quæ proportio est 67 ad 36: ea est 4 cũ 57 cẽtesimistertijs ad 2 cũ 46 cẽtesimistertijs. Et sicut b e ad h g: minorẽ seruat proportionẽ longitudine q̃ 67 ad 36: ita b i ad g i quę est vt b e ad g h per hypothesin minorẽ longitudine seruabit proportionẽ/q̃ 4 cum 57 centesimistertijs ad 2 cũ 46 centesimistertijs. Et cum 4 cũ 57 centesimistertijs & 2 cũ 46 centesimistertijs simul faciant 7: sequitur q̃ b i erit minor q̃ 4 cum 57 cẽtesimistertijs. & ex cõsequẽti a i: erit longitudine minor q̃ 11 cũ 57 cẽtesimistertijs. ecce iã propinque habita est lõgitudo semidiametri: & ex cõsequẽti potestas. Vnde patet q̃ propinque haberi potest. habitudo arcus ad chordã: per ea quæ dicta sunt in libro de Arithmeticis cõplemẽtis. Sequitur. ¶ Et hęc est pfectio vltima geometricę artis: scilicet cognitio habitudinis arcus ad chordã/ad quã hactenus veteres non legi peruenisse. Sequitur. Est etiam nũc ars cõpleta Geometricarum transmutationũ: quã ante/minus tamẽ sufficiẽter quo ad quadraturã circuli descripsi, in hoc loco videtur retractare illam quadraturam: quã ponit in de geo-



metricis transmutationibus. Sed si illa & ista recte examinantur: illa censebitur
propinquior veritati.

℄ Adhuc vt latus cuiuscunq; multiangulæ quantotius veritas in cur-
uam: facere poteris instrumentum duplicis anguli. vt latus sit a b.

℄ Redige b a c angulũ & b a d similiter/in vnum ęreum instrumentũ: auxilian- 6
te 23 primi Euclidis. quod applica in omnibus: vt in trigono. Sit datũ latus te-
tragoni g h: & sit i punctus medietatis. per 11 primi Euclidis/educo perpẽdicu-
larem a puncto i æqualem i h/quæ sit i k: erit i k prima quadrati cuius lat⁹ erit
vt g h. traho k g & k h: factoq; centro k circũduco k g vsq; h/& arcus descript⁹
erit quadrans. continuo k i vsq; arcum/& sit k l: erit i l sagitta quadrati. Appli
co super latus g h præmissos angulos: sic q latus a b sit super g h. & intantũ elõ
go & attraho: q latus a d trãsit per l punctũ. & vbi a e secat sagittã/pono m: erit
k m semidiametrus circuli isoperimetri. Nã l m ad i l eandẽ seruat ꝓportionẽ
quã seruat c e ad c d/in trigono. vt de consimilibus sectionibus: dictũ est in pe-
nultima. facto igitur k centro circũduco k m/& vbi secat k g & k h pono n & o:
erit arcus n m o æqualis rectę g h. Nam si circulus cui⁹ k m erit semidiametrus/
sit isoperimeter quadrato cuius latus erit g h: erit g h æqualis curuæ n m o: eo q
sicut g h est pars quarta circũferentiæ quadrati: ita n m o est pars quarta circũfe-
rentiæ circuli/& n m o arcus est cadens inter sectores k g & k h.




℄ Adhuc ex præmissis constat q sicut quæcunq; recta potest esse latus.


℄ Vt autem inuenias duos arcus æquales duabus rectis datis/qui sint eiusdem 7
circularis: est recurrẽdum ad tertiam & sextam primi cap. & ad sextam secundi
cap. de geometricis transmutationibus.

℄ Procedit autem hæc inuentio si verum est q linea recta de prima.

℄ Ex hoc loco patet quomodo latuit de Cusa: an recta ducta a prima trigoni 8
ad primã circuli isoperimetri/trãseat per omnes primas mediarũ polygoniarũ.
Et ex cõsequenti: latet veritas istius resolutionis.




ADiicio nunc alias quasdam meas adinuẽtiones/circa superfi- 1
cierum ad inuicem transmutationes: quas vt priores. S. tuę
dedico qui in omnibus principatũ tenes/& solus dignus es:
vt cuncta tibi patescant. Lineam figuraui: motus pũcti concipio. quæ
si recta fuerit: tunc si vno eius termino fixo manẽte mouetur/hic mo
tus rectæ per triangulũ orthogoniũ figuratur. Vt si a b linea moue-
tur/a/stante: motus figuratur per triangulũ a b c. si enim motus b est
vt latus b c: tunc sic proportionabiliter omnia puncta dabilia. puta si
d est punctus medius: tũc d e est motus d & d e latus est mediũ ad b c.
Si vero a b recta mouetur æqualiter in a sicut in b: motus configura-
tur per duplicem orthogoniũ siue quadrãgulum a b c d. omnia enim
puncta dabilia: æqualiter mouentur. Si vero a mouetur similiter & b
sed inæqualiter: hoc fieri potest infinitis modis. & vnica figura: non
poterit configurari.






℄ Ex prima configuratione motus lineæ rectæ/cuius vnus termi- 2
nus manet fixus: sequuntur ista. scilicet q superficies quæ est mensu-
ra motus lineæ/quæ ex reuolutione lineæ oritur: habet lineam cur-
uam peripherialem quæ ex pũcto b exoritur/& superficiem circularẽ
quæ ex linea a b prouenit. q si in a b quẽcunq; punctũ signaueris/pu-
ta in medio qui sit d: peripheria ex d/erit se habẽs ad peripheriã ex b/
sicut in cõfiguratiõe d e latus ad b c latus. sunt enĩ peripheriæ: mẽsu-
ræ motus punctorũ. Vnde necesse erit omnẽ semidiametrũ ad circũ-





ferentiam: eandem tenere mensurã. Deinde quia superficies ex motu semidiametri super peripheriã cõstituitur/& vna est omniũ semidiametrorũ ad peripherias habitudo: illa erit habitudo superficierũ quę potentiarũ semidiametrorũ. quare superficies circuli habens semidiametrum vt quatuor: ad superficiem illius quæ habet semidiametrũ vt 2/ quadrupla est. Quæ conicarũ superficierũ ad inuicẽ/& ad suas bases: ex hoc habetur. Nam cũ semidiameter basis & latus trianguli quod conicã describit superficiem moueantur vno terminali eorum puncto fixo/& super eadem basis circunferentia: illa erit superficierũ habitudo quæ linearũ ex quarum motu ipsę superficies constituũtur vti est semidiameter basis & latus illud triãguli: ex quo conica describitur superficies. vt a b: & b c.



3 ℭEx secunda configuratione motus lineæ æqualiter in omnibus punctis motę: sequitur ꝙ superficies quę ex tali motu constituitur dupla est ad illã quæ ex primo motu. quare si semidiameter mouetur secũdo motu super eadẽ peripheria/sup qua primo motu mota est: orit̃ superficies dupla ad primã. Vnde necesse erit ꝙ multiplicatio semidiametri in semipheriã: æquetur superficiei circulari. Dico autẽ quãdo ambo terminalia pũcta: æqualiter mouẽtur. Nam si vnus moueretur super cõcauitate alicuius arcus/& alius super cõuexitate eiusdẽ: superficies nõ foret dupla ad illã quæ sint exorta ex motu eiusdẽ lineæ vno termino eius fixo stãte/ & alio in concauitate arcus moto/licet arcus sint æquales. Vt si arcus b d est vt arcus c e/si b c linea mouerur superficiem describendo quæ clauditur inter rectas b c & d e/& curuas b d & c e/licet super æqualibus arcubus moueatur: non describit duplã superficiem ad motũ a b æqualis c b fixo a stãte & b moto vsq; in d per æqualem arcum. quia b mouetur in concauitate b d arcus: sed c de linea b c in cõuexitate. minuit autem conuexitas: quãtum sunt illę portiones f g c h/& f l e k.

4 ℭ Ex hocq; circa habitudines Cylindorum seu rotundarum colũnalium superficierũ: & suarũ basium/& Cylindraliũ conicarũ curuarũ atq; planarum circularium/omnis scientia elicitur. Nã constat colũnam rotũdam cuius altitudo est vt semidiameter basis: habere duplã superficiem basis. Nã linea quę basim efficit: mouetur vno pũcto eius terminali stãte/alio circũferentiam describẽte. & illa met colũnarem superficiem constituit: per motum æqualẽ vtriusq; terminalis puncti super eadem circũferẽtia basis: vt ex a b c angulo recto super a circũuoluto describitur basis per a b: & per b c duplex supficies Cylindrica. quia h c æqualis a b: æqualiter in b c punctis terminalibus mouet̃. Sic pariformiter: in conicis. Si a b c triangulus cui⁹ angulus b a c rectus super a c reuoluitur/& b c latus fuerit duplũ ad a b: æquabitur illa conica supficies priori colũnari. Et si feceris circulũ cui⁹ semidiameter dupla foret ad a b: eius superficies plana æquabit̃ ambabus/colũnari & conicę simul. Palam ex his si circũferentialis linea circuli in rectã redigeretur/& duceret̃ in ipsam semidiameter: supficies quadrãgula quæ surgeret/dupla foret ad circularẽ cuius erat circũferẽ-





tia. Nam hæc ductio: motus esset / vbi ambo terminales pũcti æquali-
ter mouerẽtur. Sed cõstitutio circuli: ex motu eiusdẽ lineæ / altero pũ
cto stãte / oritur. Recte igitur dictũ est a multis: ꝙ ductio seu multipli-
catio semidiametri in semicircũferentialẽ lineam / efficit superficiem
æqualem circulo.


¶ Adhuc est alius motus cõpositus: scilicet progressionis & descẽsio- 5
nis / vt in figura. Nam vt cõcipis a b mouetur duplici motu super a c:
scilicet cõtinue progrediẽdo / & simul descendẽdo æqualiter. erit eñ
mensura progressionis a c descensionis: a b. & descẽsionis & ꝑgressio-
nis simul: b c. In quãto enim tẽpore ꝑgreditur de a in c: in tanto descẽ
dit b per b c / vt veniat in c / & exoritur figura a b c d. & b c in se cõpli
cat duplicem motũ: descensionis a b / & progressionis a c. quare potẽ-
tia b c: est vt a b & a c. Ex hoc nota quomodo ex motu lineæ: simul
oriuntur duo trianguli & quadrãgulus. Si autem a b mouetur pro-
grediendo in a c & descendendo inæqualiter: ita tamẽ ꝙ illa inæqua-
litas est æqualis arcui / tunc oritur figura a b c d. & quoniã b c arcus /
cõplicat motum progressionis & descẽsionis inæqualis: igitur b c ar-
cus: est maior linea b c. Et dico: motum descensionis inæqualem. quia
postꝗ b peruenit ad mediũ arcus / non descendit ꝑ mediũ sui infra c
a: sicut quãdo descendit ꝑ mediũ lineæ b c. Et cõsidera: quomodo a /
describit arcũ a d. Mouetur igitur a in cõuexitate: & b in cõcauitate.
& quãtum addit cõcauitas super lineã c b: tantum cõuexitas minuit.
quare curua superficies inter arcũ b c concauũ / & arcũ æqualem a d
conuexum: æquatur quadrãgulo rectilineo a b c d. Et ita habes quo-
modo eadẽ quantitas: inter maiores curuas cadit / & minores rectas.
Possunt ex his varii aliĩ cõpositi motus cõcipi modi: quos nũc trãseo.
quia quisq; ꝑ se: illos concipere poterit.




¶ Si ad tertiũ motũ quãdo ambo termini lineæ mouẽtur / sed inæqua 6
li motu aduertis: clare comperies secũdum proportionẽ motuum su-
perficies attingi. Et vt facilius inducaris concipito lineam a b dupli-
cem / & diuisibilẽ vsq; ad b punctũ: qui indiuisibilis vt vtrusq; diuisę ter
minus maneat. Esto igitur ꝙ a stante: b moueatur. si tunc a diuisum
eleuaueris vt circa b fiat angulus: tunc secundũ circunferentiã quã a
mobile describet / ad circũferentiã quã b describit / scire poteris ꝓpor
tionem superficierum. Puta esto ꝙ a mobile eleuetur vt constituat ta
lem angulũ ꝙ linea quæ de a cadit vsq; ad punctum / qui ita distet ab
horizonte / sicut a fixũ & sic a d sit medietas a b: tũc b a mobile descri-
bet superficiem conicã / quæ erit maior plana circulari quã a b descri-
bit pro medietate. Et ita proportionabiliter in omnibus. Quare pla-
cet ꝙ quãdo a mobile eleuatur / vt eius motus sit duplex ad motum a
b (scilicet quando erit ex ipsis linea vna) tunc a b mobile describet su-
perficiem triplam & planã ad superficiem quã a b describit. & illa est
vltima & maxima: quę in medio cadunt proportionabiliter appræhẽ
dens: ex quo habes quomodo portiones conicas / quæ habeant propor
tionem quã volueris ad basim: cõstituere poteris. & similiter quomo
do superficies rombicas / quæ ex duabus conicis vnã basem habenti-


bus': reducere poteris in alias. Et quæcunq circa hoc scire optas: ex hoc facile elicies.

7 ¶Est autem aduertēdū ex præmissis: quomodo in conicis possis procedere vt si a b c triangulus sit/& a b latus describens conicam: & c b semidiameter basis. trahe lineā a c in continuū: & de b duc lineā vt facias æqualem triangulū/qui sit b d c. manifestum est: si a d fixa manēte/circūuoluitur triangulus a b d/rombū oriri ex duobus æqualibus conicis. Trahe igitur a b in continuū: & sit b e vt a b. clarum est: si circūuoluitur vt prius lineam b e efficere superficiem triplā ad superficiem a b/& conicā superficiem a e/quadruplā esse ad eam quæ ex a b. Vnde si b d eleuaueris in medium inter b d/& b e/& sit b g: efficiet superficiem duplā/sicut b d æqualem/& b e triplā. Et semp peruenitur ad mediū: quādo faciet angulū rectum cū semidiametro basis. & si minus vel plus eleuatur: minus & plus efficiet. Et hęc ex pręmissis: nota sunt. Habes igitur φ quādo conus & colūna rotūda habēt eādē basem/& latus coni est vt altitudo colūnę: superficies colūnę semp est dupla ad sūpficiem coni. & si plus: plus. si minus: minus proportionabiliter. Si feceris latus coni chordā arcus describēdo arcum super ipsum/vt super a b latus/a f b arcū/& super b e/eundē arcum: erit supficies ex curua a f b/tertia superficiei quæ ex curua b e. Et ita si volueris duplā: facito vt in conicis dictū est. Vnde si a f b est quadrans: palam est ex circūuolutiōe semiphericā oriri supficiem. & ex b g curua duplam eius: scilicet superficiem curuam æqualem supficiei sphęræ cuius c b maioris circuli semidiameter. & ex b e curua: triplā. Ex quo elicias quomodo in talibus curuis superficiebus: poteris qualē volueris multiplicationē efficere. Si feceris arcum lineā curuam curuitate alicuius sectionis parabolę/aut transuersę Cylindri/quæ sectiones nō sunt arculares/sed alia curuitate curuę/eodēmodo procedēdo: ęqualis erit proportio supficierū. Si a b stante a c circūducta circularē planam superficiem descripseris/& quadrātem descripti circuli vno eius terminali puncto ad b iuncto alio qui sit c vt a fixo stāte sup a c circūduxeris: superficies ex quadrante dupla erit/ei quę ex linea a b exoritur. Patet. Nā ex c b oritur supficies semisphęrica: & a b maxim⁹ circulus/cuius quatuor superficies æquantur superficiei sphęrę. vt probat Archimedes.







8 ¶Si volueris Cylindricā/sphericā/ac conicam superficies/& infinitas portiones conicas describere eiusdem superficiei: sic facito. Sit a b semidiameter alicuius circuli/cui iunge ad angulū rectum b c: ęqualem a c. trahe de a æquidistātem ad b c indefinitę quātitatis: & sit a d. trahe de b ad a d: lineā duplā ad a b. Deinde trahe lineā de d: ad c. dico φ omnes lineæ quæ duci possunt de b ad c d in circūuolutionem describunt portiones conicas æquales: vel columnali b c/vel conicę b d. Q₂ ex b c & b d/oriuntur æquales; quæ sunt duplæ ad planam circuli/cuius a b semidiameter/superius est manifestum. Q₂ vero medię sic se habeant: puta b i/& b g/& quæq tales. patet nā non possunt superficies maiores illi quę ex b c/nec minores illi quę ex b d: quę cum sint




æquales/ erunt & similiter oẽs mediæ æquales. Describe quadrãtem
circuli cuius a b semidiameter: & sit b e. Manifestũ ex præmissis: supsi
ciem quæ ex curua b e oritur/illis esse æqualem.



¶Curuas lineas non tamen circulares/ex inæquali motu lineæ in am 9
bobus suis terminalibus punctis causatas cõcipito: ac si a b recta/mo-
ueretur/& b plus q̃ a puta a moueret̃ per lineã a c: & b per curuam b
d. & si regulariter: tunc quãdo a peruenerit ad mediũ a c etiam b/per-
uenit ad medium b d. Potest etiam vnus punctus moueri regulariter
continuo æquali motu: & alius inæquali motu, puta in principio ve-
lociori: & cõtinue tardiori successiue/& regulariter per æqualem sci
licet inæqualiter. Ex his diuersitatibus: varias contingit oriri curui-
tates. aliquæ erunt vt sectiones conicę. aliæ vt transuersales/cylindri
cę/aut obliquæ sphericæ sectiões. Ex quo curuæ superficies sectionũ/
quæ parabolę dicũtur: & transuersaliũ Cylindrorũ/nõ causantur di-
recte ex motu lineæ. si volueris inquirere portionũ illarum habitudi-
nes: ita facito. Considerabis excessum chordæ super sagittã: & ille ex-
cessus erit vt motus lineæ æqualis sagittę in vno eius pũcto. alius mo
tus alterius puncti: erit vt curua. Vnde superficies erit medium eius
quod fit ex ductu sagittæ in curuam: ac si non foret linea mota in vno
eius termino. & erit vltra/mediũ: secũdum habitudinem potẽtiæ ex-
cessus suę chordę super sagittã/ad potẽtiam curuę. Puta esto φ abscis-
sio sit in circulo: & φ per semichordã & sagittã sextæ circunferentiæ



quæ signetur per a b c. & sit a b semichorda duplicis arcus: & a c sa-
gitta & centrũ circuli d. trahe d b/& d c: & lineã b c. manifestũ est a c
& a d æquari: & triangulos d b a & b a c. Portio igitur super lineã b c
in qua excedit abscisio triangulum: venit ex motu a c sagittę in ambo
bus terminis. & si ambo termini fuissent æqualiter moti: portio su-
per lineam b c/esset æqualis toti triangulo b a c. sed quia inæquali-
ter moti sũt termini: ideo est minor. Et vt videas quomodo inæqua-
liter moti: signa de b versus a æqualẽ a c/& sit b e vt a e. moueatur igi
tur b super arcu b c: & dum sic b mouetur super b c arcu/necesse erit e
moueri versus a. Mouetur igitur in eodem tẽpore e per lineam e a: in
quo b per arcũ b c. quæ igitur habitudo potentię e a lineæ/ad poten-
tiam rectæ quæ æquatur b c curuæ: tanto excedit superficies abscisio
nis medietatẽ portionis circuli d b c. Deberet enim esse medietas/du



ctio a c in arcum b c: illius quod fit ex ductu d b in eundem arcũ. cum
a c: sit medietas d b. Sed quia mouetur terminus in a c qui manet fi-
xus in d b: ideo excedit medietatem. Esto igitur φ b c curua/sit tripla
ad e a: tunc excedit medietatem in vna nona medietatis. & erit por-
tio super lineam b c: duæ nonæ medietatis. Ita in sectionibus curuis
operare.


ANNOTATIONES OMNISANCTI.

¶Adiicio nũc alias quasdam meas adinuentiones/ circa superficierũ.
¶Litera plana est. Nam proportionabiliter oia pũcta in linea dabilia mouẽtur 1
ad motum aliorũ terminorũ: siue vno extremorũ fixo moueatur/siue nullo. cũ
æqualiter mouẽtur. Aequaliter enim termini mouẽtur: cũ in eodẽ tẽpore similia


pertranseunt spatia.& ob hoc: proportionalia sunt. vt cum a b (termino a/fixo) b mouetur: similiter & d/& motus b est vt b c/motus vero d vt d e/æqualiter moti dicitur. Nam d cum peruenit ad aliquã portionẽ lineæ d e/ad similem peruenit b in b e. vt puta cum ad tertiã etiam ad tertiam:& cum ad medium etiam ad medium. Hinc fit vt si a d sit medium a b: erit d e medium b c. Et hoc est notum. cum ille motus vtrobiq; angulos producat æquales: ratione motus æqualis.& ideo cum incipit moueri b: ita & omnia simul pũcta in a b dabilia mouentur/& proportionabiliter mouentur.& cum stat motus b: stant pariter & omniũ punctorum motus. Et idem dicatur de a b/cum nullo extremorum fixo æqualiter mouetur. hoc adiecto q; termini æqualiter mouentur: cum æqualia transeunt spatia motu recto.

¶Ex prima configuratione lineæ rectæ/cuius vnus terminus manet.


2 ¶Eadem quippe ratio est de motu circulari: sicut de motu recto ratione æqualis motus. vt cum a b mouetur in circũferentiam circuli termino a fixo: similiter d punctus mouetur in circũferentiam circuli a d. & illa duo pũcta æqualiter & in eodem tempore mouentur. ideo motus proportionales sunt ad lineas motas. Vnde vt prius dictum est/si a d est medietas a b: erit circũferentia circuli a d medietas circunferentię circuli a b. Q d de potestate dicit/ex secũda duodecimi Euclidis: est manifestũ. Q d vero de conicis addit: peramplius infra loquetur. Dicit autẽ q; habitudo superficiei conicæ descriptæ ex b c/mota in circunferentiam circuli a b/termino c fixo: ad superficiem circuli a b/descriptæ ex a b mota in eandem peripheriam termino a fixo/esse vt c b ad a b/longitudine. Nam cũ mensuræ motuum terminorũ sint æquales (quia circunferentia circuli) necesse est vt habitudo motuũ penes mobilia attendatur. Et hoc liquido cõstat. Nam superficies conica/& circularis/æqualem basem habent: quæ pro æquali altitudine reputatur. ideo per primã sexti Euclidis: proportionem tenebunt superficies/quam c b ad a b longitudine. Aduertendũ est q; penes tria: æqualitas & inæqualitas motus attenditur. Aequalitas: penes regularitatem/tẽpus/& velocitatem/attẽdi potest. Regularis dicitur: cum termini moti similes portiones in eodem tempore pertranseunt.& sic quia æquales denominatione aut longitudine pertranseunt: æquales motus dici possunt. Aequales etiam/cum in eodẽ tempore motus suos absoluunt: siue per æquales portiones siue inæquales pertrãseant. Demũ æquales: cum æque veloces sunt:& sic semper in eodẽ tẽpore suos absoluunt motus:& portiones pertranseunt similes & æquales/& quãtitates terminorum sunt inuicem æquales. Inæqualitas motus: attendit ex opposito penes irregularitatem/tempus/& velocitatem. vt cum in eodẽ tempore dissimiles pertranseunt portiones: inæquales dicuntur. Similiter cum simul incipiant moueri: in eodem tẽpore non absoluunt suos motus. Demũ: cum & si in eodem tẽpore absoluant/non tamen æque veloces. Et sic motus b & motus d: dici possunt æquales & inæquales. Aequales: quia in eodem tẽpore circũferentias pertranseũt/& per similes portiones. Inæquales vero: quia non æque velociter. Nã in eodem tẽpore/b: maius pertrãsit spatium q̃ d. ideo necesse est: b velocius moueri. Si enim d æque velociter moueretur: absolueret motum suũ in tẽpore quo b pertransiret medietatem suæ circũferentiæ/quam suo motu describit. Sed de his hactenus.



¶Ex secũda configuratione motus lineæ æqualiter in omnibus punctis motæ: sequitur q; supficies quę ex tali motu cõstituitur dupla est ad illam quę ex primo motu.




3 ¶Hoc est vno extremorũ fixo. vt a b/cũ mouetur nullo extremorũ fixo æqualiter/cuius motus sit vt b c: describit rectãgulũ a b c d. cum vero vno extremorũ fixo/scilicet a fixo mouetur: tantũ describit orthogoniũ. Vnde si eius mot⁹ sit b c: erit orthogonius a b c. Et per 41 primi Euclidis: a b c d duplus est triangulo a b c. Vnde necesse erit q; multiplicatio semidiametri ĩ semiperipheriã: equet̃ supficiei circulari. quia cũ semidiameter secundo motu/hoc est nullo extremorũ fi-



xo/mouet sup eandē peripheriā in quā primo motu/hoc est vno extremorū fixo mota fuerat:facit eadē ratione sup ficiem duplā ad primā. Dico autē quādo ābo terminalia pūcta æqualiter/& directe mouent: nō autē æqualiter & oblique. Oblique eni mouent:cū suo motu pūcta/obliquas siue curuas describūt lineas. vt termini c b/cū mouētur in b l d/& in c f d curuas æquales:vt pmittitur/æqualiter mouētur. quia ęque velociter & in eodē tēpore & per similes portiones/suos absoluūt motus: sed oblique/& nō directe. Ideo supficies inter obliquas minor est dupla: ad eā quæ ex a b vno extremorū fixo scilicet a/mota in b l d describitur/in duabus parabolis f g c h & f i e k æqualibus. Patet. traho f l:& b l/& l d æquales. Sitq3 b l latus hexagonicū:erit c a b sexta pars circuli/itidem b a l/& l a d/& d a e. Vnde portio inter arcum b l d & sectores a b & a d: æquatur portionibus inter arcum c b/& sectores a b & a c/& inter arcum d e & sectores a d & a e simul. Et ex cōsequēti portio circuli inter arcū c l e & sectores a c & a e:dupla erit portioni quæ est inter arcum b l d & sectores a b & a d. Modo portio sub arcu c l e & sectoribus a c & a e maior est portione inter duas curuas b l d & c f e/& rectas c b & e d in 4. lunulis: scilicet in lunulis sub arcu c b/& recta c b/item sub arcu e d & recta e d/& sub arcu f i e & recta f e/demum sub arcu f g c & recta f c/ quæ lunulæ sunt æquales. Et quæ 4. lunulæ æquales sunt duabus parabolis. æqualibus: scilicet f g c h & f i e k. Ex quo patet ipsam superficiem sub curuis æqualibus & rectis c b & e d: minorē esse dupla/ad eā quæ sub arcu b l d/& sectoribus a b & a d cōtinetur/in prædictis duabus parabolis. quod est propositum.


¶ Ex hoc quæ circa habitudines Cylindrorū seu rotūdarum colūnalium superficierū:& suarum basium/& Cylindralium concarū curuarum:hoc est pyramidum curtarum. atq3 planarū circulariū:omnis scientia elicitur. Nam constat colūnam rotundam & quæ sequuntur.



¶ Sic pariformiter in conicis. Vt descripto triangulo c a b/cuius angulus c a b sit rectus:si reuoluatur super a c/fiet conica figura. q si b c sit dupla ad a b: supficies conica erit dupla ad supficiem basis/quę erit vt circulus ex a b descriptus Patet. Nam si conica super planū voluatur cono c fixo:fiet portio circuli cuius semidiametrus erit vt b c/arcus vero portionē capiens vt circunferentia circuli basis. q si recta arcui detur æqualis/& a cētro c ad terminos rectæ arcui æqualis duæ rectæ ducātur:fiet isosceles æqualis portioni circuli/& supficiei conicę. per superiora. Ex quo patet. supficiem conicā æqualē esse isoscelli/cuius basis æquatur circūferentiæ circuli basis:altitudo vero æquatur lateri conico. Conicum latus dicitur:per quod conica describitur figura. & est recta a termino circūferentiæ ad conū educta. vt est b c. Dicit igitur supficiem conicā:duplā esse ad circulū suę basis:& hoc cōstat eo q triangulus isoscelis cuius basis æquatur circūferētiæ circuli & altitudo vt semidiameter:æquatur circulo. q si altitudo talis isoscelis dupletur/& pariter isosceles duplabitur:eritq3 ea de re supficies conica cuius latus conicū duplū est ad semidiametrum circuli basis/dupla ad ipsum circulum basis. Et eadē superficies conica: æqualis erit superficiei colūnali descriptæ ex a e/si reuoluatur sup d fixo. Nam si colūna descripta super planū voluatur:fiet parallelogrāmus cuius altitudo erit vt a c/basis vero vt circūferentia circuli a b. quare per superiora: duplus erit ad circulū a b. & ex consequēti: æqualis supficiei conicæ ex b c descriptæ. Cætera patent in litera.

¶ Adhuc est alius motus cōpositus:scilicet pgressionis/ & descēsionis.


¶ Omnia ex litera & figuris:sunt manifesta.





¶ Si ad tertium motum:quando ambo termini lineæ mouentur.


¶ Esto igitur q a stāte in prima linea/b moueatur/circulū describēdo:si tunc a diuisum eleuaueris b stante/tunc secundum circūferentiam quā a mobile describet/ad circūferentiam quā b describit/proportionem superficierum scire poteris. Puta esto q a mobile scilicet primæ lineæ eleuetur/vt constituat talem angulum q linea quæ de a secundæ lineæ cadit vsq3 ad pūctum qui ita distet ab horizonte sicut a fixum:hoc est q d punctus & a primæ lineæ/sint super quintam li

neam/quæ cum a b prima linea angulum rectum constituat/vt sit b a d angulus rectus/tunc a/primæ lineæ & d ab horizonte æquidistát. Rursus sit a d medietas a b primæ lineæ : tunc b a secunda linea describet superficiem conicam & curtam/cuius basis maior/erit circulus ex a b prima linea / minor vero basis quæ ad conum tendit/erit vt circulus ex a d/medietas a b. Et ipsa superficies conica ex a b secũda linea descripta : maior erit plana circulari quã a b prima linea describit/pro medietate. Et ita proportionabiliter in omnibus. Patet sic. Describo figuram similem priori: quę sub prima/secunda/quinta/& sexta lineis continetur. Et cum angulus sub a d quinta/& d a sexta rectus sit vt præmittitur : erit d a sexta æquidistans ad a b primam. facio a d quintam indefinitæ quantitatis & continuo b a mobile/sine secundã lineam: & vbi secat a d indefinitam/pono e erunt duo anguli a b a & d a e æquales per secundam partem 29 primi Euclidis. quare isti duo orthogonij e a b/& e d a : æquianguli erunt. & ex consequenti per quartam sexti Euclidis/sicut a b ad d a : ita e b ad a e. quare cum a b longitudine dupla sit ad d a/vt præmittitur: erit similiter e b ad a e longitudine dupla. Et rursus permutatim sicut a b ad e b: ita d a ad a e. sed a b est medietas b e/cum a b prima æqualis sit b a secũdæ/& e b dupla sit ad a e. erit igitur a e æqualis a b. Similiter d a sexta: medietas a e. Vnde si conica describatur ex a e: erit per præmissa/superficies conicæ dupla superficiei basis/quæ est circulus ex a d descriptus. Et similiter si conica describatur ex e b: erit eius superficies dupla superficiei basis/quæ erit circulus/ex a b prima linea descriptus. Rursus cum d a sit medietas de a e vel de a b primę lineæ: erit circulus ex a d/pars quarta circuli ex a b/ per secundam duodecimi Euclidis. & ex consequenti superficies conica ex a e descripta: erit medietas circuli de a b/cum sit dupla ad circulũ ex d a descriptũ. Substracta igitur superficie conicæ ex a e/a superficie conica ex b e: residuum erit quod ex a b secunda linea describitur. & ipsa erit necessario ad superficiem circuli ex a b/sesqualtera. Nam superficies ex b e est dupla ad circulum ex a b: & superficies ex a e solum ponit vel tollit medietatẽ circuli ex a b. quare a b secunda linea : ponet vnum circulum ex a b cũ medietate. Et hoc est quod proponit de Cusa/dicens a b secundam lineam conicam describere superficiem/ quæ erit maior plana circulari quã a b prima linea describit/pro medietate. Quare placet (inquit) q quando a mobile eleuatur vt eius motus sit duplex ad motum a b: tũc a b mobile describet superficiem triplam & planam ad superficiem quã a b prima linea describit. Sumo æquales a b primæ lineæ & b a quartæ: ex quibus lineam vnam facio. & a/fixo primæ lineæ/moueantur b primæ lineæ & a quartæ: tunc motus a quartæ lineæ duplex dicetur ad motum b. quia a quartę lineæ: circularem describit duplam/ad circularem ex b. quia igitur mẽsura motus termini a quartæ lineæ/duplex est mensuræ b: ideo motus eius pariter duplex dicitur ad motum b. Dicit igitur de Cusa: q a b quarta linea describat superficiem triplam (quæ est ea quæ inter duas circumferentias concluditur) ad superficiem ex a b/prima linea descriptam. Et hoc liquet. Nam maior circulus: minori est quadruplus. dempto igitur minori: quod superest: triplum est ad minorem circulũ. Et motus a b quartæ lineæ: qui fit in ambobus punctis eius terminalibus inæqualis dicitur. eo q in eodem tempore suos motus absoluunt: sed non motu æque veloci. si enim æque velociter mouerẽtur: mensuræ motuum terminorũ æquales essent. sic in conicis intelligẽdum est. Ex his praxis haberi potest: quomodo in conicis proportio portionũ superficiei haberi potest/ad circulũ basis. ex qua cognitione multa fieri poterũt peruia & manifesta. Et hæc: sub duabus propositionibus/concluduntur. Prima. Multiplicatio semidiametri per vnum tantum terminum in circumferentiam aut in eius partes aliquotas / aut econuerso circumferentiæ in semidiametrum aut in partes eius aliquotas cognoscitur : eo modo quo multiplicatio vnitatis in vnitates / aut vnitatis in partes aliquotas. Secunda. Multiplicatio partis aliquotæ semidiametri in partes aliquotas circumferentiæ: aut econuerso/ eodemmodo cognoscitur quo multiplicario partis aliquotæ aut partium aliquotarum vnitatis / in partes aliquotas. Prima propo-











sitio: respicit multiplicationem integri in fractum integri/aut econuerso. Secunda: multiplicationem fracti integri in fractũ integri. Quomodo ista fiant: ex Arithmeticis cognitũ est. & fieri notũ: ex sequẽtibus poterit. Describo triangulum orthogoniũ a b c: ex quo conicã per b c describo supficiem. & latus conicum scilicet a c in 4 partes æquales diuido: per puncta d e f/& a singulis per 31 primi Euclidis traho æquidistantes ad c b vsq; ad a b/& sint d g/e h/f i. Sitq; a c lõgitudine dupla ad b c: erit per præmissa superficies conica ex a c dupla ad superficiem circularẽ ex b c. Itidem superficies conica ex a d: dupla erit ad superficiem circularẽ ex g d. eo q; sicut a c ad b c: ita a d ad d g per 4. sexti Euclidis ratione triangulorum æquiangulorũ. Et ita de a e/& a f: dicẽdum est. Si igitur voluero cognoscere habitudinẽ superficiei conicæ quã e c latus describit motu secundo: qui est cũ ambo termini mouentur. Quia e c: æqualis est b c. & ex motu termini c linea e c super circũferentiã circuli b c/facit vnum circulũ: tanq̃ multiplicatio vnitatis in vnitatẽ/scilicet semidiametri in circunferentiã. At motu termini e in medietatẽ circũferentiæ circuli b c/vti est circũferentia circuli e h: medietatẽ circuli c b describit. ideo superficies conica ex e c: sesqualtera erit superficiei circulari ex c b. Si vero superficiem conicã ex c d: voluero cognoscere. scire me oportet quæ sit habitudo circũferentiæ circuli ex c b: ad circũferentiã circuli ex d g/quæ est vt a c ad a d sesquitertia. & c d: est medietas c b. quare motu termini c describit d c/super circũferẽtiam circuli ex c b vnam medietatẽ ipsius circuli: sicut ductu vnius secundę in vnum/fit vna secũda. At motu termini d: describit linea c d/super circũferentiam circuli d g/partes circuli c b quæ producuntur ex multiplicatione 1 secũdę in 3 quartas. Ad quod cõs: quẽdũ duco denominatores in se inuicem/scilicet 2 in 4: & fiunt 8/quę pro denominatore constituo. Deinde duco numeratores in se inuicem scilicet vnum in 3: & productũ scilicet 3 constituo pro numeratore/& erunt 3 octauæ. Vnde c d motu amborum terminorũ describit superficiem conicã/quę ad circulum ex b c se habet: sicut 7 octauæ ad vnũ. Quod aliter patet. Nam a d latus conicũ: duplam superficiem describit ad circulũ g d. Sed circulus ex d g/se habet ad circulũ c b: sicut 9 ad 16. Nam si c b longitudine sit 4: erit d e lõgitudine 3. Igitur superficies ex a d: erit vt bis 9 sextædecimæ de b c/siue erit vt 9 octauæ. relinquit̃ igit̃ q; supficies ex c d: sit vt 7 octauæ circuli ex b c. Et ita de cæteris partibus proportionabiliter: dicendum est. Ex quo patet ars venãdi ꝓpinque habitudines superficierũ sphęræ & corporũ in ipsa inscriptorũ/aut circunscriptorum: sic. Sit descriptus quadrans a b c d. describo in eo latus hexagonicũ c d: & dimidium scilicet e d. Non enim plus q̃ latus hexagonicũ vnum cum dimidio: potest capere quadrãs. Si voluero cognoscere superficiem corporis ex reuolutione c d super b e: sic facio. quia c d est vt b c: tunc c d ex motu termini c super circũferentiam circuli ex b c facit superficiem æqualem ipsi circulo. At c d ex motu termini d in circunferentiam circuli ex e d: facit medietatẽ circuli ex b c. Et sic superficies conica c d: est sesqualtera ad circulũ ex b c. Deinde circulus ex e d: est 1 quarta circuli b c. cum sit e d: medietas de b c. Quo fit: vt c d/cum e d superficiem describat ad circulũ b c se habẽtẽ/vt 7 quartę ad 4 quartas ad supficiẽ ex arcu quadrãtis/vt 7 quartę ad 8 quartas supponẽdo cũ de Cusa supficiẽ sphęræ esse æqualẽ 4 circulis ex b c. Ex quo patet/q; quæcũq; latera cuiuscũq; polygoniæ in quadrãte ꝓportionabiliter ĩscribant̃: ex reuolutiõe eorũ simul cũ arcu quadrãtis semp minorẽ describent superficiem/superficie medietatis sphęræ/quę dupla est ad maximum circulũ per hypothesim. Et iterũ si latera illa inscripta simul iũgãtur ĩ linea vna/quæ fiat latus conicum super eandem basim: erit superficies conica semper minor superficie ex lateribus in arcu quadrantis descripta. Vt sit c f latus conicũ & æqualis lineis c d & c d simul: dico c f minorẽ describere superficiem/q̃ c d & e d/licet super eandem basem sint constitutæ/scilicet super circulũ ex b c. Patet. sit c h: æqualis c d: manifestum est c h per punctum h/minorem describere superficiem/q̃ c d per punctum d. cum circũferentia circuli g h: minor sit circũferentia circuli e d. similiter f h in puncto h/adhuc minorem describit supficiem



q̃ e d per punctum d, quia e d/in maiorem circũferentiam mouetur: q̃ f h. Duabus igitur de causis f c minorẽ describet superficiem. Et quanto plura erunt latera: tanto recta æqualis omnibus lateribus/minorẽ describet superficiem. Sed q̧ ita sit: patet. Est f c lõgitudine ad f h: tripla, quare & b c: ad g h. & sic circunferentia circuli g h: erit 1 tertia circũferentiæ circuli b c. Vnde c h per punctum h: describit 1 tertiã circuli b c: sicq̧ c h ex ambobus terminalibus punctis: solum 4. tertias circuli b c describit. At c d (vt dictũ est) ex ambobus terminalibus pũctis: describit 6 quartas/vnũ scilicet circulum cum dimidio/quæ sunt plus q̃ 4. tertiæ. Rursus f h/quæ est 1 secunda de h c/ex puncto h in 1 tertiã circunferentiæ circuli b c/quæ est quam describit g h: facit quod prouenit ex multiplicatione 1 tertiæ in 1 secundã/& prouenit 1 sexta. quare f c conicã describit superficiem/quæ est ad basis superficiem: vt 9 sextę ad 6 sextas. quæ proportio longe minor est: q̃ 7 quartę ad 4 quartas. Prima enim: sesqualtera est. Secunda supertripertiens quartas. Ex hoc iterũ elicitur/q̧ conica superficies descripta ex recta quadranti æqualis: minor sit superficiæ descripta ex arcu quadrãtis. vt sit i l c arcus quadrãtis/& k c recta æqualis arcui: erit superficies semisphæria ex arcu quadrantis i l c descripta/longe maior/q̃ superficies conica ex k c. At superficies conica ex k c/æquatur duobus quadratis: quorum latera erunt vt k c. Nã k c vno termino fixo scilicet k mouetur in quater k c: describendo superficiem æqualem isosceli cuius altitudo erit vt k c/& basis quadrupla ad k c longitudine. Vnde multiplicatio k c in duplã k c longitudine: rectãgulam æqualem superficiei conicæ vel isosceli describet. Ex quo liquet superficiem conicam ex k c descriptam: æqualem esse duobus quadratis ex k c. Et rursus liquet duos quadratos ex k c: minores esse superficie semisphærica/ex i l c descriptæ. Recte dictum est in demonstratione vltimæ tertij cap. de geometricis transmutationibus: superficiem sphere maiorem esse/quatuor quadratis isoperimetris circulo maximo ipsius sphere. qđ tamen aliter voluit quidã: in sua geometria vulgari. Cætera in litera contenta: ex sequente fient manifesta. Quæ autem de superficie sphere/& quadrato isoperimetro circulo maximo dicta sunt: in numeris sic videri potest. Est manifestũ circũferentiam circuli ad diametrum: longitudine minorem seruare proportionem tripla superbipertiente nonas. cum pronsidemus minorem seruare: tripla sesquiseptima. vt aliquando probare intẽdimus. Est etiam manifestũ: maiorem seruare/tripla sesquinona. Vnde fit: vt pars quarta circunferentię circuli minor sit longitudine 7 cum 1 quarta. quare quadratus isoperimeter (si diametrus longitudine sit 9) minor erit 52 cum 9 decimissextis: qui est quadratus de 7 cum 1 quarta. Duo vero quadrata: minora erunt 105 cũ 1 octaua. Rursus erit pars quarta circũferentiæ circuli (si diametrus longitudine sit 9) maior 7, qui ductus in diametrũ/scilicet nouem: facit 63. quare circulus maior erit 63: si diametrus sit longitudine 9. Vnde dico illa duo quadrata isoperimetra (q̃q̃ secundum plus sint sumpta) minora esse q̃ 7 quartas de 63. quare a fortiori: duo vera quadrata minora erunt q̃ 7 quartæ veri circuli. Patet. Nam quarta de 63: est 15 cum 3 quartis. quæ quarta ducta in 7 facit 110 cum 1 quarta: qui sunt longe plus q̃ 105 cum 1 octaua. Modo superficies descripta ex c d & d e/facit 7 quartas circuli b c (vt dictum est) quare erit ipsa superficies longe maior/q̃ duo quadrata isoperimetra circuli b c. Et adhuc superficies ex trib⁹ lateribus dodecagoni: erit maior. quia concludet superficiem: ex c d & d e. & ad vltimũ superficies ex arcu quadrãtis/omnes concludẽtes: maxima erit. Erit igitur superficies semisphærica: longe maior duobus quadratis isoperimetris circulo maximo ipsius sphere. Itidem & superficies sphærica: maior quatuor quadratis. quod fuit probandum.


¶ Est autẽ aduertẽdũ ex p̃missis quomodo in conicis possis p̧cedere.



7 ¶ Dicit si b d eleuetur in medium & fiat b g/sic q̧ b g & c b semidiameter basis angulũ rectũ cõstituãt: si cõuoluit b g/fiet sup̃ficies dupla/ad sup̃ficiem conicã ex a b descriptã. Patet. cõtinuo c d/quousq̧ fiat æqualis b g: & sit c f. traho g f:

erit g f æqualis b c. Vnde si b g cõuoluitur stante c f: percurret duas circũferentias circuli ex c b. quare superficies ci⁹ dupla erit ad sũpficiem ex a b descriptã: quæ tantũ vnam circũferentiam pcurrit. Et hoc liquet. Nam superficies conica ex a b: æquatur isosceli cuius altitudo est vt a b/& basis vt circunferẽtia circuli ex b c. Superficies vero Cylindrica ex b g: æquatur parallelogrãmo cuius altitudo est vt b g/basis vt circũferentia circuli ex c b. Vnde quia triangulus & parallelogramus sunt super æquales bases/& altitudo eorũ vna est: erit parallelogrãmus triangulo duplus per 41 primi Euclidis. Qꝫ superficies ex b e: sit tripla ad superficiem conicã ex a b: patet. traho e d: erit a d e triangulus æquiangulus triangulo a c b. Nam est manifestũ si e d fuerit æquidistans ad b c/per secũdam partem 29 primi: isti duo anguli a e d & a b c erunt ęquales similiter a d e. & a c b. & ideo quæcũq; fuerit illa æquidistans: se habebit ad b c sicut a e ad a b per quartam sexti Euclidis. Similiter & latus oppositum angulo e: se debet habere ad a c/sicut a e ad a b. sed sola a d ad a c se habet sicut a e ad a b: quare d e est æquidistans ad b c. & ideo: ei dupla erit lõgitudine. & similiter circunferẽtia circuli ex e d: dupla erit ad circũferentiam circuli ex b c longitudine. Vnde cũ terminus b voluitur in circũferentiã circuli ex b c: tunc b e (cum sit æqualis a b) sũpficiem æqualem describit superficiei conicæ ex a b. Cum vero e mouetur in circũferẽtiam circuli ex e d: tunc b e describit sũpficiem duplã ad sũpficiem conicam ex a b. Manifestũ est igitur b e motu suo in ambobus terminalibus punctis (licet inæqualiter moueantur illa terminalia puncta) describere sũpficiem triplam ad superficiem conicã ex a b. Vnde conica superficies ex a e: quadrupla erit superficiei conicæ ex a b. Nam sũpficies conica ex a e: æquatur isosceli/cuius altitudo erit vt a e/basis vt circũferentia circuli ex d e. & superficies conica ex a b: vt dictum est/æquatur isosceli cuius altitudo æquatur a b/basis vero circunferentiæ circuli ex b c. Sed cum basis trianguli ex conica a e/se habeat ad basem trianguli isoscelis ex a b conica/sicut altitudo altitudini. erunt trianguli isti similes. quia eorum latera relatiua: sunt proportionalia. Vnde per 18 sexti Euclidis: erit maior triangulus minori quadruplus. cũ latus maioris/ad latus relatiuũ minoris: lõgitudine duplũ sit. Vnde liquet si a maiori triangulo substrahatur minor: residuum erit quod fit ex b e. ideo qđ fit ex b e: triplũ esse dictum est ad superficiem ex a b. Si enim rite intellecta fuerit litera pręcedens: ista facile poterit intelligi. Nihil enim aliud cõcludit: q̃ præcedẽs. ¶ Habes igitur. ¶ Vt hic: expressum est. Nam si ex a b c triangulo conica fuerit descripta superficies: & a b latus conicum sit/similiter c b semidiametrus basis: tunc colũna rotũda quæ ex b g describit/latere c f fixo: habebit basem æqualẽ basi conicæ figuræ (quia ex ęquali semidiametro descriptæ erunt) & altitudo colũnæ rotundæ quæ est vt b g/est æqualis lateri conico qđ est a b. ideo superficies rotũdæ colũnæ: dupla erit sũpficiei conicæ. vt dictum est. Et si altitudo colũnæ maior esset latere conico: tũc superficies colũnæ maior esset dupla. & si minor: minor. Ad cognoscendũ excessus istos/est necesse cognoscere habitudinẽ altitudinis colũnæ rotũdæ ad latus conicum lõgitudine/aut præcise aut propinque: quorum multiplicationes eodẽmodo cognoscẽtur/& per easdem propositiones adiectas in litera superiore de semidiametro. Vt si ad b g addatur medietas de b g: tunc addet sũpficiem æqualem superficiei ex a b. eo q̃ 1 secũda integri scilicet b g: bis mouetur in integrum scilicet in circũferentiam circuli b c/ratione duorũ terminorũ æqualiter motorum. & ita proportionaliter de aliis portionib⁹ dicatur. Sequitur. ¶ Si feceris lat⁹ coni chordã arcus. ¶ Sint a b/b e & b g: æquales rectæ. & sint arcus descripti super eas quadrantes/& moueantur rectæ cum suis arcubus modo præmisso: tunc arcus a f b describet superficiem semiphericam/& semidiametrus sectoris erit b c. Vnde arcus a f b: tantũ vnam percurrit circunferentiam circuli ex b c. Curua vero b g duas percurrit: sicut sua chorda. quare describet superficiem duplam (vt vult de Cusa) ad superficiem quæ ex a f b arcu describit. Demũ curua b e tres circũferẽtias circuli ex b c percurrit: sicut chorda eius. Ideo superficiem triplã ad sũpficiem ex a b descriptã/ dicitur describere. Et ita de qui-

buscunq; curuis: modo sint æquales & similes/dicendũ est. Demũ dicit de Cusa: q; Archimedes probat quatuor maximos circulos sphæræ/æquari superficiei sphere. Ideo superficies semisphærica ex quadrãte b c descripta: dupla erit ad superficiem planam ex b c. siue sit siue non sit: prope tamen admodum accedit. nec potest esse minor ipsa superficies sphereæ: ipsis quatuor maximis circulis/siue quatuor sectoribus. vt comperimus.




¶Si volueris Cylindricam/sphæricam/ac conicam superficies.


8 ¶Quia b d linea/dupla est longitudine ad a b semidiametrum: ideo conica superficies ex b d descripta/dupla est ad circulũ ex a b. Multiplicatio igitur b d/in circunferentiã circuli a b: erit tanq̃ duo in vnum. & productũ est duo. Superficies vero ex b c descripta: erit dupla ad circulum ex a b. eo q; multiplicatio ex b c est tanq̃ vnum in duas circunferentias ratione motuũ/suorum terminorum. Ideo productũ: est 2. Superficies igitur conica ex b d: & superficies Cylindrica ex b c/sunt æquales per 9 quinti Euclidis. quia duplæ sunt: ad circulum ex a b. Quæ si arcus quadrantis describat superficiem duplã ad circulũ a b (vt supponitur) erũt istæ tres sũpficies æquales scilicet Cylindrica/semisphærica/& conica. Itidem & conicæ curtę: ex b h i/& b f g. Patet. vel tu dicis continue conicas superficies: a Cylindrica b c ad conicam b d/esse maiores vel minores Cylindrica ex b c. Si maiores: erit conica b d maxima: & sic maior Cylindrica b c. quod esse non potest. Itidẽ si minores: tunc erit conica ex b d minima. & sic minor erit: Cylindrica ex b c. quod esse nequit. nõ erunt igitur: maiores nec minores. ideo æquales. quod est propositum.

¶Curuas lineas non tamen circulares: ex inæquali motu lineæ.


9 ¶Litera plana est (supposita figura) vsq; ad hũc locum. Si volueris inquirere portionum illarum habitudines: ita facito. Cõsiderabis excessum chordæ. Resumatur figura. Duplico arcum b c: & sit b c f arcus tertiæ partis circunferentiæ circuli. continuo b a vsq; f: erit b f latus trigoni inscribendi/& d a prima/& a c secunda. quare d a & a c: erunt æquales vt dicit de Cusa. Nam d c a d a d: est lõgitudine dupla vt sæpe dictum est. Ideo isti duo trianguli b a c & b a d: erũt per 8 primi Euclidis/æquales. quia latera lateribus: qualia sunt. deinde traho d f & d g: ad medietatẽ arcus b c. Dicit igitur. Esto q; abscisio sit in circulo: & q; sit p semichordam & sagittam tertiæ partis circunferentiæ circuli. Et signetur hæc abscisio per a b c: erit a b semichorda duplicis arcus sextæ partis circunferentiæ circuli. quia semichorda arcus b c f: qui est pars tertia circunferentiæ circuli. Rursus portio circuli super chordam b c/quæ est lunula b c g: est in qua excedit abscisio b a c quæ est sub rectis a b/a c/& curua b g c/triangulum rectilineum b a c. Et hoc venit ex motu a c: describentis abscisionem. Cum enim eam describit in ambobus pñctis terminalib[9] mouetur: sed non æqualiter. Si enim æqualiter moueretur super a b: describeret rectangulũ/cuius duo latera maiora essent vt a b/minora vero vt ipsa sagitta. & sic b a c orthogonius: medietas esset rectãgulæ. quare portio super b c: æqualis esset ipsi orthogonio. At quia termini a c/inæqualiter mouẽtur: ideo lunula siue portio super b c/minor est triangulo b a c. Sequitur. ¶Et vt videas quomodo inæqualiter moti. ¶Hic cõsequenter descriptionem abscisionis b a c/ponit: quæ fit per a c sagittam. Deinde habitudinem ipsius abscisionis: ad portionem notam circulo inquirit. dicit igitur. signa d e b versus a æqualem sagittæ a c: & sit b e æqualis a c. Moueatur igitur b super arcu b g c: & dum sic b mouetur super arcu b g c/necesse erit e moueri super e a/versus a. Mouetur igitur terminus e/per lineam e a: in eodem tempore in quo b mouetur p arcũ b g c. Cõtinebit enim abscisio hoc modo descripta: medietatem illius quod fit ductu a c sagittæ in rectam æqualem arcui b g c/quod æquabitur portioni circuli b d c. Nam ipsa portio describitur ex motu d c termino d fixo: in b g c arcum. & d c: dupla est ad a c. quare tantum describitur ex a c nullo extremorum fixo & æqualiter mota in rectam æqualem arcui b g c: quantum d c vno termino fixo mota in arcum b g c. vt de se constat. con-



tinebit igitur abscisio medietatem illius quod fit ex a c/in rectam æqualem b g c(quod æquatur portioni g d c: quia medietas de b d c/& cum hoc secundum habitudinẽ potentiæ excessus a b semichordæ sup sagittã(qui excessus est a e) ad potentiã rectæ æqualẽ curuæ b g c. Q ue igitur habitudo potẽtiæ a c ad rectã quæ æquatur curuæ b g c:tanto excedit abscisio medietatẽ portionis b d c/quæ medietas est g d c. Ductio enim a c in arcum b c:deberet esse medietas illius quod fit ex ductu d b in eundem arcum,cũ a c:sit medietas d b. Sed quia terminus in a c mouetur qui deberet esse fixus relatiue ad terminũ fixum in d b:ideo superficies ex a c siue b e descripta/excedit medietatẽ superficiei ex b d.mouetur enim b e in ambobus terminalibus punctis/sed inæqualiter. & tantum vno termino:altero fixo & stante moueri deberet. vt cũ b mouetur in b g c arcũ: deberet esse e fixus/vt medietatẽ solum de b d c describeret. sicut b d totã describit sed terminus e:mouetur in e a: ideo abscisio b a c/maior est medietate portionis b d c. Esto igitur q b c curua tripla sit ad e a excessum semichordæ sup sagittã longitudine:tunc abscisio a b c excedit b a g/in vna nona. Nam potentia a e:est 1 nona potẽtiæ b c. Vnde abscisio cõtinet medietatẽ portionis b d c:& vltra medium siue medietatẽ b d c/cõtinet portionem secũdum habitudinem potentiæ a e/ad curuam b c:quæ est 1 nona de b c in potentia. Ideo portio sub curua b g c & recta b c:sunt duæ nonæ/medietatis scilicet illius quod fit ductu a c nullo extremorum fixo/in rectã æqualem arcui b g c. vel sunt duæ nonæ medietatis totius abscisionis b d c:scilicet de b d g. quod idem est.




PRopono nũc modũ tradere quomodo curua linea in rectam vertitur/non vt in primo libello p mediũ versionis rectæ in curuã/sed in medietate:& hoc per subtilẽ coincidẽtiã. cuius hęc est propositio. Descripta quarta circuli/& linea prima a cẽtro ad principiũ arcus tracta/& secunda linea de cõtactu primę cũ arcu orthogonaliter eiusdẽ quãtitatis cum prima/& tertia a centro per finẽ: quæ sit vt latus trigoni inscripti circulo/& quarta de fine secũdę ad finem tertię. Si tũc de principio quadrãtis lineam quintã duxeris ad quartã/taliter q chorda quæ a cõtactu illius quintæ vbi curuã secuerit ad finẽ totius quadrãtis ducta(quæ sit sexta linea)quintæ fuerit æqualis/erit quinta minor quadrãte/quanta est medietas portionis eius cadentis inter curuã & quartã. Sit sup a cẽtro quadrãs b e descriptus:& linea prima a b/& secũda b c/angulũ rectũ cũ a b faciẽs æqualis eidẽ/& tertia linea a e d vt latus triãguli inscripti/& quarta linea c d. Trahe deĩde de b lineã ad c d quæ sit b g: & vbi secuerit quadrãtem b e pone f/& sit quinta linea. de f trahe sextã: quæ sit chorda f e. Dico si f e est vt b g:tũc b g: est minor quadrãte b e in medietate f g. Adde igitur medietatẽ f g super b g/& sit g h medietas f g: dico b h æquari curuæ b e. 1



¶Ostẽsio. Pręsuppono primo q quinta & sexta cum portione quę cadit inter curuã & quartã(quã semp portionẽ voco)non differãt: nisi 2
vt pars quintæ/quæ est chorda scilicet b f/& sexta scilicet f e/quæ est chorda residui arcus quadrãtis differũt. & q illa differẽtia qua quĩta minor quadrãte/& sexta cũ portione maior differũt: est duplex quãtitas. scilicet quãtũ quinta erit minor curua quæ est quadrans: & sexta cũ portione maior quadrãte. & q ideo quãto plus differũt: tãto linea maior quæ mediat inter quĩtam & sextã cũ portione. quã lineã: voco mediũ. & quãto minus differũt: tanto mediũ min⁹. Secundo præsup-

ponoq; sexta cũ portione/potest excedere quadrantem in medietate
portionis. Nã in minore parte & in maiori potest excedere: ideo etiã
nec in minori nec maiori q̃ medietate. Ex his infero talem sextam cũ
portione ita excedere quadrantem: sicut quadrans quintã. & q; por-
tio: est differentia chordarum. & sexta: est vt quinta. Illa enim se
habent consequẽter. Si negas quia dicis differẽtiam chordarum mi-
norem portione: tunc medium etiam minus. & quia minus substrahi
tur a sexta cum portione q̃ prius/cum portio parte sit maior/& me-
dietas portionis maior medietate differentiæ chordarum: hinc hoc
est impossibile scilicet q; linea fiat minor/si ab ea minus substrahit/q̃
si ab ea plus substraheretur. Sic si dixeris differẽtiam chordarũ ma-
iorẽ portione: tũc medium erit maius. & tamen plus substrahitur q̃
prius: quãdo medietas portionis(quã minorẽ dicis)substrahebatur
qđ iterum est impossibile. Quare patet si sexta cum portione exce-
dit quadrantem in medietate portionis: necesse erit portionem æqua
ri differentiæ chordarum. & per consequens: sextam æquari quin-
tæ. qđ fuit intentum.
3 ¶Ex his: sequitur circuli facilis quadratura. Nam medium propor-
tionale inter b h/& diametrum circuli: est latus tetragonicum circu
lum quadrãtis. Sequitur etiam q; si b e æquatur b h: q; in circũuolu-
tione describit portionem conicã/cuius supficies æquatur medieta-
ri sphæræ/& longitudo quartæ circũferẽtiæ maioris circuli eiusdem
sphæræ. quod singulariter fuit quæsitum.
¶Adhuc aliter recta quadrãti æqualis: hoc modo reperitur. Si linea
4 sexta cũ portione quintæ lineæ/æquãtur quadrãti: eas inter se æqua
ri necesse est. Vt si seruata figura pmissa: quinta fuerit b p q/& sexta
e p: dico si e p & p q/æquãtur quadrãti b e/tũc e p erit æqualis e q. Pro
cuiꝰ ostẽsiõe primo suppono q; si d b quitã duxeris ad mediũ c d quar
tæ: vt est v: portio illius vt t v/erit ĩter portiones breuissima. & côti-
nue: supra & infra/augetur. Secundo suppono/q; sexta cum portione
illa minima: est maior quadrãte. & ita oportet sextam cum portione
quæ debet æquari quadranti: esse minores. Tertio suppono: q; possit
sexta dari cum portione/æqualis quadrãti. Quarto suppono q; de e
versus b: sextæ cum portionibus simul/continue augentur portio-
nes/etiam minuantur. Istæ suppositiones: cuilibet de facili patere pos
sunt. ex quibus: ostenditur propositio. Nam si dixeris sextam e p ma-
iorem portione p q: erit igitur maior medietate quadrãtis. Esto igi-
tur q; e r sexta/æquetur medietati quadrãtis: & sit portio r s/q̃ erit
maior p q/per primã suppositionẽ. Erit igitur e r & r s maior quadrã
te: & tamen simul sunt minores e p & p q/per quartã suppositionem/
quæ ponuntur æquari quadrãti. & ita minor erit/maior maiore. qđ
est impossibile. Sic si dixeris e p minorem p q: sequitur idem. nam tũc
erit minor: medietate quadrãtis. Esto igitur q; e t æquetur medieta-
ti quadrãtis: cuius portio t v erit minor q̃ portio p q/quare e t & t v/
erunt minores e p & p q: sic maior erit minor minore. quod simili-
ter est impossibile. Et quia sextã cum portione/posse quadrãti æqua-



ri:est manifestum. Patet hoc esse: quãdo sexta æquatur portioni quin
ræ. qđ est intentum.
¶Ex hac iam dicta inuẽtione si vis elicias: quomodo oẽm portionem 5
superficiei sphæræ / poteris reducere in conicã aut Cylindricã, etiam
si tibi portio ipsius superficiei sphæræ / ad totius sphæræ superficiem:
ignota foret. hoc modo. Et sit exempli gratia quadrãs vt prius a b c:
& huius arcum notum signa / qui sit h c. & sit h c: duæ tertiæ quadrã
tis. trahe lineam rectã de h / super a c orthogonaliter quæ sit h o. erit
igitur h o: semichorda duplicis arcus. accipe rectã æqualem curuæ h
c: & sit t v. hui⁹ medietas: sit chorda c k. duc rectã de h p k / & sit h k r
sic ꝙ k r æqualis sit k c. fac igitur de puncto aliquo lineæ h p qui sit s /
lineam trãsire per r ad a q: quæ sit s q, ita ꝙ linea de h ad pũctum vbi
a q lineam tãgit scilicet q perducta: sit dupla ad h s. & erit superficies
Cylindrica ex h s: æqualis superficiei sphærali ex arcu h c. & supficies
conica: ex h q. & mediæ quæ de h: ad s q ducẽtur. vti in præmissa. &
hoc patet totũm: ex p̃missis. Et ita habes artem quomodo si scitueris
Cylindricã superficiem æqualẽ sphærali: poteris ex hoc reperire coni
cã æqualem cuius longitudo sit vt longitudo lineæ curuæ circuli ma
ioris. Et quoniam ex Archimede: artẽ habes / omnem portionem su-
perficiei sphæræ in circularẽ planã reducẽdi. Et ex p̃missis patet quo-
modo omnem curuã / etiam si ignores eius habitudinẽ ad totum ma
iorem circulum: poteris in rectam reducere. & hęc ars subtilis est: ex
cedens circuli quadraturam. & econuerso si habueris lineam rectam
æqualem curuæ: poteris tunc superficiẽ cylindricam & alias conicas
consequenter reperire illi sphærali æquales. Ex quo iam patefecit ar-
chimedes ĩ quadratura parabolæ: quomodo superficies illa potest in
quadratã reduci. ostendens superficiẽ illam ex recta & sectione coni
rectanguli esse sesquitertiam ad triãgulũ habentẽ basim ipsam rectã
parabolę / & altitudinẽ ipsius parabolę. Et sic constat: quomodo qua-
dratum potest in circularem duci superficiẽ. ac ꝙ illi: possit cylindri-
ca / & conica æqualis assignari. Ideo ex premissis habes modum: lineã
curuam sectionis illius parabolę in rectam reducendi. & si ingenium
applicueris: omnem curuitatem regularem etiam sectionis transuer
salis cylindri poteris sic rectificare.


ANNOTATIONES OMNISANCTI.

¶Propono nunc modum tradere quomodo curua linea in rectam.
¶Omnia sunt aperta. *Sic tamen inuenitur a d latus trianguli: circulo a b inscri* 1
*bendi. Cum per ea quæ dicta sunt in de geometricis trãsmutationibus sit ma-
nifestum: semidiametrũ circuli ad semilatus trigoni eidem inscripti esse sesqui-
tertiam potestate: ita erit diametrus ad ipsum latus. quare si sumpta sit dupla lõ
gitudine ad a b & facta a e indefinita: circunducatur æqualis duple longitudine
ad a b (facto b centro) abscindet in a e indefinitam æqualem lateri trigoni circu-
lo inscribendi. q̃d erit a d. Vnde tracta b d: erit dupla longitudine ad a b. potesta
te vero: quadrupla. & ad a d: potestate sesquitertia.*
¶Ostensio / præsuppono primo ꝙ quinta & sexta cum portione.
¶*Si enim b g & e f cum f g / differunt vt excessus e f super b f: erit excessus vt f* 2
g portio. & erit e f æqualis b g. patet ex opposito. Nam si e f & b g fuerit æqua-

les/demendo ab vtrisq; æqualē b f: residua erunt æqualia. sed residuum de b g: est f g. igitur residuum de e f: æquale erit f g. Ideo excessus chordarum scilicet e f & b f: erit vt f g portio. Et ꝗ quāto excessus quo quadrans excedit quintā/& excessus quo sexta cum portione excedit quadrantē plus differunt: tāto media inter quintam & sextam cum portione sit maior. & q̄to minus: minor. patet. ponamus b g quintam lineam: excedere b e quadrantē. similiter e f cū f g excedere b e quadrātē & media iter b g quintā/& e f cū f g: sit b t v. hoc est b t v medietatē de b g de e f & f g/contineat: dicetur media longitudine. Si detur maior e f cū portione: tūc eius excessus super quadrātē erit maior. & illū excessum/& excessum quadrātis super b g/plus deferre est necesse: q̄ excessum quadrātis super b g/& excessum e f cum f g/super quadrātem. Vnde media inter b g & maiorem e f cum portione sibi respondente quæ erit maior f g: erit maior b t v. Et ex opposito si minor e f cum portione detur: erit eius excessus minor super quadrante. & media inter b g & minorem e f cū portione: erit minor b t v. Secundo supponit: ꝗ sexta cum portione/potest excedere quadrātē in medietate portionis. Probat/quia potest excedere in minore parte: & i maiori medietate. Pro quo aduertēdum est/ꝗ omnes ductæ a puncto b ad quartam c d: dicuntur generaliter quintæ. & ductæ a puncto c/ad puncta sectionum in quadrante: sextæ. Vnde infinitæ possunt dari quintæ: & sextæ. similiter & portiones: diuersarum longitudinum. Vnde quinta quæ erit prope b c/causabit maiorem portionem: q̄ b g/& similiter maiorem sextam. quare prope b/potest dari sexta cum portione: quæ excedat quadrantē in maiore/medietate portionis. Si vero quinta ducatur prope d: tunc sextā cum portione excedere quadrantē in minori q̄ in medietate portiōis est manifestū. quia igit̄ dat̄ vbi ī plus vtputa ꝓpe b/& ī min⁹ vtuuta ꝓpe d: dabit̄ etiā alicubi vbi nec in plus nec in minus. hoc est dabit̄ aliqua sexta cū portione: q̄ solū excedat quadrantē b c in medietate portionis. Hęc sunt quæ supponit de Cusa. His suppositis dicit. si ponatur e f cum f g/hoc est sexta cum portione vel alia sexta cum portione/excedere quadrātem in medietate portionis: erit excessus chordarum scilicet b f/& e f/vt portio f g. Nam si quis dicat minorē portione f g: erit tunc e f minor b g. quare media minor erit: q̄ si e f ponatur vt b g. & tamen minus substrahitur: eo ꝗ excessus minoris e f cum f g super b g/minor sit q̄ excessus e f cum f g super b g. & quia excessus minor: min⁹ substrahetur ad habendum medium. & hoc est impossibile: ꝗ substrahēdo minorē medium fiat minus/q̄ substrahēdo maiorem. Hic supponit mediam quadranti æqualem esse: quā mediā supponit esse sextā cum medietate portionis. Vnde substrahēdo medietatē f g: fit media. Sic si dixeris differētiam chordarum esse maiorē portione: erit e f maior b g. & sic media erit maior: q̄ cum/e f est æqualis b g. & ad mediā habēdam inter maiorē e f cū f g & b g: erit substrahendū plus q̄ medietatē f g. & hoc est impossibile. cū media prius posita sit: ex substractione medietatis f g. Nam tūc maior fieret ex substractione maioris: & minor ex substractione minoris. qđ est impossibile. si igitur media siue quadranti æqualis/fit ex sexta cum medietate portionis: necesse est excessum chordarum æqualem esse portioni. & sextā: quintæ æqualē esse. qđ fuit intētum. Admissis suppositionibus: concludit de Cusa e f cum medietate f g/æqualē esse b c/arcui quadrātis. Sed hic duo omittuntur. vnū videlicet: quomodo sexta & quinta inueniri possint. Secundum quomodo fit transitus a maxima sexta quæ erit chorda quadrantis cum portione respondēte (quæ est vt quinta) ad minimam sextam quæ erit recta ducta a puncto b ad punctum d cum portione sibi respondēte per omnes rectas inter medias. ꝗ si non sit transitus: nec formales erūt suppositiones/siue necessariæ.

¶ Ex his sequitur circuli facilis quadratura. nam medium.

¶ Sequitur etiā ꝗ si b e æquatur b h: ꝗ i circūuolutione. ¶ Patet. sit b v æqua-
3 lis b h quæ circūuoluatur simul cum a b termino a/fixo: describet conicā cuius
superficies æquabitur superficiei spherali ex curua b e. Nam dictum est in litera
superiore sub nota octonarii: cylindricā ex b c superficiem duplam esse circulo



basis.cum b c: æqualis sit a b. q si recta b d circũducatur: conicam æqualis superficiei cylindricæ describet. quia longitudine dupla: ad b c. & omnes intermediæ ductæ a puncto b ad rectam c d: conicas superficies describẽt æquales. vt ibidẽ dictum est. Modo cum supponatur superficies semipherica æquari duob⁹ maximis circulis: æquabitur etiam p̃dictis superficiebus. ex quo patet intentum.

¶ Adhuc aliter: recta quadranti æqualis: hoc modo reperitur. *Si linea sexta cum portione quintæ lineæ: æquatur quadranti: eas inter.*

¶ Quatuor supponit. Primo q si recta de b ad medium d c ducatur: portio in- 4
ter curuam & quartam (vt ducta b t v) erit t v inter portiones breuissima. & q cõ
tinue infra & supra: augetur. est verum q est breuissima: & q augẽtur infra & su
pra. Secundo supponit sextam cum portione illa: vt est e t & t v: maiorem esse
quadrante b e. est etiam verum. Tertio supponit: q possit dari sexta cũ portio-
ne sibi correspondente: æqualis arcui quadrantis. Et hoc sic demonstraret. quia
datur vbi in plus: vt in e t cum t v: & vbi in minus: vt in e r cum r s. cum r s: mi-
nor sit b r. Igitur datur alicubi: vbi nec in plus nec in minus. & vbicũq hoc fue-
rit: necesse est sextam cum portione æquari arcui quadrãtis. qđ est intẽtũ. Quar
to supponit: q de e versus b: sextæ cum portionibus simul: continue augẽtur:
licet portiones etiam minuantur. & hoc verum est. Nam traho b e & b d: erit e b
maxima: & b c eius portio. sicq e b cum b c: erit maxima sexta cum portione. e
f vero cum f d: minima erit sexta cum portione. Vnde a minima sexta cũ por-
tione: ad maximã sextam cum portione: necesse est continue augeri sextas cum
portione. Dicitur enim e b maxima sexta: quia eius quĩta minima est. caret enĩ
quinta: cum b c portio sit. At e f: dicitur minima sexta. quia eius quinta scilicet
b d: maxima quinta. Sicut enim minima quinta maximam ponit sextam: ita
maxima quinta minimã sextam ponet. His suppositis: bene concludit de Cu-
sa. Nam si ponatur e p æqualis p q: erit per suppositiões sexta e p cũ portione p
q: vt curua b c. Patet sic. Nam quæcunq sexta cum portione dicetur æqualis ar
cui: est necesse portionẽ sextæ æquari. Sit igitur e p & p q: vt curua b e. Si quis
ponat e p maiorem p q: erit igitur e p maior medietate quadrantis. Detur aliqua
sexta parte æqualis medietati arcui: & sit e r sexta. eius portio r a: est maior p q
per primã suppositionẽ. Erit igitur e r & r a: maior arcu quadrantis. & tamen si-
mul sunt minores e p & p q: per quartã suppositionẽ: quæ ponitur æquari qua
drãti. & ita minor scilicet e r cum r s: esset maior e p cum p q (qđ est impossibile)
cum e p cum p q: maior sit. non erit igitur e p maior p q. Sic si dixeris e p mino
rẽ: tunc e p erit minor medietate quadrãtis. cũ e p cum p q p hypothesim: æqua
lis sit arcui quadrãtis. Detur igitur maior sexta æqualis medietati arcui quadrã
tis: & sit e t: cuius portio t v est minor. Igitur e t & t v simul: minores sunt arcu
quadrantis. & sic minores: e p & p q simul. & tamen simul sunt maiores e p & p
q: per quartam suppositionem. & sic maior scilicet et cum t v: esset minor mino
re: scilicet e p cum p q. qđ est impossibile. Non igitur erit e p minor p q: si e p cũ
p q sunt vt arcus quadrãtis. Vnde patet intẽtum. Debuit (vt in p̃dicta resolutio-
ne) demonstrare de Cusa: quomodo illa sexta cum portione inueniri poterunt.
Et similiter quomodo fit transitus a maxima sexta cum sua portione: scilicet e
b cum b c: ad minimã cum sua portione scilicet e f cum f d per omnes medias.
hoc est: q datis omnibus sextis cum suis portionibus inter e b cum b c: & e f cũ
f d: plures non poterunt dari mediæ inter e b cum b c & e f cum f d: quæ scilicet
sint minores e b cum b c & maiores e f: cum f d. Sed hoc non videtur ita esse.
ducta intelligatur recta: a puncto b ad quartam lineam scilicet d c: sic q non ca-
dat aut cadere valeat inter eam & b c aliam: erit ꝓxima minor post b c. similiter
sua sexta ei correspondens intelligatur: sic q inter eam & e b: non cadat alia. Si
fiat transitus modo p̃misso: non poterit assignari recta media inter sextam cum
sua portione: inter quas mille cadunt sextæ cum portionibus. Sed q sic patet.
sumo illam sextam quæ est minor e b ad quã iungo b c: erit recta illa minor e b
cum b c: maior illa sexta cũ portione: quia ad illam sextam iuncta est maior sua
portione: scilicet b c. Vnde sequitur. quia non fit transitus a maxima sexta cum

portione/ad minimã cũ portione/per omnes intermedias rectas:erit ordo trãsitus istius iterruptus. Ideoq; videt̃ nõ esse necessariũ: q; dabilis sit aliqua sexta cum portione sibi respondẽte æqualis arcui. Et si detur nõ ideo est quia in plus & minus datur. Nã vbicunq; adducitur plus & minus: necesse est ad concludendum intẽtum/scilicet qđ sit semper dabile medium propositum/q; fiat trãsitus a plus ad minus per omnes intermedias indifferẽter. Propterea nõ sequitur/sit transitus in ordine superpartientium a superbipartiente septimas minore sesquitertia:ad supertripartientem septimas/maiorem sesquitertia & per omnes medias superpartientes.ergo per æqualem:sesquitertiæ, quia non fit transitus a minore ad maiorẽ:per omnes dabiles proportiones intermedias/quæ non solũ sunt superpartientes/sed & plures aliæ sunt/inter quas reperiatur sesquitertia. Similis obiectio posset adduci ad p̃cedẽtem resolutionẽ:quę fit per sextam cum medietate portionis. Nihilominus siue veræ sint siue non:subtiliter tamẽ admodum sunt a de Cusa excogitatę. Necessario concluderet igitur intẽtum suum:si omnes sextæ cum portionibus a maxima c b ad minimã e f/cõtinue essent omnes intermediæ iter maximã sextam cum sua portione/& minimã sextam cum sua portione. Nam recta curuę b e æqualis:est vna intermedia.cum sit minor e b cũ b c:& maior e f cum f d. & sic recta æqualis curuæ b e:æqualis esset alicui sextæ cum portione. Vnde pẽderet:q; sexta æqualis esset portioni. vt mõstratum est. Sed datis duabus quibuscũq; sextis cum portionibus/sic q; inter eas intelligatur nulla sexta cum portione cadere:nihilominus assignabilis est recta quæ erit minor maiore sexta cum portione/& maior minore sexta cũ portione. videlicet illa confecta ex minore sexta:cum portione maioris. Vt si data sit e t cum t v/& alia sexta minor ea cũ portione intelligatur/inter quas nulla alia sexta cũ portione cadat:dico illas non esse duas continue intermedias/inter e b cum b c/& e f cum f d. cũ cadat inter eas alia: videlicet confecta ex sexta minore e t/& portione t v. Ex his patet quomodo omnes sextæ cũ portionib⁹:sunt discõtinue mediæ inter e b cũ b c/& e f cum f d. Et ratione discontinuationis/non erit incõueniens si recta æqualis arcui b e:non sit vna sexta cum portione. Et causa huius discontinuationis:est angulus b e d/& curua b e. Nam omnes rectæ ductæ a pũcto b ad rectam c d:non sunt continue intermediæ inter b c minorẽ/& b d maiorẽ. Nam si intelligatur recta ducta a puncto b ad d c/sic q; nulla possit cadere inter b c & ductã quæ possit duci a puncto p ad rectam c d:non erit illa proxime maior post b c/sed infinitæ cadunt inter ipsam & b c. qđ patet. Nam si angulus e c d minuatur:minuetur & ducta/manente b c. & quia infinite potest minui angulus e c d:infinitæ maiores b c & minores ducta cadunt inter b c/& ductam.& vltima:erit quæ continget e c. Et ideo omnes rectę quæ duci possunt a puncto b ad rectam e c si ducantur:erũt omnes continue intermediæ/quæ dari possunt inter b c minorẽ/& e b maiorẽ. Et qđ ibi dictum est de sexta cum portione:idem dicẽdum est de sexta & medietate portionis. q; si omnes sextę cũ medietate portionis/inter maximã sextam cum medietate suæ portionis/& minimã cum medietate portionis/sint omnes intermediæ: tunc recta arcui quadrantis æqualis/erit vt sexta cum medietate portionis. sed quia hic transitus non est continue per omnes intermedias/sicut nec per sextas cum portionibus:ideo non est necesse q; recta æqualis arcui quadrantis/æquetur sextę cum medietate portionis. Sed de his hactenus.


¶Ex hac iam dicta inuentione.

¶Quia arcus h k c/sunt 2. tertię arcus quadrantis:erit. 1. tertia duorũ arcuũ quadrãtiũ/et. 1. sexta quatuor arcuũ quadrantiũ. erit igitur: medietas arc⁹ tertię partis circũferẽtiæ circuli. et ideo h o est semichorda duplicis arcus h k c. q͂a duplicatus: facit arcũ tertiæ ptis. Sit t v æqualis curuæ h c:et k c chorda/æqualis medietati t v. similiter k r:æqualis k c. facio a c indefinitę quantitatis: et a puncto h/traho per 31. primi Euclidis æquidistantem ad a c indefinitam/et sit h p. facio transire ab aliquo puncto in h p signato/(qui sit s)rectã ad a c indefinitam/sic q; transeat per r/quę sit s r q:ita tamen q; ducta recta a puncto h ad punctum


q sit dupla longitudine ad h s. dicit de Cusa: cylindricã ex h s æqualẽ esse superficiei spherali ex h k c descriptæ. vt si h s cum h o termino o fixo circũuoluatur: cylindricã describet, cuius semidiameter basis erit h o, & altitudo h s. & notũ est q conica ex h q descripta: superficiem æqualẽ habet superficiei cylindricæ ex h s descriptæ. quare superficiei spherali ex h k c descriptæ: assignata erit cylindrica & conica superficies æqualis. q si duxeris a pũcto h ad rectam s q æqualẽ t v: ex ea conicam describes superficiem æqualẽ cylindricæ ex h s, & conicę ex h k, per iam dicta in litera pcedẽte sub nota octonarii. quare & æqualẽ sphærali superficiei: ex curua k h c. Et ipsius conicę latus: æquale erit curuæ. Et hæc litera ex opposito præmissæ literæ: demõstrare posset de Cusa sic. eo q quæ dicta sunt de arcu quadrantis: de omni arcu in analogia intelligũtur. Nam si ponatur h k c loco arcus quadrantis: erit h o prima linea, h s secunda, o q tertia, & s q quarta. supponendo semp q h s: cylindricã superficiem, superficiei spherali ex h k c describat æqualẽ & q h q conicã superficiem: aliis ęqualẽ. Inuenio sextã æqualẽ portioni: quæ sit c k cum k r. vnde per pmissa c k cum k r, æquales simul erũt arcui h k c. & erit h k r quinta: & c k sexta. portio vero: erit k r. Vnde ex opposito cõstat quomodo habita recta æquali curuæ: inuenitur cylindrica & conica superficies æqualis spherali. scilicet faciendo medietatem rectę æqualis curuæ chordam: vt est c k, quæ est æqualis medietati t v. Deinde ducẽdo a puncto mobili scilicet h rectam p terminum chordæ extra arcũ: sic q quæ extra erit, æqualis sit medietati rectæ curuæ æqualis. vt est h k r: cuius k r æqualis est c k. Ex hoc habetur sexta c k cũ portione k r ad inuicẽ æquales: & simul, æquales curuæ. quare si recta ducta a puncto signato in h p per r ad rectam a c indefinitam quæ sit s r q: sit h q longitudine dupla ad h s, erit h s latus quo cylindrica superficies æqualis describetur superficiei sphærali ex curua h k c. & h q latus conicũ, erit superficiem ipsi æqualẽ describẽs. Et hæc aperta sunt si quæ dicta sunt in pmissa admittantur vera. Sequitur.

¶ Et ita habes artẽ quomodo si scieris cylindricam superficiẽ spherali æqualem: poteris ex hoc reperire conicam æqualẽ, cuius longitudo sit longitudo curuæ: eo scilicet modo: quo iam pmisimus, per inuẽtionem lineæ sextæ cum portione, quæ inuicẽ sint æquales, ad habendam rectam curuæ æqualẽ. qua habita: facile constituetur latus conicum, qđ describet superficiem sphærali, & cylindricæ æqualẽ. Sequitur. ¶ Et quoniam ex Archimede artem habes. Illud tangit de Cusa: in de pfectione mathematica, dicẽs. Abscissionum sphæræ habitudo curuæ superficiei ad rectam basis: est vt lineæ de zenith ad centrum basis, cũ semidiametro basis, ad ipsum semidiametrum basis. Vnde si circul⁹ daretur qui ad circulum ex o h se haberet sicut se habet o c cum o h ad o h longitudine: hic circulus æquaret superficiei spherali ex h k c. prout explanabim⁹ suo loco. quomodo vero Archimedes reducat: ignoram⁹. nõ eni: hũc locũ vidim⁹. Sequit. ¶ Et ex pmissis patet quomodo omnẽ curuã: ctiã si ignores eius habitudinem. Hoc modo statim pmisso: cognoscendo latus cylindricæ superficiei ęqualis superficiei sphærali ex curua. Et sic ex antehabitis: habere poteris. Primo habeas circulum superficiei sphærali æqualem: per habitudinẽ lineæ de zenith a cẽtro basis cum semidiametro basis, ad ipsam semidiametrum. Deinde illius circuli recipe rectã quadranti æqualẽ: describẽdo rectangulam æqualẽ circulo. constitue rursus super rectã æqualem circunferentiæ circuli basis: rectangulã æqualẽ priori rectangulæ. & minus latus: erit cylindricũ latus. quo habito: statim reduces curuã in rectam æqualẽ modo pmisso. Et exempli causa sit data curua h c: cuius habitudinẽ ad quadrantẽ vel ad totam circunferẽtiam, ignoro. Video in quadrãte (si minor est. si maior: recipio partẽ aliquotã) quã superficiem sphæralem describit: notando lineam de zenith per o c, & semidiametrum basis scilicet h o. inuenio circulum qui se habeat ad circulum ex h o: sicut c o linea de zenith cũ h o semidiametro basis, ad h o lõgitudine. sic enim habebitur. sumatur per 9 sexti Euclidis: media pportionalis inter c o cũ h o, & h o. & ipsa erit semidiameter circuli: ęqualis superficiei sphærali ex h k c. Nã ipsa semidiameter ad h o, se habet potestate: sicut c o cũ h o ad h o longitudine, per correlarium 17 sexti Euclidis. Rursus illius cir

culi inuēti quadrātem: in rectam æqualē resoluo. In quā duco diametrum: & fit rectāgula æqualis ipsi circulo/siue supficiei sphærali ex h k c. Deinde resoluo circunferētiam circuli ex h o: in rectā æqualē. sup quam rectangulā describo æqualem priori. scilicet quæ æqualis est supficiei sphærali ex h k c. Sic enim describetur. quadra rectangulam: & iunge latus ad rectam æqualē circunferentiæ circuli ex h o: & per 10 sexti Euclidis: inuenias tertiam continue proportionalem post latus quadrati (quæ erit minor latere quadrati) & sic habebis tres continue proportionales. Vnde per 16 sexti Euclidis rectāgulum qđ sub prima scilicet recta æquali circunferentiæ circuli ex h o: & tertia quæ est inuēta æquale est quadrato ex secunda. & sic constituere vales rectāgulam super rectam æqualē circunferētiæ circuli ex h o/& minꝰ latus illiꝰ rectāgulæ/qđ est tertia cōtinue ꝓportionalis/est latus cylindricæ æqualis superficiei cū superficie sphærali ex h k c/& sit h s. facio a c indefinitam/& sumpta dupla longitudine ad h s: secundū quā circinum extendo/& posito pede circini in h circūduco. & vbi secat a c indefinitam: pono q. traho h q: erit h q latus conicū. traho s q: & sic habebo primam lineam h o/secūdam h s/tertiam o q/quartam s q. Inuenio deinde sextam æqualem portioni suæ/quæ sit c k cum k r: & ipsæ simul erunt æquales arcui ignoto. hoc est ignotæ habitudinis: scilicet h k c. Et ita de omnibus dicendum est. Sequitur. ¶ Ex quo iam patefecit. Qui Archimedē viderunt: facilius q̃ nos de hac litera iudicabunt. Non enim Archimedem hic vidimus.



1 VOlo nunc inuestigare/quomodo per lunulas quadratura circuli inuestigetur: quā viam veteres frustra attētauerunt. & est intētio inter latus polygoniæ circunscriptum circulo/& latus polygoniæ inscriptum: reperire lineam quæ secet lunulā/ita ꝙ triangulus rectilinealis æquetur portioni circuli/cuius ille fuerit arcus. Puta esto ꝙ super a cētro circuli: b c arcus/sit quarta circunferētiæ. cui e f latus tetragoni circūscribatur lineis a f & a e tractis: & c b linea sit chorda siue latus tetragoni īscripti. Volo signare lineam inter e f & b c quę sit i k/quę secet lunulā l m n: ita ꝙ sit æqualis portionibus b i l/& c k n. vt a i k triangulus: æquetur a b m c portioni circuli. Pro cuius inuestigatione suppono latus inscriptum esse minus arcu/& circūscriptum maius: & plus maius/q̃ inscriptum minus. Secūdo ꝙ duæ lineæ cadere possunt inter latus inscriptum & circunscriptum/quarū vna æquetur arcui: & alia æquet triangulū rectangulum portioni circuli. & vocetur prima: quæ est latus inscriptū. secunda: quæ æquatur arcui. tertia: quæ æquat triangulū rectāgulū portioni circulari. & quarta: quæ est latus polygoniæ circūscriptæ. Tertio suppono ꝙ illæ quatuor lineæ sic se habent/ꝙ quando vna crescit omnes crescunt: & quādo vna decrescit/omnes decrescunt. Nam ad augmētum vnius: sequitur ꝙ & alia augeat. Quarto/ꝙ quāto magis crescunt: tāto magis differunt. & quāto magis decrescunt: tāto minus differunt. Quinto ꝙ quāto magis differunt lineæ: tāto plus differūt potētiæ earū. Ex his: sic argumētor. Quāto quarta maior: tāto tertia maior/& differētia linearū & potētiarū earū maior. Sic quāto secūda maior/tāto prīa maior: & differētia linearū & potētiarū earū maior. sic quāto differētia potētiarū quartę & tertię maior: tāto scđę & prīæ maior/& differētia illarū differētiarū maior. q̄re quāto q̄rta maior: tāto prīa maior/& differētiæ potētiarū ipsarū maiores. & differētia differētiarū q̄rtę & tertię ex vna/& scđę & prīę ex alia/maiores.



¶Secundum igitur habitudinẽ potentiarũ quartæ & primæ/se habe a
bunt differentiæ quartæ & tertiæ ex vna: & secũdæ & primę ex alia.
Ita scilicet ꝙ si potẽtia secũdæ est maior potẽtia primæ in aliqua quã
titate/& potentia quartæ est dupla ad potentiã primæ: erit potentia
quartæ maior potẽtia tertiæ/in dupla quãtitate. Et si est alia habitu
do potentiarũ quartæ & primæ: alia est habitudo quãtitatũ taliũ dif
ferentiarũ. Si negaueris/& dixeris habitudinẽ potẽtiæ quartæ ad po
tẽtiam primæ esse duplã/& non excessum potẽtiæ quartæ sup tertiã/
ad excessum potentiæ secundæ super primã/sed ꝙ excessus potentiæ
quartæ super potentiã tertiæ/sit vt tria/& ꝙ excessus potentiæ secũ
dæ super potentiã primæ sit vt vnũ: hoc dico implicare cõtradictio
nem. Nam sequitur/ꝙ prima & secunda lineæ sunt minores & æqua
liores: ꝗ prima & secunda quæ sic se habẽt ꝙ differẽtia est medietas.
Quãto enĩ differentia excessuum minor: tãto lineæ similiores & mi
nores. & cum hoc sequitur ꝙ prima & secunda sint maiores: ꝗ prima
& secunda quæ differunt in medietate differẽtiæ quartæ & tertiæ.
Nam quanto differentia quartæ & tertiæ magis excedit differentiã
secundæ & primæ: tãto secunda & prima sunt maiores/& inæqualio
res. Erunt igitur maiores primis & secundis/vbi differentia est me
dietas: cũ differẽtia ponatur vna tertia differẽtiæ quartæ & tertiæ.
sic erũt maiores & minores: similiores & dissimiliores. qđ implicat.
Simile incõueniẽs sequitur: si poneretur ꝙ differẽtia secundæ & pri
mæ/foret maior medietate differẽtiæ quartæ & tertiæ. & hoc incon
ueniens sequitur in omnibus: si habitudo excessuum potẽtiæ quartæ
super tertiam/& secundæ super primam/dicatur alia ꝗ potẽtia quar
tæ super potentiam primæ.

¶Si igitur hoc medio volueris lunulã abscindere/seu circulum qua 3
drare: sic facito. & sit in tetragono. Esto igitur ꝙ sup a cẽtro/b c qua
drãs sit descriptus: trahe lineas sectores de a per b & c indefinitę quã
titatis. trahe chordã b c: & latus circũscriptũ e o f & in o tãgat arcũ.
trahe semidiametrũ: a o. signa deinde secundã lineam æqualem arcui
quę ponatur esse g h: & vbi secat a o ponatur i. Deĩde signetur tertia
linea ꝗ sit k l: & vbi secat a o ponatᷣ m. Si igiᷣ tertia scilicet k l talis est/
ꝙ eius potẽtia est in dupla quãtitate minor potẽtia e f: ꝗ potentia b c
potentia g h. & cũ hoc id qđ fit ex ductu a o in i h: est æquale ei qđ fit
ex ductu a m in m l/habes intentũ. si nõ: varia quousꝗ eueniet. Exem
plum in numeris. Esto ꝙ a o semidiameter sit 7/cuius quadratũ 49:
erit b c radix de 98/& e f radix de 196. Esto igitur ꝙ g h ponatur 11:
erit eius quadratũ 121. a quo substrahe 98: manẽt 23. duplũ huius scili
cet 46/substrahe de 196: manẽt 105. Si ductio 7 in 5 cũ dimidio ęqua
retur ductioni medietatis radicis de 150 in se/siue a m in m l qđ idem
est (cũ a m sit vt m l) tunc haberes intentũ. & m l duplicata esset co
sta quadrati æqualis circulo: & quarta circunferẽtiæ esset 11. sed si be
ne calculas: reperies 11 parum excedere.

¶Est autem aliquãtulum difficile ĩ praxi reperire has lineas medias: 4
secundã & tertiam. Vnde pro alleuiatione laboris: sic facito. fac lineã

a c q̃ equet 7 semidiametris: cuiꝰ mediũ sit b. trahe orthogonales c d & b e: & sit d c vt a c / & e b vt a b. trahe lineã: a e d. signa ĩ c d semidiametrũ: & sit c f / vt semidiameter. & medietatẽ chordę q̃dratis signa ĩ b e: & sit b g vt medietas chordę atcꝰ q̃dratis. trahe lineã: f g. Et q̃a c d. ẽ potẽtia c f radicis eiꝰ / & b g radix b e: tũc iter b e & c d q̃re potẽtias medietatũ mediarũ lineatũ / scdę sc3 & tertię. Puta sit potẽtia medietatis scdę vt i k: & vbi secat f g / signa l. & vide ĩquãtũ i k excedit b e: & fac c d ĩ duplo excedere tertiã / q̃ sit m n. ita q̃ c d excedat m n ĩ dupla quãtitate q̃ i k excedit b e: & vbi m n secat f g / pone o. Si tũc ex ductu m o ĩ se idẽ eueniat q̃d ex ductu semidiametri ĩ l i habes intẽtũ: & m o duplicata erit costa q̃drati circuli. si non: varia quousq̃ eueniet. Et sicut ĩ quadrãte opatus es: ꝓportionabiliter poteris ĩ aliis arcubꝰ prioribus attẽtis operari / & lunulas abscindere / & circulum rectilineare.

ANNOTATIONES OMNISANCTI.

1 ℂVolo nunc inuestigare quomodo per lunulas quadratura circuli.

ℂHippocrates: per lunulas quadrare voluit circulũ. similiter & Antiphon. Dicebat enĩ Hippocrates: arcũ lunæ æquari chordæ lunæ. quia duæ sunt lineæ ab eodẽ pũcto leductæ: & ĩ eodẽ scilicet terminatæ. Ideo dicebat æquales. Sed solũ est hoc verũ in rectis. Oẽs quippe rectæ ab eodẽ pũcto eductæ & in eodẽ terminatę: sunt æquales. Vnde inferebat: circũferẽtiã circuli æquari circũferẽtiæ polygoniæ eidẽ inscriptæ. Antiphon vero: in lunulis triangulos duũ æqualiũ laterũ cõstituebat. volẽs tandẽ per huiusmodi triangulos puenire ad vnũ: q̃ æquaretur lunulæ. q̃d est impossibile / cũ supficies: diuisibilis sit in infinitũ. & oĩs talis triangulus: lunula sit minor. De Cusa ostẽdere volẽs quomodo id possit fieri: quinq̃ suppositiones p̃mittit. Primo supponit / q̃ latus circulo inscriptũ: minꝰ est arcu. vt b c chorda siue latus quadrati: minꝰ est arcu b m c. vt prius monstratũ est. Sed e f latꝰ circũscriptũ: maius arcu b m c. & plus ẽ maiꝰ: q̃ iscriptũ / minꝰ. hoc ẽ excessus e f sup b m c arcũ: maior est excessu b m c sup b c chordã. Et hoc est verũ. Nã si a m bis sit 9: erit e f 9 quia lõgitudie dupla: ad a m. Et circũferentia circuli: erit mior 29 / vt dictũ est. erit igiť b m c: minor 7 cũ 1 quarta lõgitudie. Et excessus e f sup b m c: maior erit vno cũ 3 quartis. Siliter si e f sit 9 lõgitudie: erit b c lõgitudie maior 6 cũ 1 tertia / cuiꝰ quadratꝰ ẽ 40 cũ 1 nona / & b c potẽtia ẽ 40 cũ 1 scda. cũ potẽtia subdupla sit ad e f: q̃ est potẽtia 81. Igiť excessꝰ b m c posita vt 7 cũ 1 q̃rta sup b c: mior erit 11 duodecimis. Est enĩ excessꝰ 7 cũ 1 q̃rta sup 6 cũ 1 tertia: vt 11 duodecimæ. Et cũ vnũ cũ 3 q̃rtis (q faciũt minꝰ q̃ excessũ e f sup b m c) sint plus q̃ 11 duodecię / q̃ sũt plus q̃ excessꝰ b m c sup b c: a fortiori e f plus excedit b m c: q̃ b m c excedat b c. Si vis illos excessꝰ referre ad ꝓportionẽ etiã verũ erit. vt e f ad b m c: maiorẽ seruat ꝓportionẽ: q̃ b m c ad b c. vti ꝓportio 9 ad 7 cũ 1 q̃rta maior est: q̃ ꝓportio 7 cũ 1 q̃rta ad 6 cũ 1 tertia. q̃re a fortiori e f ad b m c / maiorẽ seruat ꝓportionẽ: q̃ b m c ad b c. Secũdo supponit q̃ duę lineę cadere possunt iter latꝰ inscriptũ & circũscriptũ: q̃rũ vna æquet arcui / altera æquet triãgulũ. Patet: possũt dari maiores & miores. q̃re & ęq̃les. cũ trãsitꝰ a maiore sc3 e f: ad miorẽ b c / sit p oẽs itermedias. Igiť & pęq̃les. & hoc verũ. Sequiť. vocet prima: q̃ est latꝰ inscriptũ / vt ẽ b c. Scda: q̃ æquat arcui / & sit d g. Tertia: q̃ ęquat triãgulũ rectãgulũ portiõi circulari / & sit i k. Quarta: latꝰ polygoniæ circũscriptę / & sit e f. Tertio supponit q̃ illę q̃tuor lineę sic se habẽt / q̃ q̃n vna crescit: oẽs crescũt. & q̃n vna decrescit oẽs decrescũt. vt enĩ crescãt simul necesse est vt angulus c a f fiat maior. q̃ si fiat mior: manifestũ est oẽs simul decrescere. nõ tñ oẽs ꝓportionabiliter decrescẽt: aut crescẽt. solũ enĩ quarta sc3 e f imobilis erit in sua sectione aut augmẽtatiõe. oẽs vero reliq̃: moueri habẽt necesse. cũ enĩ angulus c a f efficieť maior: descẽdẽt pria sc3 chorda / scda æq̃lis arcui / & tertia æquãs portionẽ circuli. ideo nõ tñ crescẽt ꝓportionaliter: quãtũ e f. & ecõuerso cũ angulꝰ fiet minor: ascẽdẽt. Ideo nõ tñ decrescẽt ꝓportionaliter: quãtũ e f. Quarto

supponit q̄ quãto magis crescũt:tãto magis differũt.& quãto magis decrescũt
tanto minus differunt.hoc est manifestum:cum quãto chorda minor est:tanto
maiorem arcus ad ipsam/seruat proportionẽ(vt dictum est)& ecõtrario. Quin=
to supponit q̄ quãto magis differunt lineæ longitudine:tanto plus differũt po
tentiæ earum.non tamen intelligendũ est:q̄ tanto plus differãt proportionali=
ter. Hoc enim non esset verum. Ex his sic argumentatur. Quãto quarta(e f sci
licet)maior:tanto i k tertia maior(non tamen proportionaliter)& differentia li
nearum/hoc est excessus longitudinũ:& differentia potẽtiarum:hoc est quadra
torum/maior. Sic quãto differẽtia potẽtiarum quartæ & tertiæ maior scilicet e f
& i k:tãto differentia potentiarum d g & b c/secundæ scilicet & primæ/maior.
Et differẽtia illarũ differẽtiarũ:hoc est excessus illorũ excessuũ maior. quare quã
to e f quarta maior:tãto prima b c maior/& differẽtię potẽtiarũ ipsarũ minores.
& differẽtia differentiarũ quartæ & tertiæ ex vna: scilicet e f & i k/& secundæ &
primæ scilicet d g & b c ex alia maiores/non tamen proportionaliter.

¶Secũdũ igit̃ habitudinẽ potẽtiarũ quartæ & primæ se habebũt dif 2
ferẽtię e f & i k/quartæ & tertiæ ex vna:& d g & b c/secũdæ & primæ ex alia. Ita
scilicet si potẽtia d g secundæ/est maior potẽtia b c primæ/in aliqua quãtitate/
& potẽtia e f quartæ sit dupla ad potẽtiam b c primæ:erit potẽtia e f quartæ/
maior potẽtia i k tertiæ/in dupla quãtitate.hoc est maior/q̄ potẽtia d g secũdæ:
maior sit potẽtia b c primæ. Ac si dicat.si potẽtia e f quartæ sit dupla ad potẽ=
tiam b c primæ:ita excessus potẽtiæ e f quartæ/super potẽtiam i k tertiæ/ad
excessum potentiæ d g secundam/super potentiam b c primæ. Hinc sequitur.

¶Et si alia est habitudo potẽtiarum e f quartæ/& b c primæ:alia erit habitudo
quãtitatum talium differentiarũ.hoc est excessuum. Si negaueris/& dixeris ha=
bitudinem potentiæ e f quartę ad potẽtiam b c primæ esse duplam/& non ex=
cessum potẽtiæ e f quartæ super potẽtiam i k tertiæ/ad excessum potẽtiæ d g
secundæ super potẽtiam b c primæ/sed q̄ excessus potẽtiæ e f quartæ/sup po
tẽtiam i k tertiæ/sit vt tria/& q̄ excessus potentiæ d g secundæ super potẽtiam
b c primæ/vt vnũ:hoc dico implicare contradictionẽ. Nam sequitur q̄ prima
& secunda lineæ per te positæ sunt minores & æqualiores:q̄ prima & secunda/q̄
sic se habent q̄ excessus potentiarum est medietas excessus potẽtiarum tertiæ
& quartę. Quãto enim differentia minor:tanto lineæ sunt similiores & minores
p quartã suppositionẽ:modo excessus secũdæ & primę vt ponis minor est:q̄ si
esset medietas excessus quartæ & tertiæ/qui est vt tria per te.& ꝓpterea excessus
secundæ & primæ:erit vt 1 tertia excessus quartæ & tertiæ per te. Et rursus cum
hoc sequitur/q̄ prima & secunda sunt maiores:q̄ prima & secunda quę differũt
in medietate differentiæ quartæ & tertiæ. Nam per quintã suppositionem/quan
to differẽtia quartæ & tertiæ magis excedit differentiam secundæ & primæ:tan=
to secunda & prima sunt maiores & inæqualiores. Erunt igitur maiores primis
& secundis:vbi differentia est medietas differẽtiæ quartæ & tertiæ. cum differen=
tia secũdæ & primæ:ponatur per te vna tertia differẽtiæ quartæ & tertiæ.sic erũt
maiores & minores/similiores & dissimiliores:qđ implicat. Simile inconueniẽs
sequitur:si poneretur q̄ differẽtia secundæ & primæ/foret maior medietate dif=
ferẽtiæ quartæ & tertiæ. Sed cum suppositiones quarta videlicet & quinta intel
ligantur de augmento & diminutione linearum simul:non erit inconueniens/si
dicantur mediæ maiores vel minores/stãtibus prima & quarta/nisi alia ratio su
peruenit efficacior istis. Vnde si dicat̃ excessus potẽtiæ e f sup potẽtiã i k maior
esse q̄ duplus ad excessum potẽtiæ d g sup potentiã b c:necesse esset q̄ stãtibus
e f & b c/linea tertia d g descẽdisset versus b c.posset eẽ etiã i k mota:versꝰ e f. Et
ex hoc nõ est icõueniẽs(q̄a b c & e f stãt sine augmẽto & decremẽto)lineas illas i
k & d g posse esse maiores vel minores:q̄ vult de Cusa.q̄a tũc augebunt̃ vel di
minuẽtur pticulariter:& nõ vniuersaliter oẽs augebunt̃ vel diminuent̃. Sequit̃.


¶Si igitur hoc medio volueris lunulam abscindere:seu circulum.


¶Sequitur. ¶Si igitur tertia k l talis est q̄ eius potentia est in dupla quantita= 3
te minor potẽtia e f/q̄ potẽtia b c minor sit posita g h/& cum hoc id qđ fit ex du

ctu a o in i h est æquale ei qd fit ex ductu a m in m l: habes intentum. Notanter addit & cum hoc id qd fit ex ductu a o semidiametri in i h octauam partem circunferētiæ (si g h sit vt b o c) est æquale ei qd fit ex ductu a m octauæ partis circunferētiæ quadrati circulo æqualis in se/siue in m l/qd idem est. Nam infinitæ possunt dari mediæ/sic q̄ excessus potētiæ e f super potētiam maioris mediæ/ ad excessum potentiæ minoris mediæ siue secundæ super potentiam b c: est vt potentia e f ad potentiā b c/tamen (si verum sit quod de habitudine excessuum dictum est) solum illæ erunt mediæ quęsitæ: quarum quadratum medietatis tertiæ (vt est k l) æquale est ei qd fit ductu semidiametri in medietatē secundæ. Sequitur. ¶ Exemplum in numeris. Esto q̄ a o sit longitudine 7/cuius quadratū est 49: erit b c radix de 98. Nam 98/duplus est ad 49: sicut potestas b c dupla est potestati a o. numerus igitur longitudinis b c: erit radix de 98 si haberi posset. & e f erit radix de 196: qui quadruplus est ad 49/sicut est e f potestate ad a o. erit igitur e f longitudine 14: qui est radix de 196. Esto igitur q̄ g h ponatur longitudine 11: erit eius quadtatum siue potestas 121. a quo substrahe potestatem b c/scilicet 98: & residuum scilicet 23 erit excessus potestatis g h super potestate b c. Duplico 23: & fit 46. quē substraho a potestate e f: & residuum erit 150 siue potestas de k l. Sic secundum istam propinquitatem: tantus esset quadratus circulo æqualis/scilicet 150. Vnde constat q̄ excessus potestatis e f scilicet 196: super potestate k l/scilicet 150/ad excessum potestatis g h scilicet 121 super potestate b c scilicet 98/se habet vt e f ad b c potestate. q͡a sunt vt 46: ad 23. Vnde si ductio a o quæ est longitudine 7 in i h/scilicet 5 cū 1 secunda longitudine produceret quartā partē de 150: haberetur intētum. sed quia plus pducit: hoc dicit de Cusa esse/quia g h lōgitudine est minor 11. ideo potestas minor erit 121: similiter excessus potestatis super potestate b c minor 23. Vnde etiā minus substrahetur a potestate e f. quare maius erit residuum. cum hoc q̄ ductio a o in i h. quæ erit longitudine minor 5 cū 1 secunda: minus producet q̄ si esset 5 cū 1 secunda. Et sic: ibi quædam propinquitas/attingitur.


¶ Est autem aliquātulū difficile in praxi reperire has lineas medias.

aequale trigono e g f per 16 sexti Euclidis. Ad habendã habitudinẽ e f ad t v: sic facio. Est per hypothesim: g f potestate 36. quia 6: longitudine. & b f: est potestate 9. substraho potestatẽ b f/a potestate g f: & residuũ erit 27/qđ erit vt potestas de g b. cũ g b f sit orthogoni⁹: & f g p 46 primi Euclidis/cõtineat potestates de b f & g b simul. Radix de 27: est maior 5 cũ 25 centesimisuicesimisoctauis. Igitur b g longitudine: maior erit 5 cũ 25 cẽtesimisuicesimisoctauis. Patet. Nã quadrat⁹ de 5: est 25. Et 5 bis duct⁹ in 25 cẽtesimasuicesimasoctauas: facit 250 cẽtesimasuicesimasoctauas pro supplemẽtis. Quadratulus gnomonis scilicet de 25 centesimisuicesimisoctauis: est 625 centesimæuicesimæoctauæ ex 1 centesimauicesimaoctaua. Reductæ ad fractiones integrarũ eas per 128 diuidẽdo: erunt 4 centesimæuicesimæoctauæ cũ 113 centesimisuicesimisoctauis ex 1 centesimauicesimaoctaua. Additæ supplemẽtis: erunt 254 cẽtesimæuicesimæoctauæ cũ 113 centesimisuicesimisoctauis ex 1 centesimauicesimaoctaua. Reductæ ad vnitates/eas diuidendo per 128: erunt vnũ cum 126 centesimisuicesimisoctauis & 113 centesimisuicesimisoctauis ex 1 cẽtesimauicesimaoctaua. Et tantus erit gnomo/qui iunctus quadrato de 5 scilicet 25: erunt 26 cum 126 centesimisuicesimisoctauis & 113 centesimisuicesimisoctauis ex 1 centesimauicesimaoctaua. Et tantus erit quadratus de 5 cũ 25 centesimisuicesimisoctauis: qui minor est potestate b g/quæ est vt 27. Igitur b g longitudine: maior erit 5 cũ 25 centesimisuicesimisoctauis. Et ex consequẽti/multiplicatio b f in b g plus producit: q̃ multiplicatio 3 in 5 cum 25 centesimisuicesimisoctauis/quæ producit 15 cum 75 centesimisuicesimisoctauis. Igitur trigonus e g f: erit maior 15 cum 75 centesimisuicesimisoctauis. similiter quadratus t v x y: si e f longitudine sit 6. Rursus. quia radix de 15 cum 75 centesimisuicesimisoctauis: maior est 3 cũ 121 centesimisuicesimisoctauis. a fortiori igitur t v longitudine: maior erit 3 cũ 121 cẽtesimisuicesimisoctauis. Patet. Nam quadratus de 3: est 9. & 3 bis ductus in 121 centesimasuicesimasoctauas: facit 726 centesimasuicesimasoctauas pro supplemẽtis. Quadratul⁹ gnomonis scilicet de 121 cẽtesimisuicesimisoctauis: est 14641 centesimæuicesimæoctauæ ex 1 cẽtesimauicesimaoctaua. Reductæ ad fractiones integrarũ eas per 128 diuidẽdo: erũt 114 centesimæuicesimæoctauæ cum 49 centesimisuicesimisoctauis ex 1 centesimauicesimaoctaua. Additæ supplemẽtis: erunt 840 centesimæuicesimæoctauæ cũ 49 centesimisuicesimisoctauis ex 1 centesimauicesimaoctaua. Reductæ ad vnitates: erunt 6 cum 72 centesimisuicesimisoctauis & 49 cẽtesimisuicesimisoctauis ex 1 cẽtesimauicesimaoctaua. Et tantus erit gnomo/qui iunctus quadrato de 3 scilicet 9: erũt 15 cum 72 centesimisuicesimisoctauis & 49 cẽtesimisuicesimisoctauis ex 1 cẽtesimauicesimaoctaua. Et tantus erit quadratus de 3 cum 121 centesimisuicesimisoctauis: qui minor est q̃ 15 cum 75 centesimisuicesimisoctauis. A fortiori igitur: erit minor q̃ potestas de t v/quæ est maior 15 cũ 75 cẽtesimisuicesimisoctauis. Et ex cõsequẽti t v: lõgitudine maior erit/3 cũ 121 centesimisuicesimisoctauis. Manifestũ est igitur e f ad t v/minorẽ longitudine seruare proportionem: q̃ 6 ad 3 cũ 121 centesimisuicesimisoctauis. eo q̃ t v longitudine: maior est 3 cũ 121 centesimisuicesimisoctauis. modo crescente 3 cũ 121 centesimisuicesimisoctauis: decrescet proportio 6 ad maiorẽ numerũ q̃ 3 cum 121 centesimisuicesimisoctauis. Rursus diuido 6 in duo æqua: & erit medietas 3. similiter diuido 3 cũ 121 cẽtesimisuicesimisoctauis in duo ęqua: & erit medietas vt vnũ cum 249 ducẽtesimisquinquagesimissextis. Vnde sicut 6 ad 3: ita 3 cũ 121 cẽtesimisuicesimisoctauis ad vnũ cum 249 ducentesimisquinquagesimissextis. Et permutatim sicut 6 ad 3 cũ 121 centesimisuicesimisoctauis: ita 3 ad vnum cum 249 ducentesimisquinquagesimissextis. Sed e f ad t v: minorem seruat proportionẽ q̃ 6 ad 3 cũ 121 centesimisuicesimisoctauis. igitur etiã minorem seruabit: q̃ 3 ad vnũ cum 249 ducentesimisquinquagesimissextis. Rursus triplico 3: & fiunt 9. similiter triplico vnũ cum 249 ducẽtesimisquinquagesimissextis: & fiunt 5 cũ 235 ducẽtesimisquinquagesimissextis. Sicut igitur 9 ad 3: ita 5 cũ 235 ducẽtesimisquinquagesimissextis ad vnũ cũ 249 ducẽtesimisquin



quagesimissextis. Et permutatim/sicut 9 ad 5 cum 235 ducentesimisquinqua
gesimissextis: ita 3 ad vnũ cũ 249 ducentesimisquinquagesimissextis. Sed e f
ad t v/minorẽ seruat ꝓportionẽ: lõgitudine q̃ 3 ad vnũ cũ 249 ducẽtesimisqui-
quagesimissextis. Igitur etiam minorẽ seruabit: q̃ 9 ad 5 cũ 235 ducentesimis-
quinquagesimissextis. Vnde cõstat latus trigoni circulo æqualis/ad latus qua-
drati eidem circulo æqualis (cũ trigonus & quadrat⁹ inuicem sint æquales) mi-
norem longitudine seruare proportionem: q̃ 9 ad 5 cum 235 ducẽtesimisquin-
quagesimissextis. Et prius monstratũ est latus trigoni circulo circũscripti cum
latere inscripti/ad latus quadrati eidẽ vel æquali circulo circũscripti cũ latere in-
scripti quadrati maiorẽ seruare proportionẽ: q̃ 9 ad 5 cum 235 ducentesimis-
quinquagesimissextis. Et hæc est veritas/scilicet ꝙ latera polygoniarũ vni cir-
culo æqualium/minorẽ seruant proportionẽ adinuicem/respectu proportionis
maioris inæqualitatis: q̃ latera similium polygoniarũ circũscriptarũ vni circu-
lo cum lateribus inscriptarũ. Non igitur eandẽ seruant proportionẽ: siue æqua-
lem/vt credidit de Cusa.



DEscripto super a cẽtro circulo/& tracta diametro b a c/atq; 1
maxima chorda in infinitũ extensa quæ orthogonaliter se-
cet b a c/quæ sit d a e. si tunc sup aliquo puncto in a c qui de
b distet secundũ longitudinẽ chordæ arcus tertiæ partis circuli qui
sit f/circulum cuius semidiameter sit f b descripseris: ille de maxima
chorda abscindet rectam g h medietati circuli æqualem/vel propin-
quã. ꝙ si de b & c/rectas ad g h traxeris: erit supficies b g c h æqualis
vel propinqua superficiei circuli b c d e.
℄ Ad cuius intellectum/describe circulum super a: qui sit b c d e/vt 2
prius. & trahe chordã arcus sextæ partis circuli/& sit l m/& quartæ
partis/quæ sit t k/& tertiæ partis: quæ sit n o. Et cõsidera ex quo om
nis chorda est minor arcu: & plus chorda maioris arcus. ꝙ tunc cir-
culus qui debet per b trãsire & habere cẽtrum in b c diametro & se-
care de chorda extensa æqualẽ arcui: ille habebit necessario centrum
vltra a versus c/tanto distãtius/quãto arcus maior cui chorda sub-
tenditur. & minimus omniũ quo nõ potest dari minor: habebit cen-
trũ in a cuius semidiameter a b. Maximus autẽ circulus habebit cen
trum vltra a versus c/maxime distans ab a: cuius semidiameter ma-
xima. qui circulus abscindere debet de maxima chorda: rectã æqualẽ
semicirculo. & illa maxima semidiameter: quæritur.
℄ Secundo est attendẽdũ ꝙ chorda aliqua potest signari: quæ sit me- 3
dia inter chordas ei cõpares. Et voco compares chordas: quarũ vna
minor signata/& alia maior/sic ꝙ per arcũ æqualem distent a signa-
ta. vti i k: ab l m & n o. Nam cum i l arcus sit vt i n: tunc l m & n o/di
cuntur cõpares i k. Dico ꝙ potest chorda signari: vbi oẽs duæ cõpa-
res habẽt potentias/quæ simul iunctæ sunt maiores duabus potẽtiis
chordæ mediæ. vt si ad l m chordã cõpares aliquæ traherentur: earũ
potentiæ semp erunt maiores duabus potentiis l m. Potest etiã chor
da media signari: vbi potentiæ omniũ duarũ cõparium/erunt mino
res duabus potẽtiis chordæ mediæ. vt compariũ ad n o. Ita potest si-
gnari chorda: vbi omniũ duarum cõparium potentiæ/erũt æquales
duabus potentiis chordæ. quia quãto potẽtia minoris cõparis est mi
nor potentia chordæ mediæ: tãto maioris cõparis est maior. & quia

tunc omniũ duarum cõparium potentiæ erunt æquales / duabus potentiis chordæ mediæ: patet illam esse chordã i k. Nam potentia l m cum potentia n o: æquãtur duabus potentiis i k. Sic & potentia maximæ chordæ scilicet d e / cum cõpari scilicet cũ potentia minimæ chordæ: æquabitur duabus potentiis i k. & quia potentia minime chordæ non est aliqua: patet potentiam diametri æquari duabus potentiis i k / siue lateris tetragoni inscripti. Ita de omnibus duabus comparibus i k: hoc verum.

4 ℭTertio suppono q̃ i k bis / excedit duas semidiametros: scilicet maximi circuli q̃ q̃ritur / & minimi cuius semidiameter est a b. & hoc notum relinquo. Ex quo elicio duas cõpares chordas ad i k dabiles: quæ simul iunctæ æquabuntur illis duabus semidiametris. Nam dabiles sunt cõpares maiores: scilicet prope i k. & dabiles sunt minores: distãtissime ab i k. Igitur: & æquales.

5 ℭQuarto elicio ex his: n o esse semidiametrũ vel prope quæsiti circuli. Nam cum potentiæ cõparium æquiualentiũ duas semidiametros / æquentur duabus potentiis i k / & l m sit semidiameter minimi circuli / cuius potentia si de duabus potentiis i k substrahitur / remanet potentia n o: ideo n o erit semidiameter maximi circuli quæsiti.

6 ℭQuinto elicio q̃ si n o est semidiameter: tunc si in a f reperitur pũctus qui sit p / ita q̃ a p se habeat ad a f / sicut sagitta arcus i b k / ad sagittam d b e semicirculi / erit p centrũ circuli & p b eius semidiameter / quæ de i k chorda extẽsa / abscindit q r / quæ duplicata æquabitur g h. Et si de omnibus duabus cõparibus sic feceris / ex proportione sagittarum centra inueniendo: abscisiones quæ de extensis cõparibus fient / simul iunctæ semper æquabuntur g h. licet non omnis abscisio vnius cõparis: æquetur suo arcui. Et ita de infinitis cõparibus p eandem regulam: abscindere poteris rectas æquales semicirculo. Si vero n o non est semidiameter: tunc non cõcordabunt illę abscisiones. Ideo varietur: quousq̃ cõcordabunt. Q? autẽ superficies b g c h / æquetur superficiei circuli: satis patet ex præmissis.


7 ℭ Sexto elicio quomodo portiones circuli inter compares cadentes / se habent ad circulum: sicut se habet arcus inter cõpares ad circunferentiam circuli. Puta inter l m & n o portio circuli: est sexta circuli. quia arcus l n / & arcus m o: sunt sexta circũferentiæ. quãto enim portio inter i k & l m est minor duodecima: tãto portio inter i k & n o est maior duodecima parte circuli. Et per hanc cõsiderationem: poteris varias abscisiones portionũ circuli facere / & varios triãgulos æquare. Et hæc sufficiant.

ANNOTATIONES OMNISANCTI.

ℭDescripto super a centro circulo: & tracta diametro b a c / atq̃.


1 ℭVult a maxima chorda indefinite extensa: abscindere rectam æqualẽ medietati circuli / hoc est medietati circunferentiæ circuli. dicens per propositionem: g h æqualem esse medietati circunferentiæ circuli b a c d e. Et hoc in sequẽtibus demonstrare nititur.

ℭAd cuius intellectũ: describe circulum sup a: qui sit b c d e / vt prius.



¶Quomodo arcus & chorda sextæ partis circũferentiæ detur similiter & tertię & quartæ: est manifestũ. Nam semidiameter: est chorda arcus sextæ partis circũferentiæ. quæ quãtum congruit ꝓposito: sic describi debet. Sumpta æquali semidiametro inter pedes circini colloca vnũ pedem i e: & isto fixo moueat᷑ alius versus arcum quadrãtis e b/ & vbi secat eum/ pone m. Rursus coloca iterũ pedẽ circini in d: & fac similiter. vbi abscindit d b quadrãtem: pone l. trahe l m: erit chorda sextæ partis circũferentiæ. Rursus colloca ipsius circini pedẽ in b: moueatur alter secando quadrantes b d & e b/ & sectiones nota per n & o. trahe n o: & habes chordã tertiæ partis circũferentiæ. Deinde quadrãtes in duo æqua per 29 tertij Euclidis. diuide: & sectiones nota per i & k. trahe i k: & habes chordam quadrãtis. Chordã minorem esse arcu suo: & ꝙ quãto arcus maior/ tãto minor est proportio chordæ ad arcũ/ satis expressum in geometricis transmutationibus. Cætera in litera sunt manifesta/ auxiliante figura. 2

¶Secũdo est attendendũ ꝙ chorda aliqua potest signari: quæ sit media inter chordas ei compares. Et voco compares chordas.



¶Sequitur dico ꝙ potest chorda signari: vbi omnes duæ cõpares/ habẽt potẽtias quæ simul iunctæ sunt maiores duabus potẽtijs chordæ medię. vt si ad l m chordam cõpares aliquæ traherentur: earũ potentiæ semper erunt maiores duabus potentijs l m. Patet sic. traho f g chordã æquidistãtem ad l m/ sic ꝙ g m arcus arcui k m æqualis sit: erunt f g & i k cõpares ad chordã l m. Vnde potentiæ f g & i k simul: erunt maiores duabus potẽtijs l m. Nã l m est latus hexagoni inscripti: & i k latus quadrati. Modo cum omnis costa quadrati ad medietatẽ diametri sit dupla potestate: erit potẽtia i k æqualis duab⁹ potẽtijs l m. quare potẽtia i k cũ potẽtia f g simul: maiores erũt duabus potentijs l m. & quotquot traxeris compares: erunt potentiæ earum simul/ duabus potentijs l m. Sequitur. 3

¶Potest etiã chorda media signari: vbi potentiæ omniũ duarũ compariũ/ erũt minores duabus potentijs chordæ mediæ. vt compariũ: ad n o. Patet. traho s t chordã æquidistantẽ ad n o/ sic ꝙ arcus o t æqualis sit arcui o k: erunt i k & s t cõpares ad chordã n o. Vnde dico potentias r t & h k simul: minores esse duabus potẽtijs q o. Quod enim verificatur de duabus cõparibus ad mediam: ita & de medietatibus cõparium ad medietatẽ mediæ: Est manifestũ cũ n o sit latus trigoni inscripti & a q prima: erit a o secũda lõgitudine dupla ad a q. per ea quæ dicta sunt: in principio Geometricarũ transmutationũ. Si igitur a o/ potestate sit 4: erit a q potestate vt vnũ. & q o: potestate vt 3. Rursus cum i k sit latus quadrati inscripti/ & a h prima/ quæ est æqualis h k: erit a k potestate dupla ad h k. Quo fit: vt potestas a k cũ potestate h k/ dupla sit ad potestatẽ o q. Nam potestas a k æqualis a o est vt 4: & h k vt 2. erit igitur potestas a k cũ potestate h k: vt 6. Modo potestas o q/ est vt 3: & duæ ei⁹ potestates/ vt 6. Sed cũ r t minor sit a t æqualis a k: est manifestũ potestatem r t cum potestate h k/ minorẽ esse duab⁹ potestatibus q o. Et ex cõsequẽti: potestas s t cum potestate i k: minor est duabus potestatibus n o. Et ita de omnibus comparib⁹ ad n o: erit arguendum. Sequitur.


¶Ita potest signari chorda: vbi omnium duarum cõparium chordæ potentiæ erunt æquales duabus potentijs chordæ mediæ. Illam chordã: dicit esse i k. Nã potentia l m cũ potentia n o: æquãtur duabus potentijs i k. Patet sic. Nã (vt dictum est) potentia a k: dupla est ad potentiã h k. Modo potẽtia p m cum potentia q o: est vt potentia a k. quare potẽtia q o cum potẽtia p m: æquantur duabus potentijs h k. Patet. Nam cũ arcus e k æqualis sit arcui b k & arcus o k æqualis arcui k m ratione cõparium: erit per cõmunem scientiã/ arcus e o æqualis arcui b m. sit e x arcus vt o e: erit arcus o e x æqualis arcui l b m. similiter chorda o x: æqualis chordæ l m: per 28 tertij Euclidis. & quia a e trãsit per medietatẽ arcus: transibit per medietatẽ chordæ. vt superius monstratũ est. Igitur per 3 tertij Euclidis a e perpendiculariter inest super o x: sicut a b super l m. Erit etiã a q/ æqualis medietati chordæ o x: & chordæ l m. & ex cõsequenti per 46 primi Euclidis: potentia a o/ æqualis erit potentiæ p m siue a q cum potẽtia q o. Patet igitur si-

cut potentia a o. æquatur duabus potentijs h k: (quia a o æqualis a k per diffinitionem circuli) erit similiter potētia q o cum potentia p m æqualis duabus potētijs h k. Similiter potentia n o cum l m: æqualis erit duabus potētijs i k. Etiam sic patet. sit a o potestate 4: erit a q potestate vnum/ & q o potestate 3/ & h k potestate 2. Modo potētia q o scilicet 3 cum potētia a q æquali p m: facit 4. sicut igitur 4 duplus est ad 2: ita potentia q o cum potētia p m/ dupla erit potentiæ h k. Et eodēmodo de duabus quibuscūq; cōparibus: est dicendū. vt si sint datæ istæ duæ compares f g & s t: sic q; arcus g k æqualis sit arcui i k t. dico potētiam s t cum potentia f g: æqualem esse duabus potentijs i k. Patet. Nam demptis t k & g k æqualib⁹/ ab æqualibus e k & b k: residua sunt æqualia/ scilicet t e & b g: & b g est medietas f b g. Signo igit̄ in e c/ arcū aliū æqualē t e: & sit e v. traho t v: erit (vt dictum est) t v æqualis chordæ f g. & similiter sicut a e per medietatē arcus trāsit: ita per medietatē chordæ. quare a r: æqualis erit medietati chordæ t v. cum r t & a e: sint æquidistantes inuicem/ & perpēdiculares super b c. Est igitur a r vt y g: medietas de f g. & ex consequenti per 46 primi Euclidis: potentia a t æqualis erit potētiæ r t & a r/ siue y g simul. Modo quia a t est æqualis a k: p diffinitionem circuli. constat potentiā r t cum potentia a r siue y g: æqualē esse duabus potentijs h k. & ex cōsequenti potentia s t cū potētia f g: æqualis erit duabus potentijs i k. quod fuit demonstrandū. Sequit̄. ¶ Sic & potentia maximæ chordæ scilicet d e cum cōpari/ scilicet cum potētia minimæ chordæ: æquabitur duabus potentijs i k. & quia potētia minimæ chordæ non est aliqua: patet potētiam diametri scilicet d e/ æquari duabus potētijs i k. Nam vt dictū est a k æqualis a e: æquatur duabus potētijs h k. quare d e: æquabitur duabus potentijs i k. Et ratio huius est/ quia de omnib⁹ medijs chordis cōparibus verificatur: igitur & de maxima & minima cōparium verificari est necesse. Non autē ecōuerso: sequitur formaliter. Si enim aliquid de maximo & minimo verificatur: nō tamē de omnib⁹ medijs verificari est necesse. Sed formaliter sequitur illud de omnibus medijs verificatur: igitur & de maximo & minimo verificabitur. Nam proportio maximę ad minimā cōparium/ ad i k/ vt est d e ad minimā chordā) est tanq̄ finiti ad infinitū/ quæ nulla dicitur. Non tamen propterea mediæ ad mediam comparium/ ad i k proportio: erit tanq̄ finiti ad infinitum. cum sit tanq̄ finiti ad finitum.

¶Tertio suppono q; i k bis excedit duos semidiametros duorū circulorū: scilicet maximi circuli q quærit̄/ & minimi cui⁹ semidiameter.

4 ¶Et hoc est manifestum. cum i k bis: maior sit h e. Sequitur. ¶ Ex quo elicio duas cōpares chordas ad i k dabiles: quæ simul iunctæ æquabūtur illis duob⁹ semidiametris/ scilicet semidiametro minori circuli quę est vt a h & semidiametro maximi circuli qui quæritur. Rationē assignans: inquit. Nam dabiles sunt compares maiores: scilicet ppe i k: & dabiles sunt minores: distantissime ab i k. & hoc est verum. Sed cū concludit: igitur & æquales. supponit q; fiat transitus a duabus cōparibus ad i k minores duabus semediametris/ vt est de cū sua cōpari ad i k) ad duas cōpares ad i k/ quæ simul maiores sint duabus semidiametris (vt hę quæ sunt prope i k) per omnes medias cōpares: tanq̄ a rect minore duabus semidiametris/ ad maiorem/ per omnes intermedias. & hoc demōstratione indiget. Nō enim sequitur datur ibi plus & minus: igitur ibi datur nec plus nec minus. Sed bene sequitur datur plus & minus: igitur alicubi dabile est/ nec plus nec minus.

¶Quarto elicio ex his: n o esse semidiametrum vel prope/ quæsiti circuli. Nam cū potentiæ cōparium æquiualentiū duas semidiametros maximi circuli scilicet minimi: æquētur duabus potētijs i k. Et cum l m sit semidiameter minimi circuli: cuius potētia si de duabus potentijs i k substrahatur/ remanebit potentia n o. quare n a: erit semidiameter circuli maximi quæsiti.




¶Quomodo potentia n o cũ poteſtã l m æquetur duabus potentijs i k:fuit 5
prius demonſtratũ. Vnde ſi de duabus potentijs i k ſubtrahatur potentia l m:
neceſſe eſt reſiduũ eſſe potentia n o. Hic ſupponit de Cuſa q̃ vna cõparium ad
i k æqualium duabus ſemidiametris:æqualis ſit ſemidiametro minimi circuli.
quod non demonſtratur. Nec videtur maior ratio ex præmiſſis: cur minor cõ-
parium debeat eſſe æqualis ſemidiametro minimi circuli/q̃ inæqualis.

¶Quinto elicio: q̃ ſi n o eſt ſemidiameter circuli maximi.


¶Vt autem a f diuidatur/ſic q̃ minor portio ſcilicet a b ſit ad totam a f/ſicut b 6
t ſagitta chordæ i k/ad ſagittã a b chordæ d e:ſolum opus eſt 12 ſexti Euclidis.
Et vt ſimiliter diuidi valeat:ſecũdum habitudinẽ quarumcũq; ſagittarũ. Nam
ſi a p ad p f ſit ſicut b t ad a t:erit a p ad f/ſicut b t ad a b. Quia ibi ſupponit n o:
eſſe ſemidiametrũ circuli maximi.quod adhuc ignoratʻ. Ideo pri⁹ in ꝓpinquis nu-
meris venabimur an ſit an nõ ſit:q̃ aliquid de iſta litera determinemus. Et hãc
ſtatim venationẽ faciemus. Sequitʻ. ¶Q; autem ſuperficies b g c h æqualis ſit
ſuperficiei circuli b d c e:ſatis ex præmiſſis patet. Si enim g h ſit medietas circũ
ferentiæ:eſt manifeſtũ q̃ multiplicatio a c in g h producet rectangulum æqua-
lem circulo/quæ dupla erit ad triangulũ c g h.quare æqualis ſuperficiei b g c h.
Hæc de ſe ſunt manifeſta.

¶Sexto elicio quomodo portiones circuli inter compares cadentes:
ſe habent ad circulũ/ ſicut ſe habet arcus inter compares/ad circũ-
ferẽtiam circuli. Puta inter l m & n o portio circuli: eſt ſexta circuli.




¶Hoc tetigit in de tranſmutationibus geometricis:cap. ſecundo. Nam quod 7
hic vocat mediã cõparium:illic medium diuiſionis.vt i k:eſt mediũ diuiſionis/
& media cõparium.dicit igitur q̃ portio circuli inter l m & n o cõpares/ad i k:eſt
pars ſexta circuli/quia arcus l n cum m o quos capiunt cõpares/eſt circũferen-
tiæ circuli pars ſexta.hoc vt cõgruit ꝓpoſito:patet. Nam tracta a m & a o.vbi
a m ſecat g o ponatur h.& ab angulo h:educatur perpendicularis ſuper a o/que
ſit h p.eſt manifeſtũ:triãgulos orthogonios a o g a/& a f m/eſſe equales. Nã f m
æqualis eſt a g:& a m æqualis a o/quare a f æqualis erit g o/cũ ſint orthogonij.
Nã demendo poteſtatẽ a g/a poteſtate a o/ſimiliter poteſtatẽ f m a poteſtate a
m:reſidua erũt æqualia.cũ ab æqualibus æqualia demãtur. Igitur angulus g o
a:æqualis erit angulo f a m:ſimiliter & angulo h a o.cum per vltimã ſexti Eu-
clidis:anguli h a m/& m a o ſint æquales. Rurſus quia illius trianguli a h o an-
guli ad baſim ſunt æquales:erũt h o & a h latera æqualia/per cõuerſam 5 primi
Euclidis. Rurſus patet iſtos triãgulos orthogonios/o p h & a p h:æquales eſſe.
quia duo latera vnius duobus alterius ſunt æqualia:& anguli ſub ipſis cõtenti.
conſtat enim per 9 primi Euclidis: a h o angulũ/per h p in duo æqua eſſe diui-
ſum.& ſimiliter per 10 eiuſdem:a o in duo æqua eſſe diuiſam.quare iterũ erit a p
h triangulus:triangulo a g æqualis.ſunt enim ambo orthogonij:ſimiliter a g &
a h æquales ſunt a h & a p:& anguli ſub ipſis contenti.quare per 4 primi Eucli-
dis:æquales erunt.& ex cõſequenti triãgulus a h o:duplus erit triangulo a g h.
Rurſus a f ad a g:eſt ſicut a f ad f m.cum a g:æqualis ſit f m.quare a f ad a g:
poteſtate eſt tripla.& ex cõſequẽti orthogonius a f m:orthogonio a g h triplus
erit. Nam per 17 ſexti Euclidis:a f ad tertiã continue proportionalẽ poſt a g:eſt
longitudine tripla. Vnde conſtat ſuperficiem f m g h:ad a g h orthogonũ eſſe
duplum.& ex cõſequenti per 9 quinti Euclidis:triangulus a h o æqualis erit ſu-
perficiei f g h m. His præhabitis,patet l m n o:eſſe ſextã partem circuli/ſic. Nã
f m g o eſt medietas.& ideo erit duodecima. Et cũ m o ſit duodecima pars cir-
cumferentiæ:erit portio circuli ſub arcu m o & ſectoribus a m & a o:vt pars duo
decima circuli. Demo ab iſtis portionibus cõmune:ſcilicet m h o/reſidua ſunt
triangulus a h o & ſuperficies f g h m/quæ ſunt probatæ æquales.erit igitur m
f g o:æqualis portioni m a o.& ex conſequenti ſuperficies m l n o:æqualis erit
portioni b a o.quare:eſt vt pars ſexta circuli. Et ita de omnibus portionib⁹ in-
ter cõpares:eſt dicendũ. Igitur & de portione inter maximã & minimã compa-

rium: quarum maxima est d e/& minima/chorda minimi arcus. Nam quæ est proportio arcus d b cum e b ad totam circũferentiam: eadẽ erit portionis inter compares ad totum circulum. sicut enim arcus simul sumpti sunt medietas circunferentiæ: ita portio inter compares medietas est circuli. Vnde per has cõpares a d i k (de solis istis cõparibus intelligitur) variæ possunt fieri abscisiones: & varij trianguli æquales. Nam a q r est duplus ad g h: quare æqualis triangulo a h o. Est enim a q ad a g: potestate dupla. Nam a q: est media proportionalis inter a b & a g. Sicut enim a b ad a g lõgitudine est dupla: ita a b ad a q potestate dupla. His pactis: pauca dicere volumus de hac resolutione. Et descripto circulo b d c e: traho chordam tertiæ partis circũferentiæ scilicet n o. signo æqualem in b c: quæ sit b f. facto f centro/eam circũduco. quæ a maxima chorda de indefinitæ extensa abscindat g h: quã dicit de Cusa æquari medietati circũferentiæ circuli. traho f h: & a o. quia a b ad a p est lõgitudine dupla: erit a o ad a p potestate quadrupla/& ad p o potestate sesquitertia. Nam si a o potestate sit 4: erit a p vnum & p o potestate 3. Rursus dictum est in de cõplementis Arithmeticis: circumferentiam circuli ad diametrum longitudine maiorem seruare proportionem tripla superdecupertiente septuagesimas primas. quare si b c ponatur longitudine 71: erit circũferẽtia circuli maior 223. cuius pars quarta: est 55 cum 3 quartis. Vnde pars quarta circũferentiæ: longitudine maior erit 55 cũ 3 quartis. & ex consequenti: potestate maior erit 3108 cum 1 decimasexta: qui est quadratus de 55 cum 3 quartis. Nam quadratus de 55: est 3025. & 55 bis ductus in 3 quartas: facit 330 quartas pro duobus supplementis. Quadratulus gnomonis scilicet de 3 quartis: est vt 9 quartæ ex 1 quarta/vel 9 decimissextis quod idem est. quæ iunctæ supplementis: erunt 332 quartæ cum 1 decimasexta. Reductæ ad vnitates/eas per 4 diuidẽdo: erunt 83 cum 1 decimasexta. Et tantus erit gnomo/qui iunctus quadrato de 55 qui est 3025: erunt 3108 cum 1 decimasexta. Et tantus erit quadratus de 55 cum 3 quartis. Et quia quarta pars circunferentiæ circuli: longitudine maior est 55 cum 3 quartis/si diametrus circuli longitudine sit 71. ideo potestas quartæ partis circunferentiæ circuli: maior erit 3108 cum 1 decimasexta. Rursus si b c longitudine sit 71: erit a h longitudine 35 cum 1 secunda. cuius quadratus: est 1260 cum 1 quarta. Nam quadratus de 35: est 1225. & 35 bis ductus in 1 secũdam: facit 70 secundas pro supplemẽtis. Et quadratulus gnomonis scilicet de 1 secũda: est 1 quarta. quæ cum 70 secundis: erunt 70 secundæ cum 1 quarta. Reductæ ad vnitates: erunt 35 cum 1 quarta. Et tantus erit gnomo/qui iunctus quadrato de 35 qui est 1225: erunt 1260 cum 1 quarta. Et tantus erit quadratus de 35 cum 1 secunda: siue a b vel a o. Rursus 1 quarta de 1260 cum 1 quarta: est 315 cum 1 decimasexta. & tanta erit potestas: de a p. Nam sicut 1260 cum 1 quarta ad 315 cum 1 decimasexta: ita potestas de a o ad potestatẽ a p. q̃ potestas subtracta a potestate a o quæ est 1260 cum 1 quarta. Residuũ est 945 cum 3 decimissextis. & tanta erit potestas: de p o. sicut enim a o ad p o potestate est sesquitertia: ita 1260 cum 1 quarta ad 945 cum 3 decimissextis. Rursus 945 cum 3 decimissextis quadruplicatus: facit 3780 cum 3 quartis: & tanta erit potestas de n o: siue b f vel f h quod idem est. Nam sicut n o ad p o potestate est quadrupla: ita 3780 cum 3 quartis ad 945 cum 3 decimissextis. Radix vero de 3780 cum 3 quartis: est maior 61 cum 29 sexagesimis. Nam quadratus de 61: est 3721. Et 61 bis ductus in 29 sexagesimas: facit 3538 sexagesimas pro duobus supplementis. Quadratulus gnomonis scilicet de 39 sexagesimis: est 841 sexagesimæ ex 1 sexagesima. Reductæ ad fractiones integrarum diuidendo eas per 60: erunt 14. sexagesimæ cum 1 sexagesima ex 1 sexagesima. Additæ supplementis: erunt 3552 sexagesimæ cum 1 sexagesima ex 1 sexagesima. Reductæ ad vnitates/eas per 60 diuidendo: erunt 59 cum 12 sexagesimis & 1 sexagesima ex 1 sexagesima. Et tãtus erit gnomo/qui iũctus quadrato de 61 scilicet 3721: erũt 3780 cũ 12 sexagesimis & 1 sexagesima ex 1 sexagesima. Et tãtus erit quadratus de 61 cũ 29 sexagesimis qui minor est potestate b f quæ est 3780 cũ 3 quartis. Ideo b f lõgitudine maior



erit:61 cum 29 sexagesimis. Rursus sit: vt excessus b f sup a b/longitudine maior sit q̃ excessus 61 cũ 29 sexagesimis sup 35 cũ 1 secũda/qui excessus est 25 cũ 59 sexagesimis. & ex cõsequẽti a f lõgitudine maior erit 25 cũ 59 sexagesimis. Et quia quadrat⁹ de 25 cũ 59 sexagesimis est 674. cũ 51 sexagesimis & 21 sexagesimis ex 1 sexagesima. Ideo a f erit potestate maior 674. cũ 51 sexagesimis & 21 sexagesimis ex 1 sexagesima. Si eni a f lõgitudine maior sit 25 cũ 59 sexagesimis: erit potestate maior q̃ quadratus de 25 cũ 59 sexagesimis. Q̃z autem quadratus de 25 cũ 59 sexagesimis/sit 674. cum 51 sexagesimis & 21 sexagesimis ex 1 sexagesima: patet. Nam quadratus de 25: est 625. Et 25 bis ductus in 59 sexagesimas: facit 2950 sexagesimas pro supplemẽtis. Quadratus gnomonis scilicet de 59 sexagesimis: est 3481 sexagesimæ ex 1 sexagesima. Reductæ ad fractiones integrarũ/eas scilicet p 60 diuidẽdo: erũt 41 sexagesimę cũ 21 sexagesimis ex 1 sexagesima. Additæ supplemẽtis: erũt 2991 sexagesimæ cũ 21 sexagesimis ex 1 sexagesima. Reductæ ad vnitates/eas per 60 diuidẽdo: erũt 49 cũ 51 sexagesimis & 21 sexagesimis ex 1 sexagesima. Et tãtus erit gnomo/qui iunctus quadrato de 25 qui est 625 erunt 674. cũ 51 sexagesimis & 21 sexagesimis ex 1 sexagesima. Et tantus erit quadratus: de 25 cum 59 sexagesimis. Constat igitur quia a f lõgitudine est maior 25 cum 59 sexagesimis: ita potestate maior erit 674. cum 51 sexagesimis & 21 sexagesimis ex 1 sexagesima. Vnde substracta minore potestate a f (vt est 674. cum 51 sexagesimis & 21 sexagesimis ex 1 sexagesima) a potestate f h/quæ est 378 cum 3 quartis: residuũ maius erit potestate a h. Nam per 46 primi: potestas f h cõtinet potestates (siue quadrata qđ idem est) a f & a h. Rursus substracto/a 3780 cum 3 quartis minore potestate a f scilicet 674. cum 51 sexagesimis: & residuum erit 3105 cũ 4 quintis igit a h potestate minor erit: 3105 cum 4 quintis. Et superius dictũ est q si b c sit 71 longitudine: erit quarta pars circũferẽtiæ circuli longitudine maior 55 cum 3 quartis. & similiter potestate: maior 3108 cum 1 decimasexta. Et modo constat si b c sit lõgitudine 71: erit a h potestate minor 3105 cum 4 quintis. A fortiori: erit potestate minor q̃ quarta pars circunferentiæ circuli. quæ potestate maior est: 3108 cum 1 decimasexta. Ex hoc patet suppositionẽ de Cusa de abscisionib⁹ chordarum comparisi: non posse stare. Sed de his hactenus.

¶ Cum de prima resolutione istorũ cõplemẽtorũ loqueremur: circa finem sub nota 5 diximus illam quã de Cusa ponit in geometricis trãsmutationibus ista propinquius ad verã accedere resolutionẽ. Illam vero in cõplemẽtis arithmeticis circa finẽ examinantes: demonstrauimus per eã circũferentiã circuli ad diametrum longitudine minorẽ seruare tripla sesquiseptima. maiorẽ vero: tripla superdecupertiẽte septuagesimas primas. Hic igitur si libet: alterã examinem⁹ hoc modo. Et sit d g c arcus tertiæ partis circuli: cuius centrũ sit a. traho d c latus trigoni inscribẽdi similiter sectores a d & a c: & ii ẽtam traho a cẽtro per medietatẽ chordæ scilicet per b vsq; arcũ/& sit a b g. sit insup k f æquidistãs b c: & vt latus quadrati trigono isoperimetri. traho a k & a f: & ex a k describo arcum k h f quadrantis. Ex his quæ dicta sunt superius in fine istius resolutionis sub nota 5 constat si a b longitudine sit 7: erit potestate 49. & quia b c potestate est tripla ad a b erit eiũ potestate 147. Potestas vero e f quæ est 9 decimæsextę de b c potestate: erit 82 cũ 11 decimussextis. quare k f quæ est quadrupla potestate ad e f: erit potestate 330 cũ 3 quartis. Rursus ibidẽ dictũ est si b g in pũcto i diuisa sit i habitudine b e ad g h: ita q; b i ad g i/sit vt b e ad g h erit b i portio sagittæ q̃ addita ad a b cõplebit semidiametrũ circuli isoperimetri. Circũduco a i: sic q; oẽs secet sectores. & vbi secat sectores arcus tertię partis circuli: pono l & m. vbi vero sectores quadrãtis: pono n & o. Vnde si a i sit semidiameter circuli isoperimetri polygoniæ trigonæ cui⁹ d c lat⁹ erit/& tetragonæ cui⁹ k f lat⁹ erit: sic arcus l i m æqualis erit rectę d c. similiter n i o arc⁹: æqualis erit rectę k f. eo q; sicut l i m/tertia pars est circunferentiæ sui circuli: ita d c tertia pars circũferentiæ trigoni. Itidẽ sicut n i o est pars quarta circũferentiæ sui circuli: ita k f pars quarta circunferentiæ quadrati. Rursus dictũ est ibidem: q; b i ad i g minorẽ tertias



bit proportionē longitudine/q̄ 4. cū 57 centesimistertijs ad 2. cum 46 cēteśimistertijs.eo ꝗ b i longitudine minor sit 4. cum 57 cētesimistertijs: & i g maior 2 cum 46 centesimistertijs. Ex quo ibidem est illatum a i lōgitudine minorem esse 11 cum 57 centesimistertijs: cuius quadratus est minor 133 cum 1 secunda. A fortiori igitur a i: potestate erit minor 133 cum 1 secunda. Patet sic. Nam quadratus de 11: est 121. Et 11 bis ductus in 57 centesimastertias: facit 1254 centesimastertias pro supplemētis. Quadratulus gnomonis scilicet de 57 centesimistertijs: est 3249 centesimætertiæ ex 1 centesimatertia. reductæ ad fractiones integrarū/eas scilicet p 103 diuidēdo: erūt 31 cētesimætertiæ cum 56 centesimistertijs ex 1 cētesimatertia. sed ponātur 32 cētesimætertiæ: quæ additæ supplemētis faciēt 1286 cētesimastertias. Reductæ ad vnitates: erūt 12 cū 50 cētesimistertijs. ponātur 12 cum 1 secunda. Et sic gnomo: paulo erit minor 12 cum 1 secunda. Additus ad quadratū de 11 scilicet 121: fiet 133 cum 1 secunda. Vnde quadratus de 11 cum 57 centesimistertijs: erit paulo minor 133 cū 1 secunda. Et ex consequēti & a fortiori: erit a i potestate minor 133 cū 1 secūda. His habitis: videamus an k f ad a i: longitudine sit vt 11 ad 7. ꝗ si ita sit: erit k f ad a i potestate vt 121 ad 49. Ad quod consequendū inquiro 1 quadragesimānonā potestatis a i siue de 133 cum 1 secunda: & erit 2 cum 35 quadragesimisnonis & 1 secunda ex 1 quadragesimanona. Vnde numerus qui producetur ex ductu 2 cū 35 quadragesimisnonis & 1 secūda ex 1 quadragesimanona in 121: se habebit ad 133 cum 1 secunda/ vt 121 ad 49. Igitur duco 2 in 121: & fiunt 242. Rursus duco 35 quadragesimasnonas in 121: & fiunt 4235 quadragesimænonæ. Deinde duco 1 secundā ex 1 quadragesimanona in 121: & fiunt 121 secūdæ ex 1 quadragesimanona. Reductæ: erunt 60 quadragesimænonæ cum 1 secunda ex 1 quadragesimanona. quas addo ad 4235 quadragesimasnonas: & erunt 4295 quadragesimænonę cum 1 secūda ex 1 quadragesimanona. & hic numerus productus est: ex ductu 35 quadragesimaninonarū cum 1 secūda ex 1 quadragesimanona in 121. Rursus reduco ad vnitates 4295 quadragesimasnonas cum 1 secunda ex 1 quadragesimanona: & fiunt 87 cum 32 quadragesimisnonis & 1 secunda ex 1 quadragesimanona. Et additæ ad 242: erunt 329 cum 32 quadragesimisnonis & 1 secunda ex 1 quadragesimanona. Vnde 329 cum 32 quadragesimisnonis & 1 secunda ex 1 quadragesimanona: se habebit ad 133 cum 1 secūda vt 121 ad 49. Et cum a i potestate minor sit 133 cum 1 secunda: sequitur ꝗ linea quæ erit potestate vt 329 cum 32 quadragesimisnonis & 1 secunda ex 1 quadragesimanona ad a i potestate maiorem seruabit proportionē q̄ 121 ad 49. Vnde similiter longitudine maiorem seruabit proportionē: q̄ 11 ad 7. Et cum k f potestate sit 330 cum 3 quartis vt dictū est: sequitur ꝗ k f ad a i potestate maiorē longe seruabit proportionē q̄ 121 ad 49. Igitur: & longitudine maiorē q̄ 11 ad 7. Modo quæ est habitudo k f ad a i: eadem erit bis k f ad bis a i: hoc est recta posita vt medietas circūferentiæ circuli: ad diametrū. Ex quo constat: hanc resolutionē ponere medietatē circumferentiæ circuli: ad diametrū/longitudine maiorem seruare proportionē q̄ 11 ad 7. quare etiā seruabit circūferentia circuli ad diametrum: longitudine maiorem proportionē tripla sesquiseptima/ scilicet quæ est 22 ad 7. Demū cōstat hanc resolutionē nō tam propinque ad verā accedere: sicut ea quæ in geometricis transmutationibus ponitur. Cum certū relinquamus: circumferentiā circuli ad diametrū/longitudine minorē seruare proportionem tripla sesquiseptima. Hæc sunt quæ de his resolutionibus: dicere proposueramus.

DE MATHEMATICIS COMPLEMENTIS
R.P. NICOLAI DE CVSA CVM
ANNOTATIONIBVS
OMNISANCTI
FINIS.

COMPLEMENTVM THEOLOGICVM FIGVRATVM IN COMPLEMENTIS MATHEMATICIS NICOLAI DE CVSA CARDINALIS.

CAP.I.



Et feceram proxime de mathematicis complementis ad pōtificem nostrū Nicolaum quītum / dignissimū atq̧ doctissimū papā: visum autē est mihi nō decere opusculum illud ꝑmulgari / quasi de mathematicis in meo ordine ac tāta ætate mihi licuerit ad ecclesiæ rectorē scribere / nisi adiiciā illius vtilitatē transcendenter in theologicis figuris. Conabor igitur libelli illius figuras / theologicales efficere: vt quātū deus dederit / mentali visu intueamur / quomodo in speculo mathematico verū illud quod per omne scibile quæritur reluceat / nō modo remota similitudine / sed fulgida quadā propinquitate. oportet autem vt libellus istæ annexus sit illi: si quæ dixero intelligi debent / cū istud cōplementum / ex mathematicis eliciatur. Necesse est etiā volētem ex hoc fructū assequi: vt potius ad intentionē q̄ ad verba attendat. Nā theologicalia ista oculo mētis melius videbūtur: q̄ verbis exprimi queant.

CAP.II.

NEmo ignorat: in ipsis mathematicis veritatē certius attingi / q̄ in aliis liberalibus artibus. atq̧ ideo eos qui ipsam geometricā degustāt disciplinā i admirabili amore / ipsi adhęrere videmus. quasi pabulū quoddā vitæ intellectualis: ibi purius atq̧ simplicius cōtineatur. Non enim curat geometer de lineis aut figuris ęneis / aut aureis / aut ligneis: sed de ipsis vt in se sūt / licet extra materiam nō reperiātur. Intuetur igitur sensibili oculo / sensibiles figuras: vt mētali / possit intueri mentales. Neq̧ minus vere mens mētales cōspicit: q̄ oculus sensibiles. sed tanto verius: quāto mens ipsa figuras in se intuetur / a materiali alteritate absolutas. sensus autē exterior nequaq̄ extra alteritatē eas attingit. Recipit enī figura alteritatem ex vnione ad materiā: quā aliam & aliā esse necesse est. ob quā alius est triangulus in hoc pauimēto / & alius in pariete: & verior est figura in vno q̄ in alio. Et ideo in nulla materia adeo vere & præcise / quin verius & præcisius esse possit. abstractus igitur mētis sensus: ab omni variabili alteritate liberas cōspiciet. inuenit autē mens seipsam sine sensibili alteritate. Est igitur mēs a sensibili materia libera: & habet se ad figuras mathematicas quasi forma. Si enim dixeris figuras illas / formas esse: erit mens forma formarū. vnde erūt figuræ in mēte: quasi in sua forma. & ob hoc: sine alteritate. quæcūq̧ igitur mens intuetur: in se intuetur. Non sunt igitur illa quæ mens intuetur in alteritate sensibili: sed in se. Id vero quod est ab omni alteritate absolutum: non habet se aliter q̄ veritas est. Nam non est aliud veritas: q̄ carentia alteritatis. mens autem nostra / et si careat omni sensibili

alteritate:non tamen omni alteritate. Videt igitur mens:quæ nõ careret omni alteritate/saltẽ mentali: figuras ab omni alteritate absolutas. illas igitur in veritate intuetur:& non extra se. Nam mentaliter intuetur eas. hoc enim extra ipsam fieri nequit. Mentaliter enĩ intueri/nõ est extra mentem:sicut sensus sensibiliter attingẽdo/non extra sensum/sed in sensu attingit. Mens autẽ quæ intuetur in se inalterabile/cum sit alterabilis non intuetur inalterabile ĩ alterabilitate sua. Nam(vt dicitur)impedit ira animum:ne possit cernere verũ. sed intuetur in sua inalterabilitate. veritas autẽ est inalterabilitas. vbi igitur mẽs intuetur/quæcũqȝ intuetur:ibi est veritas eius/& oĩa quæ intuetur. Veritas igitur in qua mens omnia intuetur:est forma mentis. Vnde in mẽte est lumẽ veritatis:p qđ mẽs est/& in quo intuetur se/& omnia. Sicut in visu lupi:est lumen per quod est visus/& in quo lupus videt omnia quæ videt. Si lupo vt venationẽ facere queat pro vita sua conseruãda/lumẽ tale de⁹ cõcreauit oculis sine quo nocturno tẽpore victum quærere non posset:non deficit deus naturæ intellectuali quæ ex venatione veritatis pascit/quin lumen illud illi necessariũ concreauerit. Sed nõ intuetur mens veritatẽ ipsam per quã intuetur se & omnia:nisi quia est/nõ quid sit ipsa. Sicut visus non videt claritatẽ illius solaris lucis per quã videt omne visibile: experitur tamen se sine ipsa nõ videre. & sic quia est attingit:sed quid est nequaq̃. Neqȝ quãtitatem aliter attingit illius lucis:nisi quia tãta est ꝙ excedit virtutẽ suã. ita de mente. Vnde veritas in mente:est quasi speculum inuisibile/in quo mens omne visibile per ipsam intuetur. Specularis autẽ illa simplicitas tãta est:ꝙ vim & acutiem mẽtis excedit. quãto autem vis mentis/plus & plus augetur & acuitur:tãto certius & clarius in speculo veritatis/cuncta intuetur. Augetur autem vis illa speculatione: non secus q̃ scintilla ardendo inardescit. Et quia capit augmentum de potẽtia per ipsum lumen veritatis/plus & plus ponitur ĩ actũ:hinc inquã expromitur vis illa/quia nunq̃ peruenit ad illũ gradum quĩ lumen veritatis illud non possit ipsam eleuatius attrahere. Sic speculatio est mentis delectabilissima & inexhauribilis pascẽtia:per quã continue plus intrat in vitã suã gaudiosissimã. Et est speculatio:motus mẽtis de q̃a est/versus quid est. sed quoniã quid est distat a q̃a est p infinitũ:hic motus ille nunq̃ cessabit. & est motus summe delectabilis:quia est ad vitã mẽtis. Et hinc in se habet hic motus quietem. mouẽdo enim non fatigatur:sed admodum inflãmatur. Et quãto velocius mouetur:tãto delectabilius vehitur per lumen vitæ in vitã suã. Est autẽ motus mentis/quasi per lineam rectã pariter & circularẽ. Nã incipit a quia est/seu fide:& pergit ad videre/seu quid est. Et licet distent quasi per infinitã lineam:tamen motus ille quærit cõpleri/& in principio reperire finẽ & quid est/scilicet vbi quia est/& fides. Hãc enim coincidẽtiam quærit:vbi principiũ motus & finis coincidunt. Et hic motus est circularis. Vnde mens speculatiua:rectissimo motu pergit ad coincidentiã maxime distãtium. Configuratur itaqȝ mẽsura motus speculatiuę & deiformis mentis:lineæ in qua co-

incidit rectitudo cū circularitate. Requirit igitur ꝙ vna sit simplex
mensura lineæ rectæ & circularis. Quomodo autē in vnitate simpli-
cis mensuræ possint coincidere/& quomodo recta linea & circularis
etiā non solum in theologicis/sed etiā mathematicis: libellus ostēdit
de mathematicis cōplementis. qui nos certiores reddit sine hęsitatio
ne ī theologicis: ad ipsum theologice qđ in mathematicis mathema-
tice affit mandum. Cap.III.

TRaditur in libello de mathematicis complementis ars inue
niendi peripheriā circularem: quæ rectæ lineæ teneat men-
surā. & hæc ars: per coincidentiā trium circulorū attingit.
Polygonia enim æqualium laterū: & inscribitur circulo/& circūscri
bitur circulo. & alia etiā peripheria: circuli circūscripti/alia īscripti/
& alia polygonię. In circulo vero: nō est alius circulus qui ei circūscri
bit/nec alius q ei īscribit. Vnde tres illi circuli/inscriptꝰ/circūscriptꝰ
& isoperimeter: polygoniæ coincidūt in peripheria/magnitudine/&
omnibus aliis circularibus proprietatibus. Et ita sunt tres circuli/ꝙ
vnus: & est circulus vnitrinus. nec hoc quouismodo apparere potest:
nisi respiciatur ad polygonias. ibi enim duo circuli/scilicet inscriptꝰ
& circūscriptus differentes apparent ad inuicem. & peripheria poly
goniæ/est maior peripheria circuli inscripti: & minor circunscripti.
Tres igitur differētes peripheriæ nos ducūt in notitiā vnitrini cir-
culi isoperimetri. Et hæc trinitas quę est in omnibus polygoniis cum
distinctis peripheriis: est in circulo sine omni distinctione magnitudi
nis. & vnus circulus est per omnia æqualis alteri/& vnus nō est extra
alium. Si sic est in mathematicis: verius in theologicis. Vnde non po
rest coincidētia circularis & rectæ/negari p eū: qui intuetur veritatē
esse inalterabilitatē. Si enim inalterabilitas est veritas: tunc nō reci-
pit nec magis nec minus. Si enim verum est hoc lignum esse bipeda-
le: tunc nec est maius/nec minus. Est igitur veritas: infinitas. Solum
enim īfinitas: nō potest esse nec maior nec minor. Si igitur circularis
peripheria ponitur talis ꝙ non potest esse maior/quia magnitudinis
eius non est finis: tūc est infinita. & ita: circulus est infinitus. cuius pe
ripharia infinita. Non potest igitur esse maior: quia nō habet partes.
& quoniā quāto circulus maior: tāto circunferentia rectior. Infiniti
igitur circuli peripheria: est rectilinealis. Circularis igitur & rectili-
nealis: coincidunt in infinita. Infinitas igitur: rectitudo est sine iusti-
tia absoluta. Si igitur respicimus qua descriptione cōstituitur circu
lus: reperimus punctū prioriter/& ex puncto lineam explicari/ & ex
puncto & linea circulum. In omni igitur circulo: centrum / semidia-
metrum/& circūferentiā reperimus. sine quibus simul: nō capimus
figurā plus circulum esse q̄ nō circulum. Q₂ si circulus ponitur infi-
nitus: centrū/semidiametrū/& circunferentiā/summā tenere æqua
litatē necesse est. Centrum enim infiniti circuli: est infinitū. Nō enim
dici potest: ꝙ infinitum sit maius centro. Id enī qđ non potest esse mi
nus vt infinitū & in terminū: nō potest dici maiꝰ cētro. Cētrū enī: est
terminus lineæ semidiametralis. terminus infiniti: est infinitus. Cen

trum igitur circuli infiniti: est infinitum. Sic semidiameter eius: in-
finita. Et similiter circūferentia. summa est igitur: æqualitas centri/
semidiametri/& circunferētiæ circuli infiniti. Et quoniā nō possunt
plura esse infinita/quia neutrū tunc esset infinitū (implicat enim cō-
tradictionē plura esse infinita) erūt centrum/semidiameter/& circū
ferētia/vnū infinitū. Videmus autem: ex rectis lineis polygonias cō
stitui. Erit igitur hic circulus infinitus/cū quo omnis polygonia co-
incidit: infinitorum laterum. Et quia etiā polygoniæ videmus circu
los inscriptos & circūscriptos differētes a peripheria polygonię/& in
circulo isoperimetro has tres peripherias coincidere/& circulum in-
spicimus vnitrinū: ita in theologicis/circulum vnitrinū infinitū re-
perimus/si ad polygonias/seu terminatas respicimus creaturas. Est
enim circulus vnitrinus: in quo centrū est circulus/& semidiameter
circulus/& circūferētia circulus. & ī hoc est idē qui inscriptus/& scri
ptus/& circunscriptus. Trinitatē igitur circuli infiniti nō deptęhē
deremus: si solum infinitatē eius intueremur. Sed dum nos ad latera
tas/terminales/& angulares cōuertimus figuras/seu formas: vnitri-
nū esse circulum infinitum depræhēdimus. Sed summa æqualitas ef
ficit vnū esse in alio: & omnium esse vnā peripheriā infinitā. Attēdē-
dū est diligēter/nos nō deuenisse ad veritatē æqualitatis mēsuræ cir
cularis/& rectilinealis: nisi quādo respicimus circulum isoperimetrū
esse vnitrinū per coincidentiā differētium/in polygoniis. sic sine vni-
trino infinito: nō potest veritas cuiuscūq; rei attingi. Sicut enim cir-
culus: mēsurat omnē polygoniā. & nec est maior/nec minor: quia est
circulus vnitrinus in quo omnis differētia polygoniarum coincidit/
prout mathematice ostenditur: sic & vnitrinū infinitum: est forma/
veritas/aut mēsura omnium quæ non sunt ipsum. & est ipsa æquali-
tas: quæ est & veritas omnium. neq; enim est maius/neq; minus quo-
cūq; dabili vel formabili. Sed est æquatissima forma omnis formabi-
lis formæ: & actus omnis potētiæ. Qui enī intuetur in ipsum vnitri
nū infinitum ascēdendo de mathematicis figuris ad theologicas per
additionē infinitatis ad mathematicas/& de theologicis figuris se ab
soluit/vt infinitū vnitrinū tantū mente cōtempletur: ille quātū sibi cō
cessum fuerit/videt omnia vnū complicite/& vnū omnia explicite.
Qd̄ si ipsum infinitū sine respectu finitorum intuetur: finita nec esse/
nec eorū veritatem/nec mensuram depræhendit. Non potest igitur
creatura & creator pariter videri: si infinitū non affirmas vnitrinū.

Cap. IIII.



Væsiuerūt veteres artē æquandi circulū quadrato. Hi præ-
supposuerunt: hoc possibile fore. æqualitas autem secūdum
omnes: in se cōplicat tam circulum q̄ quadratū. Adiiciamus
igitur infinitatē æqualitati. manifestum nobis erit infinieā æqualita
tē/nulli posse esse inæqualem. Nam nullū omnium quæ dari possunt:
excedere potest infinitā æqualitatem. quia ipsa non potest esse minus
æqualis. & ita nū erit magis æqualis vni: & minus æqualis alteri. Sed
est necessario ipsa idea/veritas/seu exemplar/aut mensura omnium:

quæ possunt recipere magis & minus. Omne enim qđ non est ipsa infinita æqualitas per quā solum omnia æqualia / æqualia sunt: est vni æqualius ꝙ̄ alteri. Et data quacūq; æqualitate inter diuersa / semp potest dari maior: neq; potest sciri ꝙ duo aliq̄ sint æqualiora aliis duobus / nisi per mēsuram æqualitatis absolutæ & infinitæ. Mensurat igitur ipsa absoluta æqualitas omnia tam recta ꝙ̄ circularia: quæ necessario coincidunt in complicatione eius. Et si acute consideras: id qđ in omni inquisitione ꝑsupponitur / est ipsum lumen / qđ etiā ducit ad inquisitum. Qui enim circuli quæsiuerunt quadraturā: coincidētiā circuli & quadrati in æqualitate præsupposuerunt. quæ certe in sensibilibus nō est possibilis. Non enim dabile est quadratū: qđ nō sit inæquale omni dabili circulo in materia. Hanc igitur æqualitatē quam præsupposuerunt: nō viderunt oculis carneis / sed mentalibus. Et nisi fuerunt: eā in ratione ostendere. Sed quia ratio nō admittit coincidentias oppositorū: defecerunt. Coincidētia autem quæri debuit intellectualiter in circulo eo qui in omni polygonia est æqualis / etiam ꝙ̄ cū alia æqualis peripheriæ / reperitur diuersa: & ad intētum deuenissent. Ex quo elicitur quicꝙ̄ non esse eo modo actu scibile: quo sciri potest / nisi medio intellectus infiniti qui est infinita æqualitas / omne diuersum / & differēs / & alterū / & inæquale / & oppositū / & quicquid inæqualitatē nominat antecedens. in quo / & per quē solum intellectū infinitum: omne intelligibile mensuratur. Et in hoc pāditur secretū: quomodo inquirens ꝑsupponit id qđ inquirit / & nō ꝑsupponit quia inquirit. Supponit enim omnis scire quærens / scientiam esse / per quā omnis sciens est sciens. atq; ꝙ nihil est scibile: quin actu sciatur per scientiam infinitā. & ꝙ scientia infinita: est veritas / æqualitas / & mēsura omnis scientiæ. & ꝙ solū per illā scitur: omne qđ scitur. Qui igitur quærit scire: instigatur ab illa arte / seu scientia infinita. Et si in lumine illius artis sibi immissæ in ꝑsupposito ambulauerit: ducetur ad quæsitū. & cū acutius attēdis: quādo īfinitas addit̄ termino / vt cū dicit̄ infinita scientia: nō aliud agit ei⁹ additio ad terminū / ꝙ̄ remouere terminū / vt id qđ significat̄ ꝑ terminatā dictionē seu terminū ītueat̄ mentaliter infinitū seu interminatū. Et quādo mens sic intuetur terminatum interminate / seu finitum infinite: tunc videt ipsum super omnē oppositionē & alteritatem / quæ solum reperiuntur in terminatis. terminatio enim: nō potest esse sine diuersitate. & ideo in ipsa: varietas reperitur. quæ secundū qđ magna & parua existit: nomina sortitur. Si igitur tollitur terminatio: differētia transit in concordātiā / & inæqualitas in æqualitatē / & curuitas in rectitudinē / & ignorantia in scientiā / & tenebræ in lucē. Et tunc videtur: quomodo sublatis terminis pluralitatē entiū terminatorū reperimus impluraliter in vno intermino / ineffabili principio.

Cap. V.

Dhuc aduertas: quomodo polygonia / certo numero angulorū æqualiter a centro distantiū terminatur / & secundum numerū angulorū propter quē polygonia dicitur: sortitur

nomen seu terminũ, vti per terminũ trigonũ: nominetur figura polygonia trium angulorũ. Et per tetragonũ: figura quatuor angulorũ. & ita consequenter. quãto autem polygonia æqualium laterũ/ pluriũ fuerit angulorum: tãto similior circulo. Circulus enim/ si ad polygonias attendas: est infinitorũ angulorũ. Et si ad ipsum circulum tantũ respicis: nullũ angulũ in eo reperies/ & est interminatus/ inangularis. & ita circulus inangularis & ĩterminatus: ĩ se cõplicat oẽs angulares terminatiões/ polygonias datas/ & dabiles. Si enĩ trigonus est ĩ tetragono/ & tetragonus ĩ pẽtagono & ita cõsequẽter: oẽs polygonias datas/ & semper dabiles/ esse in circulo cõspicis. Attẽte igitur cõsidera: quomodo circulus infinitus omnem terminatã figurã seu formã in se cõplicat/ & nõ sicut circulus finitus. Nam quia iste est capacissim⁹: in se cõtinet minus capaces/ quasi totũ partem. Infinitus enim nõ sic cõplicat: sed sicut veritas/ seu æqualitas. Nulla enim creatura habet aliquid omnipotẽtiæ/ sicut polygonia circuli finiti: cum omnipotẽtia sit impartibilis/ nõ recipiẽs magis nec minus. circulus autem finitus quia recipit magis & minus: nõ potest complicare polygonias modo quo omnipotẽtia omne terminabile. Et ita ex figuris multiangulis & circulo cõplicante omnes formabiles polygonias: mens ascendit ad theologicas figuras/ & intuetur dimissis figuris virtutem infinitam primi principii/ & cæterarũ cõplicatarũ/ & earũ differentiam & assimilationẽ ad ipsum simplex. Et quoniam trigonus infinitus est circulus infinitus/ & tetragonus infinitus circulus infinitus/ & ita consequẽter: siquidem propterea circulus infinitus est forma formarũ/ & figura figurarũ/ & est idea trigoni/ tetragoni/ pentagoni/ & æqualitas essendi trigoni/ tetragoni/ & ita cõsequẽter/ & ꝙ ad positionẽ circuli infiniti sequit̃ oẽs figuras id esse qđ sunt. vide admirabile: dũ mathematicus figurat polygoniam/ quomodo respicit in exemplar infinitum. Nam dum trigonũ depingit quantũ: non ad trigonum respicit quãtum/ sed ad trigonum simpliciter absolutum ab omni quãtitate/ & qualitate/ magnitudine/ & multitudine. Vnde ꝙ quãtum depingit: nõ recipit ab exemplari/ nec intẽdit quantũ efficere. sed quia depingere eum nequit/ vt sensibilis fiat triangulus quẽ mente concipit: ideo accidit ei quantitas/ sine qua sensibilis fieri nequit. Triangulus igitur ad quẽ respicit: nõ est neq̃ magnus/ neq̃ paruus/ neq̃ terminatus magnitudine vel multitudine. est igitur infinitus. Quapropter ille triangulus infinitus qui est exemplar/ in quo mens figurantis/ trigonũ intuetur: nõ est alius ab exemplari illo in qđ respicit mẽs quãdo depingit tetragonum/ vel pentagonum/ vel circulum. Circulus enim ille ad quem mens circulum depingens/ se conuertit: cũ non sit quãtus/ non est maior nec minor trigono non quanto/ sed est ipsa æqualitas essendi. Vna igitur infinita essendi æqualitas: est ad quam respicio/ quando diuersas depingo figuras. Creator igitur cum omnia creat: ad seipsum conuersus/ omnia creat/ quia ipse est infinitas illa: quæ est essendi æqualitas.

Cap. VI.

Mplius si consideras: quomodo circulum depingis. Nam cẽtrũ: primo ponis punctale, deinde extẽdis in lineam pũctum illũ. Deinde superducis lineam super puncto. Et sic ex pũcto & linea recta: oritur linea circularis. Si igitur hoc faciendo/ad æqualitatem essendi absolutã respicis: tunc in ipsa/aliquid tale vides. Nam circulus ille ad quẽ respicis qui ineffabilis est/aut omnium figurarũ nominibus nominabilis: sic se habet q̀ habet centrũ ex quo linea/ex quibus circũferẽtia. sed quia est infinitus: centrũ/linea/& circũferentia sunt ipsa æqualitas/vt in superioribus tactũ est. Vnde nõ fuit prius cẽtrum q̃ linea: neq; prius cetrum/& linea q̃ circũferentia, quia si sic: non esset summa æqualitas cẽtro/lineæ/& cĩrcũferentiæ/neq; vna infinita æqualitas. Igitur illa/in infinitate: nõ est nisi æternitas. Ab æterno igitur: est centrũ/linea/& circũferẽtia. sed linea: est explicatio pũcti. & circunferentia: puncti/& lineæ. Centrũ igitur in æternitate: est æternaliter generans/seu explicans de sua virtute cõplicante/genitã cõsubstantialem lineam. & centrũ cum linea: est æternaliter explicãs nexum/seu circũferentiam. Si igitur sic fœcunditas infinita se habet ad quã respicit mẽs/dum circulum depingit quẽ sine tẽpore & quantitate depingere nequit: ita similiter dum polygoniam æqualium laterũ depingere proponit/vt anguli æque distent a cẽtro/attendit vt sic ex centro & linea quæ est æqualitas distantiæ centri ab angulis & circũferentia seu peripheria/polygoniam figuret. ad fœcunditatem igitur infinitã respicit: vt efficiat id quod proponit perfectũ/& pulchrum/& gratũ/& placitum. Sic creator ipse ad seipsum & infinitam fœcunditatẽ/respicit fœcũdam essentiam creaturæ: in qua est principium cõplicatiuũ virtutis/qđ est centrũ seu entitas creaturæ/quæ cõplicat in se virtutem suam. & explicatur virtus entis cõplicita in centro: quasi in educta linea/quæ est virtus entis ab ente genita seu explicata. & ex centro simul & linea: procedit circunferentia/seu operatio. Et attende/quomodo centrũ/est principium paternũ: qđ in respectu ad creaturas/potest dici entitas. Et quomodo linea: est vt principium de principio/& ita æqualitas. Principium enĩ a principio summũ tenet principii a quo est æqualitatẽ. Et circũferentia: vt vnio/seu nexus. Nam ex infinita entitate & eius æqualitate: procedit nexus. nectit enĩ æqualitatẽ vnitati. & ita creator vt ad seipsum respicit: educit vnitatẽ seu entitatem/seu centrũ & formã/seu essendi æqualitatẽ & nexum vtriusq;. Efffluit autem creatura a creatore: meliori modo quo patitur naturæ conditio in similitudine creatoris/prout de hoc alibi latius conceptum meum qualẽcunq; enodaui.

Cap. VII.

Cicut ex mathematicis: rectum nõ dici nisi secundũ modũ vnum. Vna enim linea recta/siue magna/siue parua: non est magis aut minus recta q̃ alia. rectitudo igit̃ infinita esse cõcipitur: quia nõ clauditur q̃titate/nec recipit magis & minus. Absoluta igitur rectitudo: est infinita. curuitas autem: nõ potest esse infinita. Quapropter circularis linea circuli infiniti/nõ potest esse curua:

quia infinita, clauditur igitur omnis curuitas terminis magnitudinis suæ. Et nõ habet curuitas exemplar: nisi rectitudinẽ. Qui enĩ depingere vult curuã lineam: respicit mente / ad rectam / & cadere facit eam ab illa / reflexe. Curuitas autem quæ est infinitæ rectitudini propinquior: est similitudo circularis curuitatis. Infinita enim rectitudo est ipsa æternitas: quæ nõ habet principium nec medium / nec finem / nec quãtitatem / nec qualitatem. Circularis autem curuitas quæ necessario est quãta & cõposita: habet coincidẽtiam principii & finis / & est necessario a rectitudine ĩfinita tanq̃ a pricipio suo & veritate sua. Curuitas enim / ex se nõ est: sed ab illa rectitudine est quæ eius est mẽsura, rectum enĩ: mẽsurat curuum. Cadit igitur circularis curuitas a rectitudine infinita perfectiori modo: q̃ nõ circularis. quia sicut rectitudo / caret principio medio & fine: sic ĩ curuitate circulari illa coincidunt & minime distant / seu differunt. Vnde plus assimilatur circularis curuitas infinito: q̃ finita rectitudo vbi principium medium & finis distant. Rectitudo enim infinita: propter ipsam infinitatẽ est omnipotens / & creatrix. quare ei similior est circularis curuitas: quia similior infinito / q̃ finita rectitudo. Afficimur igitur omnes mentem habẽtes figura circulari: quæ nobis cõpleta & pulchra apparet / propter eius vniformitatẽ & æqualitatem / & simplicitatem. Et hoc non est ob aliud: nisi quia in ea propinquius relucet forma formatũ / q̃ in quacunq; alia figura. Attẽde quantũ afficitur mens ad exemplar circuli / ad infinitam formã & pulchritudinẽ ad quã solum respicit: quãdo aliqua creatura afficitur / & nõ aduertit se sic ad creatorẽ respicere / qui est amor / & delectatio sua! Hæc igitur sit diligentia inquirentis deum: vt consideret ad qđ mens respicit / dum diligit vel afficitur ad p̃suppositum se cõuertat / vbi reperiet ineffabilem dulcedinẽ amoris. Si enim omne id qđ amatur hoc habet ab amore qui est amabilis absolutus amor: si degustabitur / non derelinquetur.

Cap. VIII.

Est etiam nõ prætereũdum: quomodo si circulus circũuoluitur super lineam rectam / nõ tangit eam nisi in pũcto. circunferentia enim: æqualiter distat a cẽtro. cõtingens autem recta: nõ cõtingit circularẽ nisi in puncto. Vnde ex hoc cõsidera istud: tempus qđ quasi circulariter reuoluitur / habere figurã propinquã circulo. quia quasi ex circulari motu cœli: cõstituitur. Tempus enim est: mensura motus. Quãdo igitur tempus qđ gestat similitudinem æternitatis reuoluitur: eo modo reuoluitur quo reuolueretur circulus sup linea recta infinita. nõ enĩ subsistit tẽpus in se: sed subsistit ĩ reuolutione super linea infinita / seu ęternitate / vt sit. ideo tempus de se nõ subsistit / nec habet vt subsistat nisi inquãtum puncto æternitatis reuoluitur. Et quia hoc verũ est de omni circulo / siue paruo / siue magno / scilicet q nõ subsistat aliter q̃ in cõtactu punctali lineæ rectę seu infinitæ: tunc qualibet creatura quæ sub tempore consideratur / potest assimilari in sua duratione circulo magno aut paruo / qui reuoluitur. & nõ habebit qualiscunq; duratio / siue longa / siue breuis: plus

de æternitate q̃ alia. In vno enim nūc æternitatis: omnes circuli subsistunt / & circūuoluuntur. Et ita attendis: quomodo æternitas est ipsa subsistentia tēporis / metrum & mēsura omnis durationis / licet sit simplicissima / impartibilis / & tēpori incōmunicabilis. Et vides īpossibile esse: q̇ tempus sit æternū. licet reuolutiones quasi circulares propter coincidentiam principii & finis: nō videantur habuisse principiū. Inpossibile est enim circularem motū: cū sit curuus & reflexus / a se esse. & est a creatore: qui est ipsa rectitudo infinita / & æternitas. Curuitas enim præsupponit suum creatorē: a quo cadens / curuitas dicitur. Non est igitur verum / q̇ sit p̄cisa reuolutio circularis (vt in docta ignorantia tetigi) aut q̇ circularis reuolutio solaris motus / infinities p̄cesserit. Infinitas enī: numero reuolutionū circularium cōpetere nequit. Si enim numerare possumus decē reuolutiones præteritas / & centū / & mille: & omnes. si quis dixerit nō omnes esse numerabiles / sed p̄cessisse infinitas / & dixerit vnā futurā reuolutionē in futuro anno: essent igitur tunc infinitæ / & vna. qđ est impossibile. Et si verū est q̇ solarium reuolutionū finis erit ī vndecimo die martii: verū est solares reuolutiones habuisse initiū / & non fuisse æternas / nec esse infinitas. æternitas enim & infinitas: motui cōuenire nō possunt cuius mēsura est tēpus. sed ei motui tantū: cuius mensura est æternitas. sicut si generationē in diuinis / & processionē (de q̄bus supra) motū infinitæ fœcūditatis nominauerimus: cuius mensura æternitas.

Cap. IX.

NEc te pigeat cōsiderare: quomodo circuli isoperimetri capacitas oēm oīm polygoniarū formabiliū capacitatē excedit & in se cōplicat oēm capacitatē / & est actu capacitas oīs possibilis capacitatis. Q2 si circulus daē / q sit æqualis peripheriæ cū polygonia: nō tamē p̄pterea est æqualis capacitatis / sed semp maioris / & nō desetit pfectionē suā / etiā si æqualis peripheriæ fuerit. Ex quo venari poteris: quomodo creator (licet sit sūma æqualitas / & vera terū mēsura / nec maior nec minor) nūq̄ tū desinit esse infiniti vigoris. Et habes q̇ pfectio & cōplicatio tāto ē maior: quāto forma vnior & simplicior. Circulus enī simplicior est oīni formabili figura. Ideo vis capacitatis eius perfectissima inter figuras. Quapropter forma illa quæ ob suā infinitā simplicitatē est omnium formarū forma: est infiniti vigoris. Diligentius aduerte: quomodo oritur ex pūcto linea recta finita. & ex illa: figuræ variæ polygoniæ / & vltimo circularis. minimę capacitatis figura est trigona: & maximæ capacitatis circulus. & cadunt in medio: infinitæ polygoniæ isoperimetrę minoris capacitatis circulo / & maioris capacitatis trigono. Omnes autē polygonię & circulꝰ: ex vnico puncto oriuntur. figura autē: est similitudo formæ. Vide igitur: quomodo forma trigonica quæ est īfinita / habet suā virtutē quæ est capacitas trigoni. Et forma tetragonica: suā. & sic consequenter. Ex quo habes: nullā formā sine propria virtute esse. Et quia ex numero angulorū numerātur polygoniæ / vt sit trigona quę tres angulos / & tetragona quæ quatuor / & sic infinitū: id autē qđ nō sine discretio-

ne formæ est numerus est: numerus igitur forma. omnis autẽ nume-
rus ab vno est in quo cõplicatur. sicut igitur ex puncto fluit linea: ita
ex vno/numerus. Et quia polygonia sine linea & numero esse nequit:
ideo polygonia est in potẽtia lineæ. Nã de linea recta potest fieri tri-
gonus/tetragonus/pentagonus & ita de reliquis. & nõ constituitur
in actu: nisi linea quæ est recta/fiat angularis/& iungat extrema/& p
numerũ formetur. Numerus autẽ: nõ nisi ex mente est. qui enim mẽ-
te caret: numerare nequit. Causa igitur efficiens formæ: mẽs est. Vn
de omnis forma: est similitudo cõceptus mẽtalis/infiniti vigoris. Crea-
tor igitur duo fecisse videtur: scilicet prope nihil/punctũ. inter enim
punctũ & nihil: nõ est medium. adeo enim prope nihil est punctus: q
si punctũ puncto addas/nõ plus resultat ꝙ si nihil nihilo addideris. &
aliud prope se scilicet vnum/& illa vniuit/vt sit vnus punctus. In illo
vno puncto: fuit cõplicatio vniuersi. Vniuersum igitur/sic eductum
cõcipitur de illo vno puncto: sicut si de vno pũcto educeretur/vna li-
nea/vt de illa fiat vnus trigonus/vel vnus tetragon⁹. Et vltimũ/atq
simplicissimũ/ac perfectissimũ/atq creatori simillimũ: circulus. Si enĩ
sine tribus angulis nõ potest fieri trigonus vnus ex linea: coincidit in
forma trigoni vnitas & trinitas. vnitas scilicet essentię: & trinitas an
gulorum. & in tetragono: vnitas & quaternitas. vnitas scilicet essen-
tiæ: & quaternitas angulorum. & sic consequenter. In circulo vero:
vnitas & infinitas. vnitas essentiæ: & infinitas angulorũ. immo ipsa
infinitas: est vnitas. circulus enim: est totus angulus. sic est vnus: pa-
riter & infinitus. & est actus oĩm formabiliũ angulorũ ex linea. Ex quo
elicias: quomodo creator vnius vniuersi/ex vno pũcto quẽ creauit/fe
cit ꝓdire vnũ vniuersum in similitudine. vti mẽs nostra volẽs figura
recipit ab vno pũcto/& illũ extẽdit ĩ lineã/deinde illã flectit ĩ angu-
los/vt claudat supficiẽ/& facit polygoniã. Et quia in libello cõplemẽti
mathematici habet/quomodo linea per vnã extẽsionẽ fit triangulus/
& per aliã maiorẽ tetragonus/per maximã circulus: ideo circulus cõ
petit perfectissimis creaturis/suo creatori simillimis/vt sunt super-
næ mentes. Nihil enim mente nobilius. mens autem videtur similis
principio vniuersi: quasi vnus punctus qui eductus/in vnam lineam
extenditur/vt fiat alicuius capacitatis/& fiat vt trigonus. Et quoni-
am mens habet mentalem vitam/& gustat se extensam in quãdam ca
pacitatem: extendit se in maiorem tetragonam vel pentagonam/&
ita consequenter. Neq vnq̃ se ita ad talem poterit extendere capa-
citatem: qui possit esse capacior. Ad circularem igitur capacitatem
continue accedit: quam sua virtute nunq̃ attingit. sed de gratia
creatoris: rapitur de angulari capacitate in circularem. sicut ra-
piuntur discipuli de lectione particularium librorum ad artem vni
uersalem/atq magisterium legendi omnes libros. Qui enim legit
particularia scripta: legit quidem & quodam lumine artis demum
perficitur vt fiat magister. & hæc est similitudo figuralis/cõueniens:
qua duci poteris/vt videas differentiam esse inter eas mentes quæ
assecutæ sunt perfectionem capacitatis mentalis/per raptum in mun

dum intelligibilem/& inter eas quæ venantur capacitatem in sensibili mundo sub sensibilibus particularibus signis/sicut de polygoniis & circulo mathematice experimur.

Cap.X.

Circulus autem & si sit perfectissima figurarũ: tamen non potest fieri vt æquetur infinitæ rectitudini / quæ est infinitus circulus. Nam de recta infinita non potest quicq̃ fieri: cum sit actu omnia quæ figurari possunt. Vnde illa rectitudo nõ est flexibilis: vt sit aliter q̃ est. nec habet extrema. quare & si finita linea recta/gerat infinitæ rectæ similitudinẽ: tamen finita ob suã finitatẽ/& imperfectionẽ habet plurimum de potentia. & fieri possunt ex ea figure varias superficies claudentes: licet ipsa/nulla sit actu. Et dum ex ea facta est vna figura puta trigona/quia extrema sunt coniuncta: tũc nõ potest fieri alia polygonia ex eadem linea/nisi postq̃ dimissa illa figura/reuertitur in linealem rectitudinem. Ex quo habes: quomodo forma & finis coincidunt. ita ꝙ forma nõ est in potentia ad formam: vt ex vna forma fiat alia. Forma enim est terminus motus / & actus potentia: & non potentia. ob hoc: species non transmutãtur. potest tamen vna forma esse in alia: vt trigonus in tetragono / licet trigonus nunq̃ fiat tetragonus. sed illa forma quæ in alia est: non est forma specifica sed generica / quoniam non potest esse nisi vna forma specifica vnius/seu indiuidui. Quare stat forma illa quæ est in alia sicut generalis in speciali: vt sicut vegetabilis in sensibili/& in homine sensibilis in rationali. & sicut trigonus I tetragono nõ nominat tetragonũ: sed tetragonus nominatur a sua vltima forma/quæ complicat in sua capacitate trigonalem: ita forma est I forma/sic ꝙ vltima forma quæ nõ recipit magis nec minus/& consistit in quodam indiuisibili / in se seu sua capacitate complicat inferiores formas quæ in ea sunt complicite/non formaliter/seu actualiter explicate. Etiam si rectæ aduertis: forma est terminans rem. Quãdo enim ex linea potest figurari qualiscunq; polygonia: tunc si illam potentiam trigonalis figura terminat/est trigonus. Et quoniam trigon⁹ dicit tres angulos & quælibet polygonia habet angulos: ideo forma substãtialis non denominatur ab angulis qui sunt cõmunes omnibus/sic nec a lateribus/nec a linea quæ est peripheria. Nã peripheria/latera/anguli: sunt cõmunia omnibus/sed non numerus angulorum. forma igitur substantialis polygonię denominatur a numero: q est specialis. Si igitur ponitur vnitas/principiũ/quia terminat rem/& est sic forma terminãs: erit numerus substantia rei. Et hoc aduertendum: ꝙ si vnitas est substantia/similiter & numerus. quia numerus cõponitur ex vnitatibus. Sed si res prius ordine naturæ / habet esse ꝙ indiuisum a se & diuisum ab aliis/ita ꝙ forma prioriter dat rem & consequenter ad illud sequitur ꝙ sit indiuisum a se & a quolibet alio diuisum/vt propter hoc res dicatur vna vnitate illa q̃ est principiũ numeri: tũc nũeri nõ sunt substantia rei/& quia ex accidentali principio explicantur. Vnitas autẽ

quæ est principium/complicat omnium vnitatũ vigorem: sic est principium terminãs simul & vnum faciens, vnum faciendo terminat: & terminando vnum facit. Qui igitur in hanc respicit coincidentiam: videt cur in dicendo Pythagorici & Peripatetici differunt / quando Pythagorici numerum dicunt substantiam/& Peripatetici accidens. Et tu vides super vtrãq; assertionẽ coincidẽtiam in numero: in quo simplicitas & compositio coincidunt, cum cõpositio eius sit ex seipso/ & ita simplicitas: vt de hoc alibi. Supra enim id quod Peripatetici dicunt substantiam & accidens: vbi quidem ens collocant / ibi vnum est collocandum/qđ conuertitur cum ente. Vnde aliud iudicandum de numero qui ex mente est: prout est ex vnitate increatę mentis / & prout est ex creata mente. Vnitas enim primi numeri: se habet vt forma naturalis, secũdi: vt forma artis, forma naturalis: est substãtialis, quare & numerus illius vnitatis, Forma artis: est accidentalis/quæ est figura/quia venit post esse rei, quare & vnitas eius est accidentalis. Vnde cum nominamus vnam formam substantialem: dicimus eã ab vnitate quæ non potest esse nisi substãtialis. Neq; est aliud illa vnitas substantialis formæ: q̃ ipsa forma. Vnde quando illa forma vna dat esse: tunc eius date esse/est terminare/vnire/formare. Et quia sæpe de hoc alibi tetigi in pluribus opusculis: hoc sic dixisse/nunc sufficiat.

Cap. XI.

Non est prætereundum q; datæ rectæ potest dari circularis æqualis: & non econuerso. Nam non potest sciri secundum: nisi scito primo, & tũc proportionabiliter/prout in sæpe dicto libello complementi reperitur: quæsiuerunt veteres/circuli quadraturam. & hæc inquisitio præsupponit/q; data circulari linea possit dari recta illi æqualis. & hoc: nunq̃ reperire potuerunt. Si quæsiuissent quadrari circulationẽ: fortassis inuenissent. Ex quo habes circulũ non mẽsurari sed mẽsurare: scilicet æternitatẽ nõ esse mensurabilem/quia omne mensurabile excedit / sed mensurat æternitas omnem durationem. Infinitum non est mensurabile: quia infinitũ est interminum. Non igitur potest claudi terminis cuiuscunq; mensuræ: sed ipsum est mensura omnium. Infinitum enim est omnium finis & terminus, sicut absoluta mensura: non est mensurabilis per quãcunq; contractam mensuram. Et quia nulla mensura habet q; est mensura/ sine ea absoluta: hinc ipsa est vera/& æquarissima mensura omnis cõtractæ/& nominabilis mensuræ. Sicut albedo non est mensurabilis per quodcunq; album/sed illa omne album mensurat; cum omne album ab albedine habet q; est album. Est igitur ex hoc manifestum/ deum esse incompræhensibilem per omnem creaturam: quia omni mente immensurabilis, maior enim est omni capacitate. Sed si deus attingi debet: tunc attingitur/non vt attingibilis est in se/sed vt est attingibilis in attingente. & hoc est: in æqualitate mensuræ attingentis ipsum. Sic omnes attingũt deũ secundũ mensurã suæ capacitatis. Sicut data quacũq; recta finita: dat circularis nec maior nec minor.

Et hoc dicimus æquale: quod nec est magis nec minus, licet propter
hoc non sit æquale: prout æqualitas conuenit substantiæ. Vna enim
substãtia nõ est magis substãtia q̃ alia: quia nõ est quãtitas substãtia.
Hinc substãtia nũ recipit magis nec minus: sicut quãtitas. Tamẽ ob
hoc: etiã nũ omnes substantiæ sunt æquales. Vna enĩ est pfectior alia.
Collige igitur: ꝙ sicut vnũ visibile per multos videt̃/ nõ tamẽ æquali
ter/ quia duo æqualiter pcise videre nequeũt. vnusquisq; enĩ per pro-
priũ & singularẽ angulũ oculi/ visibile appręhẽdit: & mẽsurat ipsum
& nõ iudicat visibile maius nec min⁹ esse/ q̃ vt oculo suo attingit. Nõ
tamẽ attingit̃ per aliquẽ oculũ pcise visibile vti est visibile. Sic de mẽ-
te: & eius obiecto scilicet veritate: seu deo. Id enĩ qđ est angulus p quẽ
visus videt: est capacitas per quã mens mẽsurat. Hoc autẽ interest. ꝙ
visus nõ potest immutare angulũ/ aut eũ facere maiorẽ vel minorẽ/ vt
verius/ & certius videat/ quia angulus iste nõ est in visu/ sed in orga-
no: sed capacitas intellectus nõ est in organo (nõ enim adhæret cor-
porali organo vt sensus) sed est ei⁹ possibilitas sic actuata/ q̃ potest cõ
tinue plus & plus actuari. quasi si pũctus in cuius potẽtia est linea sine
termino: esset eductus de potẽtia ad actũ/ ita ꝙ linea educta esset peda
lis/ & ꝙ mens sit p ipsam talẽ lineã mensurãs tũc omnia pedaliter. ꝙ
si adhuc plus extẽderetur fluxus pũcti ita ꝙ linea fieret bipedalis: tũc
oĩa mẽsuraret bipedaliter. cõtrario modo se habet mens. Nã virtus
vnita est maior. quãdo enĩ mens cõcipit primo vt q̃dã cõfusa mẽsura
quasi lineam incertę quãtitatis q̃ est viua/ & cõtrahit se de incertitudi-
ne cõfusa ad aliquã certitudinẽ/ ac si linea versus pũctum centralẽ se
cõtraheret vt fieret linea q̃ pertica dicit̃ ad mẽsurãdos agros/ qa cũ
illa nõ possent subtiliores mẽsuræ attingi/ imo omne mẽsurabile non
nisi secundũ illã grossam mẽsurã attingeret: si tũc linea adhuc magis
versus centrũ seu punctũ se cõtraheret vt fieret pedalis/ etiã subtili⁹
& certius omne mẽsurabile mẽsuraret/ & ita si cõtinue magis vnire-
tur & simplificaretur/ semp virtus mẽsurandi augeretur & certiora
retur/ & plus ad pcisionẽ appropinquaret. Ex quo elicias: mentẽ hu-
manã nõ esse eo modo corporis entelechiã sicut visus oculi/ quia non
dependet potẽtia eius ab organo/ sed est sicut ignis in potẽtia: q̃ edu-
ctus de potẽtia per quęcunq; motũ/ intra seipsum habet motũ per quẽ
cõtinue plus & plus actuetur. assimilatur autem ignis intellectui agẽ
ti. Id autẽ in quo latet potẽtia: dicitur intellectus possibilis. Educitur
autẽ intellectus de potentia ad qualẽcunq; actum mediante admira-
tione: quę ipsum mouet vt quid sit hoc qđ sensu percipit/ inquirat. &
ob hoc est in corpore: & corpus ei necessarium. Aliter enĩ si in actu es
set vt mens angelica: nũ esset positus in corpore. Corpus enim nõ est
datũ menti: nisi vt excitetur sensibili admiratione/ & perficiatur. Et
ita appræhendis ꝙ mens non est dependens a corpore: licet ad perfe-
ctionẽ sine corpore peruenire nequeat. Quare nõ corrumpitur mens
corrupto corpore: licet deficiat aliquando a perfectione propter cor-
ruptionẽ corporis. Visus autem penitus deficit deficiente oculo: sine
quo nõ videt. Mẽs vero tãto acutius mẽsurat/ quãdo magis posita est

in actu:quãto se plus a corpore separat / & organa sensuum claudit/
& absoluẽdo se a corpore ad spiritualesuum esse/& cẽtrale cõtrahit.

Cap.XII.


Dhuc sicut circulus omnẽ polygoniam mẽsurat/vti æterni
tas oẽm durationẽ:sic & quies æterna seu infinita/oẽm mo
tũ/& vnitas obiecti/omnẽ potẽtiam.Est p̃terea aduertendũ
quomodo cũ angulis fiũt medio proportionũ figurarũ trãsmutatio-
nes/prout ingenue traditur in sæpe dictis cõplemẽtis.sic etiã deus ip
se potest/vti angulus cõsiderari infinitus:medio cuius fit omniũ re-
rũ trãsmutatio/secũdũ pportionẽ imitatoriã. Est enĩ deus:vti angu
lus maximus pariter & minimus.Esto enĩ q̊ sit semicirculus/& cõci-
piatur semidiameter orthogonaliter stãs sup diametrũ faciẽdo duos
rectos angulos moueri sup cẽtro cõtinueversus coincidẽtiã ipsius cũ
diametro:manifestũ est vnũ angulũ cõtinue augeri/& aliũ tantũ mi-
nui.Nunq̃ antẽ coincidẽtia semidiametri & diameter vnus angulus
fiet absolute maximus quãdo maior fieri possit/nec alius absolute mi
nimus/quãdo minor fieri possit.Sed si ponat̃ q̊ vnus angulus sit sim
pliciter maximus:tũc ille erit etiã simpliciter minimus.nec hoc erit:
anteq̃ lineę coincidãt.Si ergo respicis duo latera resolui in vnã lineã
rectã:vides ei nomẽ anguli nõ cõpetere. Ex hoc elicias:quomodo qui
ascẽdit ad deũ infinitũ/poti⁹ videt̃ ad nihil accedere q̃ ad aliquid/vt
etiã diuinus dicit Dionysius.Et ita videmir abilẽdeũ:qui quãto mi-
nus videt̃ esse/tãto plus est.& quãto aliquid de deo videt̃ ĩpossibili⁹:
tãto est magis necessariũ.atq̃ quomodo ĩfinitũ angulũ necesse est cõ
plicare opposita:maximũ pariter & minimũ.& nõ posse esse quãtita-
tẽ infinitã seu maximã simpliciter.& q̊ infinitũ esse:est penitus abso-
lutũ ab omni illo qd̃ de finito potest verificari.Angulus autẽ ille qui
est infinitus:pp̃ter id foret vera mẽsura omniũ angulorũ/q̃a nec ma-
ior oĩbus quia minimus/nec minor q̃a maximus . Et ideo si in potẽtia
geometræ est medio angulorũ figuras curuas trãsmutare ĩ rectas/&
ecõuer so:tũc in potestate dei est/mediante angulo infinito oĩa inuicẽ
trãsmutare.Ille autẽ angulus infinitus:nõ potest esse nisi de⁹.de⁹ igi
tur mediante seipso operatur quicquid vult:etiã vnũ in aliũ trãsmu
tãdo.& nõ est opus vt deus habeat varios angulos ad varias trãsmu
tationes/seu varia ĩstrumẽta sicut oportet geometrã habere:sed vni
co angulo infinito omnia trãsfert.Et quia angulus ille est deus/ est q̃
volũtas dei.deus itaq̃ angulus ille simpliciter maximus/erit dei vo-
luntas. Ideo deus:sola voluntate omnia transfert/& immutat . Præ-
terea docet complemẽtum illud angulos etiam incõmensurabiles re
petire/qui se habent vt lineæ incõmensurabiles:sicut costa quadrati
est incõmensurabilis diametro.quoniam si ponatur vna istarũ vt nu
merus par:alia nõ poterit esse vt numerus par/neq̃ vt numerus im-
par.Propterea non omnium linearum habitudines numerare valen
tes:deficimus sæpe in chordis & sinibus.Sed quia infinitus numerus
complicat in se tam parem q̃ imparem numerum : ideo medio illius
omnia numerantur.Et considera:quomodo medietas duplæ/non est

per nos numerabilis / & dato quocunq; propinquo numero / semper dabilis est propinquior in infinitum. Infinitus igitur praecisus est. Vnde infinitus numerus / qui non est magis par q̄ impar / & non magis numerus q̄ non numerus / sed est innumerabilis numerus: ille praecise numerat medietatem duplae proportionis / & omnia. sic vides numerum incomprachensibilē / & infinitū / & innumerabilem qui est maximus pariter & minimus: quē nulla ratio attingit / nisi in vmbra & caligine / quia est improportionabilis ad omnē numerū numerabilē. Et quomodo deus (quia dicitur numerus omniū rerū) ita est numerus sine quātitate discreta / sicut est magnus sine quātitate cōtinua. Et est idē angulus infinitus: qui est numerus infinitus / vt ipse simplicissimus / simplicissime oīa & singula nūeret / mensuret / & trāsmutet. Et quādo haec subtilissime cōsideras: bene vides / quomodo deo / qui est maius q̄ cogitari potest / scilicet ipsum absolute infinitū / penitus nullū nomē cōpetere potest. Sicut eni maximo & īfinito āgulo / nō potest nomē anguli secūdū qd angulus ex sua īpositione significat / cōpetere / cū potius sit nō angulus q̄ angulus: ita de oībus vocabulis. Nā oīs impositio vocabuli facta est: prout vocabulū significat aliquid. Id autē qd est aliquid scilicet hoc & nō illud: est finitū / & terminatū. & ita nequaq̄ infinito cōpetere potest. Vnde īfinita sapiētia q̄ nō est nisi ipsa absoluta infinitas: nō est magis sapiētia si ad vim vocabuli attēdimus / q̄ nō sapientia. sic & infinita vita cū nō sit nisi absoluta īfinitas / nō est magis secundū impositionē vocabuli vita / q̄ nō vita. Videtur eni quādo infinitas addit̄ vocabulo: ꝙ cōtrahat̄ a sua absoluta infinitate ad rationē significādi vocabuli. & hoc nō potest esse: cū infinitas sit omni ratione incōtrahibilis. Et licet nos dicamus deū sapientē / & viuentē / & alia ratione sit sapiens / & alia viuēs: tamē illa alteritas nominū attributorū / nō potest videri in simpliciter infinito. licet enim omnia quae exprimunt perfectioni conuenire causatorū: in causa esse simpliciter cōcipiamus. tamē ibi nō possunt esse alia / & alia: sed oīa q̄ sub diuersitate quacūq; secundū vim vocabuli clauduntur / ex qua vi nos ratiocinamur: sunt ipsa infinitas.

Cap. XIII.

NOn fatigeris iterū atq; iterum attēdere: ꝙ datae circulari lineae nō potest dari recta aequalis / nisi primo reperiatur quomodo rectę datur aequalis circularis. & tūc ex pportione circulariū: deuenit ad notitiā rectae ignotae per notā rectā & pportionē circulariū. Si igitur veritatē illā maximā / q̄ nō potest esse aliter q̄ est nec maior scilicet nec minor / mēsuratę pponis quasi circularē lineā: nō poteris illud efficere / nisi aliquā circularē cōstituas alicuius rectę datae mēsurā. proposita igit̄ recta finita: erit finita circularis eius mēsura. proposita igitur circulari infinita quae est omnium dabilium rectarum mensura: erit eiusdem circularis mensura / linea recta infinita. Recta autē infinita / & circularis īfinita coincidūt: ita ꝙ circularis infinita est recta infinita. coincidit igit̄ mensura & mēsuratū. nō igit̄ mēsuratur infinitū per finitū: inter quae nō cadit pportio. sed infinitū: est suipsius mēsura. deus igitur: est sui ipsius mēsura. & ante iā pa

tuit:ꝙ est omniũ rerũ mẽsura.Deus igiť:est omniũ & sui mẽsura.Est
igiť deus: immẽsurabilis & incõpræhẽsibilis pœm creaturã /quia ip
se est mẽsura suiipsius & omniũ.mẽsuræ autẽ nõ est mẽsura:sicut ter
mini nõ est terminus. Veritas igitur q̃ est ipsa rerũ mẽsura:nõ est cõ
præhẽsibilis nisi p seipsam.& hoc videť in coincidẽtia mẽsuræ & mẽ
surati.In oibus eni citra infinitũ:differũt mẽsura /& mẽsuratũ secun
dũ plus & minus.In deo/vero:coincidũt. Oppositorũ igitur coinci
dẽtia:est vt peripheria circuli infiniti.Oppositorũ distãtia est:vt pe
ripheria polygoniæ finitæ.Est igitur in theologicis figuris cõplemẽ
tũ eius qđ sciri potest:hoc scire/scilicet ꝙ differẽtia inter infinita/mẽ
suræ & mẽsurati/est in deo æqualitas seu coincidentia. Vnde ibi mẽ
surãs:est rectitudo infinita.& circularis infinita:est mẽsurabilis per
rectitudinẽ infinitã.& mẽsuratio:est vnitas/seu nexus vtriusq;.Cõple
mentũ igitur in theologicis/est aspicere ad principiũ:in quo ea q̃ op
posita reperiunť in finitis/sunt coincidẽtia. Nõ possumus aliqua pci
pere esse alba:nisi sint albedine alba. Sicut nec cõcipimus aliqua esse
opposita:nisi sint oppositione opposita.Oppositio igiť:est oppositorũ
coincidẽtia & æqualitas.deũ:esse dicim⁹ oppositorũ oppositionẽ:qui
est oĩa in oĩbus.& nõ est hoc aliud:nisi ipsum dicere principiũ cõpli
catiuũ/coincidentiã absolutã /seu infinitã æqualitatẽ esse. Circulatio
nẽ igiť infinitã rectilineamus hoc modo:quãdo circulationẽ/coinci
dẽtiã principii & finis cõcipimus.tũc eius figurã rectilinealẽ cõcipi
mus:nõ lineã inter punctũ & punctũ/principiũ & finẽ/clausam & ter
minatã /sed ab omni termino absolutã.talis autẽ linea quæ nec habet
principiũ nec mediũ nec finẽ:coincidẽtiã principii medii & finis ex eo
mẽsurat/quia est absoluta æqualitas.in qua nõ est aliud principiũ/me
diũ:& finis/sed idem & vnũ æqualiter.& sicut oĩa quæ in circulis fi
nitis sunt /seu aliter se habẽtia/seu differẽtia & opposita/vti pars ori
entalis opponitur occidẽtali /& meridies septẽtrionali /& q̃libet alte
ri q̃ per diametrũ ab ea elongať /& cẽtrũ /& semidiameter /& circũfe
rẽtia differũt/& ita de reliquis/coincidũt in æqualitate infiniti circu
li:sic omnia in rectilineis differẽter se habẽtia /coincidũt in æqualita
te lineæ rectæ infinitæ.Et quia infinita circularis est recta:ideo recta
infinita est vera mẽsura mẽsurãs circularem infinitã . & ideo ipsa est
æqualitas seu coincidẽtia omniũ:quę in finito esse aliter /differenter/
seu opposite se habere vidẽtur.& hoc est cõplementũ theologicũ:per
qđ omne scibile theologice potest attingi.dico omne scibile: perfectis
simo modo quo per hominem in hoc mundo sciri potest.

Cap.XIIII.

OMnia autẽ hactenus theologis occulta & ab oĩbus inquisito
rib⁹ ignorata:per hãc circulationẽ quadrati /modo pmisso /
sciri poterunt /modo quo scibilia sunt homini. puta cũ deus
theos dicať a vidẽdo /& q̃ratur quomodo sit vidẽs:respondeť eo mo
do quo mẽsurãs. Nã circulus ĩfinitus: ambit oẽs dicẽdi modos.& tota
theologia:est vt circulus ille /in quo oĩa vnum. Videre igitur in deo:
non est aliud q̃ mensurare . sicut igitur deus est mensura suipsius &

omnium ac singulorum: ita visio & videre in deo idem sunt. deũ igitur esse visionẽ videntium: est videre omnia. Si quæratur: si alio modo se habet in videndo creaturas? Respondetur æqualitati infinitę q̃ est rerum mensura / non conuenit alteritas / sed identitas. se igitur intuendo / intuetur simul & omnia creata: & nequaq̃ differenter / se / & alia. Et videndo creata: simul & se videt. Creata enim quia creata / nõ videntur perfecte: nisi creator videatur. & effectus perfecte non videtur quia effectus: nisi & causa videatur. Visio autem dei est perfectissima: & se vidẽdo cum sit causa / videt omnia creata. & causata videndo cũ sint causata: videt & se / quia causa. Coincidũt in deo mensurare / & mensurari: quia est mensura & mẽsuratum. sic videre & videri coincidunt. Et sic videre se & videri a se: & videre creaturas & videri a creaturis. Eodem modo si quæratur de creatiõe. Creatio enĩ in deo: est visio. videre: creare. intelligere / velle / mẽsurare / facere / operari / & quæq; talia q̃ deo attribuimus: capienda sunt vt nomina infiniti circuli. Vnde non est magis absurdum dicere deum creare se & omnia: q̃ deum videre se & omnia. & q꞉ create omnia: est creari in omnibus. sed vocabula humana cum sint imposita finitis rebus: non sunt apta diuinitati. Sicut enim circularis linea finita vocatur circularis ad differentiam rectæ finitæ: ita nominamus circularem infinitam similiter circularem / sed non secundum instituentis intentionem nominatur circularis / quia non est circularis quando nõ differt a recta ita de omnibus: Non oportet igiť vt turberis in vi vocabuli: sed necesse est vt coincidentiam / & summam æqualitatem & simplicitatem illius circuli respicias / vbi omnia vocabula vnum sunt. & tunc id q̃d videtur absurdum: fit per aliud vocabulum tolerabile. quod quidem aliud vocabulum / quo ad nos aliud: nõ est ibi aliud / sed realiter synonymum. Et hæc est breuis explanatio complemẽti theologici figurati in mathematicis cõplemẽtis: ad laudẽ dei semper benedicti. Amen.


COMPLEMENTI THEOLOGICI FIGVRATI
IN COMPLEMENTIS MATHEMATICIS
REVERENDISSIMI P. NICOLAI DE
CVSA CARDINALIS.
FINIS.

Reuerendissimo in CHRISTO Patri D. Anthonio sanctae Romanae ecclesiae tituli sancti Chrysogoni presbytero Cardinali: Nicolaus Cardinalis tituli sancti Petri ad vincula de Mathematica perfectione.




Ollicita est nobilis mens vestra P. Reuerendissime: vt videat etiã hebetiorũ speculationes/& a me alias noui aliqd deposcebat. Et quoniã mea palatio pes morbid⁹ excusauit: biduo domi sedẽs/Mathematicã perfectionẽ quã mitto cõscripsi/quatenus virtutem coincidentiarũ experimento ignotarum hactenus in theologicis inquisitionibus cõmendarẽ. Omne enim scibile Mathematicũ ex ipsa(vti exẽpla quę subiungo declarant) attingitur in his obscuris semp pꝗ auide quaesitis:q̃ nulli hactenus patuerut. Quomodo autẽ mathematica nos ducant ad penitus absoluta diuina & aeterna: melius me nouit doctissima paternitas vestra/qui estis theologorũ vertex. Quãdam etiam meae cõsiderationis circa speculũ & ęnigma parũ allegaui scripturã: vbi si R.P.V. modicũ versari dignabitur/subito videbit(si visum mentis rectę in rerum conieci principiũ) hęc talia quae etiã a doctissimis scribi timebantur. quoniã minus apte panduntur: q̃ contẽplentur. non erubui P.v. mittere: cuius iudicio dirigi opto, sciens me non alieno sed patri qui me amat/cõmunicare secreta quae mihi preciosiora fortassis videntur q̃ existant: correcturus est rationem secundum vestram sententiã. quã istis libellis supplex adscribi deposco.

INtentio est ex oppositorũ coincidentia: mathematicã venari perfectionẽ. Et quia perfectio illa plaerũq; consistit in rectę curuaeq; quãtitatis adęquatione: propono habitudinẽ duarum rectarũ linearũ se vt chordã ad suũ arcũ habentium inuestigare. sciens illa habita: me mediũ habere curuã quãtitatẽ cũ recta adęquãdi. Et quoniã ad has inueniẽdas necesse est me alicuius chordae ad arcum habitudinẽ scire: vt ex illa cognita pergere queam ad artem. Sed quomodo est possibile me cuiusq̃ datae chordae ad arcum habitudinẽ scire: cum inter illas quãtitates adeo cõtrarias forte non cadat numerabilis habitudo? Necesse erit igitur me recurrere ad visum intellectualem: qui videt minimã sed nõ assignabilem chordã/cum minimo arcu coincidere. Nã quãto chorda minor tãto sagitta adhuc minor. vt d e sagitta chordae b c: minor est q̃ g e sagitta chordae f h. quia b c: minor f h. & ita consequenter.



ℭ Minima igitur chorda qua minor dari nõ potest/si assignabilis foret non gaberet sagittam: & ita etiam non foret minor arcu suo. Coincideret igitur ibi chorda & arcus: si ad minimã quãtitatem in talibus deueniretur. hoc ꝑbe videt intellectus necessariũ: licet li tat / nec



arcũ nec chordã (cũ sint quãtitates) esse simpliciter minimas in actu
& posse, cũ cõtinuũ: sit semp diuisibile. Ad hauriendam autẽ scientiã
habitudinis respicio ad intellectualẽ visionem: & dico me videre vbi
est chordæ & arcus æqualitas, scilicet ĩ simpliciter minimo vtriusq.
Ex hac visa æqualitate: pergo ad inquirendum intẽrum medio trian
guli orthogonii: & per propositionẽ: quæ sequitur.
¶Si orthogonii latus quo nõ est maius: ponatur linea prima & semi- 3
diameter circuli, & latus quo nõ est minus: secũda linea & semichor-
da, & reliquũ latus: tertia linea, quæ erit semiarcus ad semichordam
habitudo: illa erit lineæ æqualis tribus primis lineis ad lineã æqualẽ
duabus primis cũ tertia. Vt si orthogonius est a b c / & a c latus quo
nõ est maius prima linea & semidiameter circuli, & b c latus quo nõ
est minus: secũda linea & semichorda, & a b latus: tertia linea, & h c:
semiarcus, & d e: æqualis tribus lineis a c, & f g: æqualis duabus a c
cũ vna a b, dico φ quę est habitudo h c ad b c: illa est d e ad f g.
¶Explanatio propositionis. Orthogonius est tanto minor: quãto pri 4
ma linea tertiã minus excedit. Si igitur posset dari minimus ortho-
goni⁹: prima tertiã nõ excederet, & quia secũda linea foret minima:
tunc cũ ponatur semichorda / ipsa nõ foret minor semiarcu secũdum
præmissa. Maximus autẽ orthogonius est: quãdo prima excedit ter-
tiam maxime. Et hoc erit quãdo tertia erit vt secũda: quia nõ est mi-
nor, & tunc secũda: est semichorda quadrãtis, & sit ille orthogonius:
a b c, dico possibile esse φ aliqua linea addata a c: & eadẽ addatur a b &
maior se habeat ad minorẽ / vt h c semiarcus se habet ab b c semichor
dã, hãc lineã posse dari quæ addatur a c & a b vt prefertur: certũ relin-
quo, cũ possit aliqua linea dari quę addita ad a c & a b: efficiat lineas
maioris habitudinis: q̃ h c ad b c, & possit dari linea quæ addita effi-
ciat lineas minoris habitudinis q̃ h c ad b c, & hoc certũ. Igitur & da
ri posse eam quę addita efficiat lineas nec maioris nec minoris habi-
tudinis: q̃ h c ad b c est manifestũ, cum non repugnet lineas rectas: se
habere vt chordã ad arcum, siue chorda sit arcui commensurabilis:
siue incommensurabilis.
¶Constat autẽ φ qualiscũq; illa linea fuerit / si in minimo orthogonio 5
etiam additur: propositio verificatur, cũ ibi prima & tertia sic sint:
sicut semiarcus & semichorda, quare qualiscũq; illa linea fuerit quæ
additur: propositio vera manet. Et quia sic est φ linea quę additur in
maximo orthogonio: est etiam illa quæ additur in minimo: igitur in
omnibus intermediis orthogoniis: eadẽ remanebit.
¶Et hæc est radix huius scientiæ, ex qua sequitur φ si reperio lineam 6
quã addo in orthogonio cuius b c est semichorda quadrantis / & quã
etiam addo vbi b c est semichorda hexagoni / quarũ semichordarũ /
habitudo semiarcuũ / est vt 3 ad 2. Et si quos hinc inde reperio teneãt
habitudinẽ eandẽ ad primas orthogoniorũ: pateт me lineam adden-
dam in omnibus inuenisse, & hoc est indubitatum.
¶Hoc facile sic paret. Possibile est lineam æqualem tertiæ / adiunctis 7
duabus primis orthogonii ad lineam ex prima adiũctis quatuor se-

sundis in aliquo loco se habere vt semichordã ad semiarcũ. hoc certum. Nam datur vbi in min⁹: vt in maioribus orthogoniis. & vbi in plus: vt in minoribus. vt de se patet. datur igitur in aliquo loco: vbi nec in plus nec in minus. vbicũq hoc fuerit: oportet per praemissa ꝙ sit eadẽ quae additur ad tertiã & quae additur ad primã. sed quę additur ad tertiam: est prima bis. Igitur quae additur ad primã: erit similiter prima bis. & ita erit vbi secunda erit medietas primę scilicet semichorda arcus hexagoni. quare addenda: est semidiameter.

8 ℭSic poteris & aliter idipsum videre. Puta datur vbi prima bis cum secũda bis se habet ad primã ter: sicut semichorda ad semiarcũ. argumẽtãdo vt ante. Sed cũ vna debet esse linea addita ad tertiã & primã/ & ad primã additur prima bis/ & prima bis addit̃ ad secũdã bis: erit secũda bis vt tertia. & quae addit̃: erit diameter. & consimilia poteris facere argumenta: quot placuerit. Sed propositio dicit lineam addẽdam ad a c & ad a b: esse diametrũ/ siue duplã ad a c qđ idem est. Poteris hoc experiri ex iam dicto: scilicet an in omnibus proportionaliter idem eueniat.


9 ℭSed vt tu videas vtiq sic esse vt habet propositio: sumas duplicem orthogoniũ vt est a b c & a b d. & describe arcũ d e continuando etiã a b ad arcũ: & sit b e sagitta. dico possibile esse aliquẽ triangulũ ex orthogoniis cõpositum sic se habere/ ꝙ si a c & a d continuẽtur in infinitum & chorda aliqua quae sit aequidistãs ad d c fiat aequalis ad a c & a b vt g f: ꝙ tunc arcus cuius g f chorda erit excedat chordã in b e sagitta. scilicet in tãtũ: in quãtum a e excedit a b. hoc quidẽ in aliquo loco possibile esse negari nequit: puta vbi tres semidiametri minus sagitta sunt triplę ad chordã. tamen siue ibi siue alibi sit: non variat. sufficit ꝙ in aliquo loco: sit possibile.

10 ℭEt hoc si volueris vt ante probare: poteris. quia datur vbi excessus est in minus ꝙ̃ sagitta: & datur vbi in plus/ & haec certa relinquo. datur igitur vbi nec in plus nec in minus: modo praemisso. vbicũq autem hoc fuerit: patet a c a d cũ a b se habere ad a c ter/ sicut chorda ad arcum. Patet quia a c ter cu a c ter minus sagitta: in aliquo loco aequãtur chordae & arcui simul. & hoc certum. aut igitur ibi vbi arcus excedit chordã in dicta sagitta: & habetur propositum. aut citra: vel vltra. Si citra, tunc cũ arcus chordã minus excedat ꝙ̃ in dicta sagitta: ideo chorda erit maior ꝙ̃ vbi arcus excedit chordã in dicta sagitta/ qđ est impossibile. scilicet minorẽ arcum: habere maiorẽ chordam. Sic si diceretur ꝙ vltra: oporteret maiorẽ arcum habere minorem chordam. quare linea ad a c & a b addenda: est a c bis seu diameter circuli.

11 ℭCur autẽ sit diameter eiusdẽ circuli/ forte poteris dicere ꝙ cum linea addẽda sit alicuius circuli diameter: nõ dicetur ꝙ sit maioris circuli diameter. quia tũc non haberet veritatẽ in maximo circulo: quo actu non est maior. Neq potest dici ꝙ sit minoris: quia in minimo circulo actu nõ haberet veritatẽ/ & ita in nullo. cum id quod de circulo vt circulus dicitur: omnibus cõuenire necesse sit. Et si omnib⁹ nõ cõ

g f e d c b a

diameter



uenit: tunc nulli, siue tamen illa siue alia sit ratio: non refert, sic patet
propositionis intellectus.
℄Adiiciam aliam eiusdē lineæ addendæ ostensionē. Dabilis est linea 12
cui⁹ a c est pars aliquota/quæ ad lineam quā excedit in quātitate qua
a c excedit a b: se habet in maiori habitudine q̄ h c ad b c, vti est linea
ad a c dupla. Et dabilis est linea cuius a c est pars aliquota/quæ ad li-
neam quā excedit in quantitate qua a c excedit a b: habet minorē ha-
bitudinem q̄ h c ad b c, vti est quadrupla: ad a c. Et hæc verissima.
Quare dabilis est linea cuius a c est pars aliquota/quæ ad lineam quā
excedit in quātitate qua a c excedit a b: se habet in habitudine qua h
c ad b c. Et hæc cum sit necessario maior dupla/& minor quadrupla:
erit tripla ad a c, q̄re addēda ad a c: erit dupla ad ipsam seu diameter.
℄Vt autē in numeris tu videas illa vera quæ de dupla & quadrupla 13
ad a c dixi: ponas secūdum propinquitatē Archimedis a c esse 7/& a
b quasi 5. & sit b c vt in quadrāte ei æqualis etiā 5: erit h c quinq; cū
dimidio/secūdum propinquitatē positionis/q̄ semicirculus sit a c ter
cum vna septima scilicet quasi 22, & ita habitudo h c ad b c: erit qua-
si 5 cū dimidio ad 5/siue 11 ad 10. Et excessus a c super a b: quasi duo.
Vñ patet q̄ dupla ad a c sc3 14: se habet ad minorē ea ī quātitate ex-
cess⁹ qua a c excedit a b scilicet qui est q̄si duo puta 12/ī maiori habitu
dine q̄ 11 ad 10. Et quater a c scilicet 28: ad minorē ea in duobus scili-
cet 26 in minori habitudine est q̄ 11 ad 10. Ideo linea cuius a c debet
esse pars aliquota: debet esse maior dupla/& minor quadrupla. Erit
igitur tripla: cū sola sit media cuius a c est pars aliquota. Causa autē
cur procedit argumentatio/q̄ linea quæ quæritur debet esse a c pars
aliquota: est ista. quia cum debeat esse vna in omnibus orthogoniis:
tunc necesse est q̄ respiciat a c quæ etiā est vna in omnibus. & non a b
vel b c: quæ semp̄ variantur. Possent alii innumerabiles modi ostēsio-
nis ꝓpositionis adduci: sed isti sunt fundamētales sufficientes.
℄Multa hic ꝓpalātur: quoniā vides quomodo id q̄d verificat̄ de ma 14
ximo & minimo verificat̄ de mediis. Et q̄ ille q̄ videt maximū coinci
dere cū minimo q̄m maximū pariter & minimū: ille in ipso videt oīa.
Et praxim habes venādi scīētiā incōmēsurationis cōtrariorū: q̄ incō
mēsurabilia vident̄. Hæc mihi magna: & prius ītacta vident̄. Archi-
medes eteni qui p̄ helicā voluit rectā circūferētiæ circuli cōmensura
re: nihil de arte tetigit, nec id inuenit in dicto particulari: quod quæ-
siuit. peccauit enim: præsupponēs quod quæsiuit. Elica enim siue spi-
ralis linea: sine motu duorum punctorum quorum motuum habitu
do est vt semidiameter ad circunferentiā circuli describi nequit. Id
igitur supposuit dū de helica loqueretur: quod quæsiuit. Sed hæc sic
sint, redeam⁹ ad īstitutū: & ex fœcūditate propositionis aliqua elicia
mus correlaria/vt pari modo innumeralia his datis queāt explicari.

a a a

c bis: minus sagitta

c ter: minus sagitta

c quater: minus sagitta

ANNOTATIONES OMNISANCTI.

℄Intētio est ex oppositorū coīcidētia: mathematicā venari p̄fectionē. 1
℄Opposita illa: sunt arcus & chorda. & per eorū coincidentiā: mathematicam
venari vult p̄fectionē. Et hęc perfectio: cōsistit in inuentione duarū rectarū sese

habentiã vt chorda ad suũ arcum. Cũ enim duæ lineæ ad inuicem aut lõgitudine aut potestate sunt cõmẽsurabiles: inter eas cadit numerabilis habitudo/aut longitudinis aut potestatis. Potestas lineæ: dicitur quadrat⁹ lineæ. siue quadratus cui⁹ ipsa est costa. Si vero inter se sint potestate incõmensurabiles: inter eas nõ cadit numerabilis habitudo. vt mediũ proportionale inter costã quadrati & diametrũ: est ad latus quadrati & ad diametrũ incõmensurabile potestate. Ideo inter ipsum mediũ & costam aut diametrũ quadrati: nõ cadit numerabilis habitudo. similiter inter diametrũ & costam. non cadit numerabilis habitudo longitudinis: cũ sint inuicẽ longitudine incõmensurabiles. bene tamen cadit numerabilis habitudo potestatis. est enim habitudo diametri ad costam: dupla potestate. Sagitta chordæ: dicitur recta quæ cadit inter chordã & arcũ/secãs chordã & arcũ in duo æqua. Et quia quãto minor est chorda/tanto minus ab arcu exceditur/fitq; chorda arcui similior: ideo quãto minor est chorda/tanto ad arcum maiorẽ seruat proportionẽ. ecõuerso vero: arcus ad chordam minorẽ. vt demõstratum est in annotationibus Geometricarũ transmutationũ: circa principiũ. Quomodo minima chorda cũ minimo arcu coincidat: statim dicetur.

Minima igit chorda: qua minor dari nõ posset si assignabilis foret.


2 Ratio antẽ cur arcus sua chorda maior dicitur: est sagitta. Ratiõe sagittæ/describilis est intra lunulã triangulus: cuius maius latus est chorda. Ideo omnis arcus: sua chorda maior est. vt demonstratũ est in annotationibus Geometricarum transmutationũ. vbi etiã dictũ est q quãto chorda minor: tanto habitudo arcus ad chordã minor. eo q arcus minus chordã excedit. Minima igitur habitudo arcus ad chordã: erit habitudo minimi arcus ad minimã chordã. Vnde in simpliciter minimo arcu & minima chorda: videt intellectus arcus & chordæ æqualitatem. eo q ibi chorda sagitta careat: & sic nõ est minor suo arcu.

Si orthogonii latus/quo non est maius: ponatur linea prima.

3 Cum recta a centro circuli per medietatem chordæ ducitur ad arcum: diuidit arcum in duo æqua. Vt sit descriptus semicirculus a b c: sit d centrum. traho e f chordam/& traho d g b per medietatem chordæ: erit e b arcus æqualis arcui b f. Nam ex 3 tertij Euclidis: erunt d g e & d g f orthogonij/& æquales per 4 primi Euclidis. Ideo angulus e d b æqualis erit angulo b d f. & ex consequenti per vltimã sexti Euclidis: erit e b arcus æqualis arcui b f. Ex hos cõstat quid sit semiarcus: cuius semichorda est secũda orthogonij. & quomodo d e prima: scilicet semidiameter circuli/arcus/cuius e g secunda/est semichorda. Rursus cum ppositio dicat habitudinẽ semiarcus e b ad semichordã e g esse vt d e ter ad d e bis cũ d g: erit pariter arcus e b f ad chordã e f habitudo/vt ter d e ad bis d e cũ d g. Nam quæ habitudo semiarcus ad semichordã: eadem erit arcus ad suã chordã: per 13 Euclidis: quo fit vt habitudo cuiuslibet arcus ad suam chordam: eadem denominatione sit. Erit enim vt tres semidiametri: ad tres semidiametros minus sagitta.

Explanatio ppositionis. Orthogonius est tãto minor: quãto prima.


Textus de se planus est. *Sint* descripti isti duo orthogonij a b c & a d e quo-
4 rum primæ sint æquales: erit a d e orthogonius. minor orthogonio a b c. quia
eius secunda scilicet d e: est minor secunda alterius scilicet b c. Quãto igitur secunda orthogonij minor: tanto orthogonius minor. Vt si a e cõtinue a fixo moueatur versus h: continue fient minores orthogonij. eo q continue: semiarcus minores. & ex cõsequenti: semichordæ quæ sunt secũdæ orthogonorũ. cũ vero fuerit vna cũ a h: tunc peruentũ erit ad minimũ semiarcũ/minimã semichordam/& ad minimũ orthogoniũ. quia minima erit secũda. Et ab isto minimo orthogonio: elicitur maxim⁹. In minimo quippe secũda est minima: & prima minime excedit tertiã. In maximo: secũda quæ sit b c/maxima est secunda/quia maior esse nõ potest. si enim maior esset: nõ esset trium linearũ minima. quia tertia minor esset: q̃ non posset esse semichorda. quod per hypothesim requiritur. Erit maximus dicitur: quia prima maxime tertiã excedit. excedit enim cã in tã-



tum/ꝙ si plus excederet: tunc minimũ latus nõ esset semichorda. qđ requiritur. Ideo in maiori arcu quadrantis/ nõ possunt hi orthogonij inueniri: eo ꝙ minimum latus/ nõ potest esse semichorda. Ex his elicitur quomodo habitudo primæ minimi orthogonij ad tertiam: est equalis habitudini minimi semiarcus ad minimã semichordam. Nam si assignabiles forent: ex ꝓmissis/ esset vbiq̧ eadẽ habitudo. Quẽadmodum enim esset minimus semiarcus æqualis minimæ semichordæ: ita prima minimi orthogonij/ æqualis esset tertiæ.

❡Cõstat autẽ ꝙ qualiscũq̧ illa linea fuerit si in minimo orthogonio. 5

❡Sit descriptus quadrãs a f g. & sint in eo descripti duo orthogonij/ a b c scilicet & a d e. Per propositionẽ sub nota temarij (quæ artis propositio est) dictũ est habitudinem semiarcus ad semichordã: æqualẽ esse habitudini lineæ æqualis tribus primis lineis ter ad lineam æqualẽ duabus primis cum vna tertia. Sit igitur a l æqualis a c bis: erit f l vt ter a c/ & b l erit vt bis a c cũ a b. quare ꝑ propositionẽ artis/ habitudo f c semiarcus ad b c semichordã: erit vt f l ad b l. Similiter f l ad d l: est vt ter a e (quæ est prima orthogonij a d e) ad bis a e cum a d. quare per propositionẽ artis: habitudo f e semiarcus ad d e semichordã/ erit vt f l ad d l. Ex qua propositione duo pendent: quæ vult de Cusa ex sequẽtibus demonstrare. Primũ est ꝙ addenda in omnibus orthogonijs quorum minima linea est semichorda/ & quorũ primæ sunt æquales: est eadem. Nam quotquot descripseris orthogonios in quadrante quorũ minima linea sit semichorda (de his solum intelligitur) addẽda ad primã & tertiam erit a l. Secundũ ꝙ addẽda est vt prima bis siue diametrus circuli: cuius arcus habẽs pro semichorda secundã orthogonij/ est eiusdem circularitatis. Hoc est circulus & arcus: eandẽ lineam habẽt descriptionis/ scilicet primã orthogonij/ quę semidiametrus dicitur. Primũ: per præsentem textum demonstrat sic. Constat autem ꝙ qualiscunq̧ illa linea fuerit (subaudi quæ additur in maximo orthogonio) si in minimo etiam addi: tur: propositio verificatur. Rationem subiungit dicẽs. cum ibi prima & tertia scilicet in minimo orthogonio: sic sint sicut semiarcus & semichorda. Nã (vt dictum est) eandẽ seruat proportionẽ minimus semiarcus ad minimã semichordã: & prima minimi orthogonij ad tertiã. quare qualiscunq̧ illa linea fuerit quæ additur in maximo orthogonio: propositio vera remanet. Et quia sic est (vt inquit) ꝙ linea quæ additur in maximo orthogonio/ est etiam illa quæ additur in minimo orthogonio: igitur & in omnibus intermedijs orthogonijs/ eadẽ remanebit. Manifestum est ꝙ illa quæ additur ĩ maximo orthogonio: illa est quæ additur in minimo. Nam cũ habitudo primæ minimi orthogonij ad tertiam/ & minimi semiarcus ad semichardam sit æqualitatis: erũt proportiones æquales/ vt dictum est. Ideo quæcũq̧ addetur primæ & tertiæ minimi orthogonij: nulla ratione immutabit habitudinẽ primæ ad tertiã (quia semp æquales) nec pariter habitudinẽ minimi semiarcus: ad minimã semichordã. Et ex consequẽti constat: quomodo infinitæ lineæ diuersæ/ ad primam & tertiã minimi orthogonij addi possunt. quæ licet diuersæ sint longitudinis: nulla ratione habitudinẽ minimi semiarcus ad minimã semichordã imitari poterunt/ sed protinus eadem resultabit habitudo. Patet. Nam vna est vna linea: quæ additur primæ & tertiæ. Igitur per cõmunem scientiam/ quia æqualibus æqualia adduntur: fient rursus æqualia. Verum igitur constat ꝙ quæ additur in maximo: illa sit quæ in minimo additur orthogonio. At cũ illa quæ additur in maximo orthogonio: sola non sit quæ in minimo additur orthogonio (infinitæ enim (vt diximus) diuersæ longitudines in minimo addi possunt) hæsitari igitur potest: an quæ in maximo additur orthogonio/ ĩ intermedijs orthogonijs eadẽ remaneat. Si enim q̃ additur in maximo sola posset addi & in minimo: nihil hæsitatiõis haberet propositio. Nã nõ potuisset tunc ĩ intermedijs addi maior q̃ in maximo: nec minor q̃ in minimo. & ideo necessario eadem esset in omnibus intermedijs. aliter: implicatio sequeretur contradictionis. Nihilominus: sic supponit de Cusa. Ex his pẽdet: quomodo addenda (secundũ suppositionẽ) in omnibus orthogonijs semper ad primas eandem tenebit habitudinẽ in vno orthogonio/ quã in alio. Si enim ortho




gonij æquales habuerint primas/quæ addetur oībus his orthogonijs : vna erit & eadem. Q2 si diuersas primas habuerint : tunc addendæ diuersæ longitudine erunt, tamen ad primas suorum orthogoniorū: eandem tenebunt habitudinē. Hoc facile sic patet. Sumatur orthgonius quadrati a b c : & alius cuius latera sint maiora. & sint inuicem similes. Manifestum est quia in orthogonio quadrati addenda est prima bis: erit in orthogonio a b c addēda a l. & addēda in alio maior: erit maior a l. tamen hæ addendæ etsi diuersæ sint longitudinis: ad suas primas/eandem seruant habitudinem/scilicet longitudine duplam.

¶ Et hæc est radix huius sciētiæ. ex qua sequitur q̄ si reperio lineam.

6 ¶ Repetitio b c in litera: nō debet sumi de eadem linea. qd aperte demonstratur cum dicitur: semiarcus semichordarū tenere habitudinē vt 3 ad 2. Sed b c vt est secūda orthogonij quadrati: maior est b c quæ est secunda orthogonij hexagoni (cū primæ fuerint æquales) vt hic orthogonius a b c in quadrante: cuius b c æqualis est a b est quadrati. & orthogonius a b c cuius b c est medietas a c: est hexagoni. Vnde h c semiarcus maior/ad h c semiarcum minorē se habet vt 3 ad 2 longitudine. Nam maior semiarcus: est circunferētiæ circuli pars octaua. & minor: pars 12. modo 1 octaua ad 1 duodecimam: se habet vt 3 ad 2. vt in 24 videri potest. Nam 3 vigesimæquartæ faciunt 1 octauā: & 2 vigesimæquartæ faciunt 1 duodecimā. sicut igitur 3 vigesimæquartæ ad 2 vigesimasquartas: ita 1 octaua ad 1 duodecimā. similiter h c maior semiarcus: ad h c minorē semiarcum longitudine. Aduertendū est cum de Cusa duarū linearum habitudinē proponit simpliciter/& sine addito: tunc habitudo illa longitudinē linearum respicit. Nā cum habitudo respicit potētias linearum: ponit habitudinē potentiæ lineæ ad potentiā alterius. vt prius dictū est. Repetitio igitur b c: nō est eiusdē lineæ. dicit cōsequēter q̄ si reperiatur addēda in orthogonio q̄drati a b c/cuius b c est semichorda quadrātis & ponatur addēda a f/ita q̄ h f ad a f cum a b tertia orthogonii quadrati/sit sicut h c semiarcus quadrantis ad b c semichordam/& similiter si reperiatur addēda in orthogonio a b c hexagoni: cuius h c est semichorda arcus hexagoni/& quæ reperiuntur hincinde si teneant eandē habitudinē ad primas suorum orthogoniorum: inuenta erit linea addenda in omnibus orthogoniis. Necesse enim erit vt eandem habitudinem ad primas seruent: si addēda eadem debeat esse (vt supponit) in omnibus.

¶ Hoc facile sic patet. Possibile est lineam æqualem tertiæ adiunctis duabus primis orthogonii/secundis: in aliquo loco se habere vt.

7 ¶ Postq̄ suo modo de Cusa monstrauit lineam addendā in omnibus orthogonijs: eādem esse. quia eadem est quæ in maximo: & minimo. Iam vult demonstrare secundum: scilicet q̄ ipsa addenda sit prima bis/siue dupla lōgitudine ad primam/vel diametrus circuli. qd idem est. Et primo in orthogonio hexagoni. Dicit igitur. Possibile est lineam æqualem tertiæ/adiunctis duabus primis orthogonij: ad lineam ex prima adiunctis quatuor secundis/in aliquo loco se habere vt semichorda ad semiarcum. Orthogonius hic erit hexagoni. cū prima orthogonij hexagoni ad secundam: longitudine dupla sit. vt dictū est. Et ideo subiungit de Cusa dicens: & ita erit vbi secunda erit medietas primæ. Sit igitur descriptus quadrans a h i: & in ipso orthogonius a d e quadrati & a b c hexagoni/& tertius a f g minimus trium. addo ad a b tertiā orthogonii hexagoni: duas primas quæ sint a l. & ad primā: scilicet a c vel a h (qd idem est) addo quatuor secundas, scilicet quater b c/quæ facient æqualem a l. Nam bis b c: facit æqualem a c. sicq; quater b c: faciet bis a c/siue a l. Dicit de Cusa b l ad h l: se habere in aliquo loco vt semichorda ad semiarcum. Nam datur vbi in minus: vt in maioribus orthogonij. eo q̄ maiores orthogonijs: maiorem habent secundā. & sic habitudo semichordæ ad semiarcum: minor continue fieri potest/habitudine b c ad h c. In qua habitudine: intendit demonstrare esse b l ad h l. Est enim d e ad h g longe in minori habitudine q̄ b c ad h c. quia d e: longe maior q̄ b c. Et dictum est in de Geometricis transmutationibus q̄ q̄to chorda maior: tanto minorem




ad suū arcū seruat proportionē. Transeat igitur q̃ aliqua semichorda ad semiarcum: minorē seruet ꝓportionē q̃ b l ad h l. Sequit̃. ¶ Et datur etiam vbi in plus, hoc est vbi semichorda ad semiarcū: maiorē seruat proportionē q̃ b l ad h l vt in minoribus orthogonijs: eo q̃ minorē habebunt secundam/quæ sunt semichordæ. & quãto chorda minor: tanto ad suū arcum maiorē seruat proportionem, vt quia f g minor est b c: ideo f g ad h g maiorē seruat proportionē q̃ b c ad h c, per ꝑmissa. Transeat rursus q̃ aliqua semichorda ad semiarcum: maiorē seruet proportionē q̃ b l ad h l. Sequit̃. ¶ Igitur in aliquo loco datur vbi nec in plus nec in minus: hoc est dabilis est semichorda quæ ad semiarcum nec minorē nec maiorē seruet ꝓportionē q̃ b l ad h l. Trãseat similiter. Seqtur. ¶ Vbicunq̃ hoc fuerit: oportet q̃ sit eadē quæ additur ad tertiam & quæ additur ad primã/scilicet ad a b & ad a c. Sequitur. Sed quæ additur ad tertiam: est prima bis. Igitur quæ additur ad primã: erit prima bis. Hoc etiã verū. Nõ enim potest addi maior nec minor a l ad a b & a c: vt sint habitudinis b l ad h l. Sed adhuc hoc non sufficit: ad intentū concludendū. Nam licet dabilis sit orthogonius in quadrante a i h: cuius secūda pro semichorda posita se habeat ad semiarcum sicut b l ad h l. necesse est probare: q̃ sit a b c. Nam si in paulo maiore orthogonio a b c: detur nec plus nec minus b l ad h l. hoc est cuius secūda siue semichorda ad semiarcū sit/vt b l ad h l: tunc b l ad h l minorem seruabit proportionē q̃ h c ad h c. Itidem si in paulo minore a h c detur nec plus nec minus: tunc b l ad h l maiorē seruabit proportionē q̃ b c ad h c. Videtur igitur non satisfacere ad inferendū lineã addendã in orthogonio a b c ad habēdã habitudinem b c ad h c: esse a l siue primã bis. q̃q̃ b l & h l in aliquo loco se habeat vt semichorda ad semiarcū. aut q̃q̃ dabilis sit semichorda in quadrante a i h: quæ ad semiarcum se habeat vt b l ad h l. Nõ tamē ex præmissis: potest inferri esse b c.

¶ Sic poteris & aliter id ipsum videre. Puta datur vbi prima bis cū secunda bis: se habet ad primã ter sicut semichorda ad semiarcum. argumentando vt ante.

¶ Resumatur figura vltima: & in quadrante describo orthogoniū a o n. sitq̃ n o medietas de a o: tunc o l ad h l erit vt prima bis in a l/cū secūda bis in a o (quæ est bis o n) ad primã ter. & ideo o l ad l h: est tanq̃ prima bis cum tertia ad primã ter. vult eodem modo (vt ante) probari posse o l & h l in aliquo loco se habere vt semichordã ad semiarcū. quia datur vbi in minus: vt in maioribus orthogonijs. et vbi in plus: vt in minoribus. quare datur vbi nec i plus: nec in minus. Sed vt prius dictū est/necesse est demõstrare q̃ nec plus nec minus datur in orthogonio a o n: ad concludendum intentum. 8

¶ Sed vt tu videas vtiq̃ esse vt habet propositio.


¶ Sint orthogonij a b c & a b d hexagoni & æquales: erit triãgulus a d c æque laterus. Nam a c: dupla est longitudine ad b c. similiter a d: ad d b. quare per 13 quinti Euclidis/a c & a d ad d c erit longitudine dupla. et cū a c & a d sint æquales: erit d c æqualis cuilibet ipsarū/& inuicem erunt pariter æquales. Rursus ex a d/arcum d e c describo: qui hexagoni erit. continuo a b vsq̃ arcum: erit b e sagitta. Cõtinuo a d & a c: faciēdo eas indefinitę q̃ntatis signo in ipsis æqualem a c: & sint c s & d p. deinde signo vltra a p & a s æqualē a b: & sint s g & p f. traho f g: erit triangulus a f g similis triangulo a d c/quia æquiangulus. sunt enim per secūdam partē 29 primi Euclidis: isti duo anguli f g a & b c a æquales. cū f g: sit æquidistãs ad b c. similiter isti duo anguli sunt æquales g f a & b d a: per eandē 29 primi Euclidis. erit igitur a f g: triãgul⁹ æquilaterus. et ex cõsequēti: erit f g æqualis a c a d et a b simul sicut est a g vel a f. Describo ex a f arcū f l g: qui erit arcus hexagoni sicut d e c/(cū æquales capiant angulos) ideo similes erunt: per diffinitionē similiū arcuū. sicut igitur d e b ad b c: ita f l g ad f g/vt prius mõstratum est. Rursus signo post a f et a g æqualem b e sagittæ: & sint g i & f h. traho h i: erit vt prius a h i triangulus 9



æquilaterus. Vnde sicut a i ad a g se habet vt a c ter ad a c ter min⁹ b e sagitta: ita h i ad f g. Dicit igit̃ de Cusa f l g arcũ excedere f g chordã: in b e sagitta. Q2 si ita fiterent h i æqualis arcui f l g. cũ h i excedat f g: in quo a i excedit a g: scilicet in g i quæ est æqualis b e sagittæ. Et illud in vim propositionis artis dicit: quæ dicit a c ter (vt est a i) ad a c bis cũ a b (vt est a g) se habere vt i e c semarcũ ad b c semichordã. & sicut e c ad b c: ita e d ad b d. quare p 13 quiti Euclidis: d e c ad d c erit sicut e c ad b c. & ex cõsequẽti: sicut a i ad a g. Rursus sicut d e c ad d c ita f l g ad f g. quare per 11 quinti Euclidis: sicut h i ad f g ita f l g ad f g. cũ sint proportiones vni æquales: scilicet d e c ad d c. Et quia f l g ad f g est sicut h i ad f g: erit f l g æqualis h i per 9 quinti Euclidis. Sequit̃. ¶ Hoc quidẽ in aliquo possibile esse negari nequit: scilicet arcũ aliquẽ excedere f g chordã i b e sagitta. Hoc est certũ. Sequitur. ¶ Puta vbi tres semidiametri minus sagitta: sunt triplæ ad chordã. Si hoc ita sit: tũc f l g arcus erit. Nã a h/a i/& a k: sunt tres semidiametri min⁹ sagitta sicut sunt a d/a c/& a b/& sunt triplæ ad f g chordã. qd sic patet. Nã a k i & a b c orthogonij sunt æquianguli: vt satis mõstratũ est. Igitur p 4 sexti Euclidis/sicut a i ad a c: ita a k ad a b. sed a i ad a c est tripla lõgitudine: erit igit̃ a k ad a b etiã tripla lõgitudine. similiter a h ad a d: est tripla lõgitudine. quare p 13 quiti Euclidis: a h a i & a k simul/triplę sunt ad a d a c & a b simul. Sed f g: æqualis est a d a c & a b simul. (vt dictũ est) Igitur a h/a i & a k simul: triplę erũt ad f g chordã. Sequit̃. ¶ Tamẽ sine ibi sine alibi: nõ variat. sufficit q̧ i aliquo loco: sit possibile. Si eni alibi q̃ hic: puta in f l g. hoc erit quia f l g est maior: aut minor h i. q̧ si maior vel minor: tunc nõ erit arcus hexagoni cui⁹ f g chorda erit: & sic f l g arcus hexagoni ad f g chordã: aliã habitudinẽ seruabit/aut maiorẽ aut minorẽ q̃ h i ad f g. & ex cõsequenti d e c: ad d c. sicq; de Cusa: a suo decideret ꝓposito. Nã habẽdã habitudine d e c ad d c vel e c ad b c: (qd idẽ est) addẽda esset ad a c & a b maior vel minor a c bis. Si igitur a c bis addẽda sit: ꝓbare habet de Cusa arcũ f l g. chordã f g/excedere in sagitta b e. & q̧ nullus alius arcus q̃ f l g: sic excedere valeat f g chordã. qd ex sequẽtibus demonstrare nititur.

¶ Et hoc si volueris vt ante probare poteris, quia datur vbi excessus.


10 ¶ Hoc est/dabilis est aliquis arcus cui⁹ f g chorda (in vltima figura) erit q̃ ipsam chordã excedet in min⁹ q̃ b e sagitta. Et hoc est certũ. Nam si k a fiat indefinitæ quãtitatis & in ipsa signẽtur cẽtra diuersa: ab his qui remotiores erũt chorda/arcus minores sup chordã f g describẽtur. & quãto remotiores: tãto erũt arc⁹ minores. Et datur vbi in pl⁹: hoc est dabilis est aliqs arcus cui⁹ f g chorda erit/ qui ipsam chordã excedet in plus q̃ b e sagitta. Nã quãto cẽtrũ a quo describet̃ arc⁹ ꝓpinquius erit f g: tãto arc⁹ maior erit. Datur igit̃ vbi nec in plus nec in minus: hoc est dabile est cẽtrũ in k a indefinita/a quo describi poterit arc⁹ cui⁹ f g chorda erit/excedẽs ipsam chordã in b e. trãseat. Sequit̃. ¶ Vbicũq; autẽ hoc fuerit: patet a c a d & a b simul ad a c ter esse vt chorda ad arcũ. est verũ. Sed nõ sequit̃ q̧ sit vt chorda ad arcũ hexagoni: nisi fuerit ibi scilicet i f l g. Si eni alibi q̃ hic: detur arcus æqualis rectæ h i/cui⁹ arcus chorda sit f g. sequit̃ q̧ ibi nõ poterit dari: scilicet in f l g. Nõ eni possunt inæquales arc⁹ habere chordas æquales: & esse inuicẽ similes. capiũt eni arc⁹ inæquales/æqualiũ chordarũ: inæquales angulos: ideo sũt dissimiles. Si eni f g subtendat̃ maiori arcui q̃ f l g: erit semidiameter circuli/talis arcus minor a l. & ideo angulus ab ipso capt⁹: maior erit angulo f a g. vt de se cõstat. Erit igit̃ f l g arcus: maior vel minor h i recta. puta si alibi q̃ in f l g: det̃ arcus æq̃lis h i rectæ/qui scilicet excedet chordã f g in b e sagitta. Si vero f l g minor sit recta h i: tũc addẽda ad a c & a b maior erit a c bis. Nã f l g ad f g: minorẽ seruabit proportionẽ q̃ h i ad f g. p 8 quinti Euclidis. Et quãto addẽda ad a c & a b maior erit: tanto minorẽ facit habitudinẽ arcus ad chordã. vt statim dicet̃. E cõuerso vero si f l g maior sit h i: addẽda minor erit a c bis. Non igitur videtur sufficere q̧ in aliquo loco detur arcus cuius chorda sit f g/qui arcus ipsam chordã excedet in b e sagitta: nisi sit ibi scilicet in f l g. Nam si alibi detur nõ se habebit ad chordã vt arcus hexagoni ad suã chordã. qd est necesse: si a c bis sit addenda. Habet igit̃ demõstrare q̧ sit ibi: & non alibi. alias addenda: dice



retur maior aut minor a c bis. Sequitur aut igitur ibi (scilicet in f l g) ubi arcus excedit chordã in dicta sagitta scilicet b e: æquãtur a c ter cũ a c ter minus sagitta/chordæ & arcui simul. Aduerte quomodo supponit f l g arcũ: excedere f g chordã in dicta sagitta. Sequitur. aut ultra vel citra: datur arcus & chorda quæ æquãtur simul a c ter cum a c ter minus sagitta. Si citra: sit q v t arcus cum q t chorda:/& dicatur q arcus chordã excedat in dicta sagitta. hoc est impossibile. quia minor arcus: haberet tunc maiorẽ chordã. nõ enim potest esse chorda: minor f g. Sic si dicatur ultra: tũc maior arcus haberet minorẽ chordam. Sed hoc nõ videtur sufficere: nisi supponatur f l g esse arcus qui quæritur. Nam si sit maior f l g:/& sit o t m quę excedat chordã in dicta sagitta: nõ ibi/sed alibi. cum erit alterius circularitatis. Non enim est incõueniens æquales arcus diuersæ circularitatis habere diuersas chordas. immo habere æquales: est ĩpossibile. Similiter si dicatur minor:/& sit q v t: tunc ibi q v t arcus nõ excedet chordam suam in dicta sagitta/sed alibi. cum scilicet erit alterius circularitatis: sic q f g erit chorda.

CCur autem sit diameter ejusdẽ circuli forte poteris dicere q linea.

C Textus de se planus est. dicit q linea addenda in orthogonijs est diameter circuli: siue prima bis. qđ idem est. Et illius circuli est diameter: a quo arcus suã habet circularitatẽ. scilicet a circũductione primæ orthogonij: quæ est illius circuli semidiameter.



CAdiiciã aliã eiusdẽ lineæ addẽdæ ostẽsionẽ. dabilis est linea cui⁹ a c.

C Postq̃ de Cusa suo modo demonstrauit addendã primis & tertijs orthogoniorum esse primã bis siue diametrũ circuli: ex sequẽtibus idem demõstrare nititur in orthogonio quadrati/secundũ propositũ ab eo sub nota 6. Dicit igitur q dabilis est linea cuius a c est pars aliquota/quæ ad lineã quã excedit in quãtitate qua a c excedit a b: se habet in maiori habitudine q̃ a c ad b c. & dabilis est: quæ se habet in minori. Igitur dabilis est: quæ se habet nec in maiori nec in minori. Sic etiã quis argumẽtari potest. Posito q a c potestate sit 2: erit a b vnũ. & sit d f longitudine dupla ad a c: erit potestate quadrupla. quare potestate: erit vt 8. Vnde d f ad a b potestate: erit vt 8 ad vnũ. Tũc sic argumentor. Potest dari linea cuius a b est pars aliquota/quæ ad a b in minori erit habitudine: q̃ d f ad a b. vt patet de dupla lõgitudine: quæ sit g k. Nã g k ad a b potestate erit: vt 4 ad vnum. Et potest dari linea cuius a b est pars aliquota: quæ ad a b erit in maiori habitudine q̃ d f ad a b. vt constat de quadrupla lõgitudine: quæ sit g m. Se habet enim g m ad a b potestate: vt 16 ad vnũ. Igitur dabilis est linea cui⁹ a b erit pars aliquota: q ad a b erit vt d f ad a b. & cũ sit necessario maior dupla lõgitudine & minor q̃ dupla lõgitudine: erit tripla/q̃ sit g l. Nã sola tripla est media inter duplã & quadruplam: cui⁹ a b sit pars aliquota. Nõ enĩ ppterea sequit: g l ad a b esse sicut d f ad a b. tũc enim esset g l æqualis d f: p 9 quinti Euclidis. Est enĩ g l ad a b: vt 9 ad vnũ potestate. & d f ad a b: vt 8 ad vnum potestate. quare g l erit maior: per 8 quinti Euclidis. at ppter argumentũ de plus & minus apparens & non existens: infertur quædã propinquitas. Igitur si a c ter ad a c bis cũ a b sit vt h c ad b c: non tamen formaliter videt sequi ex argumento a de Cusa facto. Et ratio est. Nã cũ argumẽtamur per plus & minus ad æquale cõcludẽdũ: necesse est q fiat transitus a maiore ad minus per oĩa intermedia. qđ in nullo istorum argumentorũ obseruatur. Ideo formalia non sunt. 12

CVt autẽ in numeris tu videas illa vera: quę de dupla & quadrupla.

C Archimedes ponit habitudinẽ circũferentiæ circuli ad diametrũ: longitudine minorẽ esse tripla sesquiseptima. maiorẽ: tripla supdecupertiẽte septuagesimas primas. Vnde medietas circũferentiæ ad diametrũ: est ferme vt 11 ad 7 lõgitudine. similiter & arcus quadrãtis: ad semidiametrũ. Sit igitur a b c: orthogonius quadrati. & ponatur a c lõgitudine 7: erit potestate 49. & cum a c potestate sit dupla ad a b: erit a b potestate vt 24. cum 1 secũda. longitudine vero: erit paulo minor 5: cuius quadratus est 25. Dicit igitur de Cusa tam per præsentẽ textũ q̃ per precedentem: q dupla lõgitudine ad a c quæ sit h d/ad h d quã excedit in quãtitate qua a c excedit a b/maiorẽ seruat proportionẽ q̃ h c ad b c. similiter &

q̄ quadrupla ad a c quæ sit h f/minorē ad b f quā excedit in quātitate qua a c excedit a b seruat proportionē q̄ h c ad b c. Et hoc in propinquis demōstrat nu merís:sic. Arcus quadrātis(vt diximus)ad semidiametrū:ferme longitudine est vt 11 ad 7. erit igitur h c:quasi 5 cum 1 secunda. & a b:est quasi quinq̄. similiter b c:ei equalis. Erit igitur. h c ad b c:quasi 5 est 1 secūda ad 5. siue vt 11:ad 10. Et cum a b sit quasi 5:erit b h etiā quasi 2. Vnde h d ad b d:est vt 14 ad 12 longitudine. Nam a c bis:vt est h d facit 14. & a c bis minus sagitta:vt est b d/erit 12. cum b h:ponatur 2. Modo 14 ad 12:est vt 7 ad 6. quæ ꝓportio est sesquisextas & maior 11 ad 10/quę est sesquidecima. Rursus quadrupla ad a c/vt est h f:est lōgitudine 28. & b f:est minor h f in 2. quare b f:erit 26 longitudine. Et 28 ad 26:est vt 14 ad 13/quę est proportio sesquidecimatertia. & minor est 11 ad 10/quę est sesquidecima. Ideo dicit de Cusa/lineā quæ ad minorē in quātitate b h se habebit vt h c ad b c/& cuius a c erit pars aliquota:debere esse maiorē dupla longitudine ad a c & minorē quadrupla. & cum sola media sit tripla:ipsa erit quæsita & sit h e. vnde dicit h e ad b e:esse sicut h c ad b c. Nam accedit ad habitudinē:h c ad b c. Est enim h e longitudine 21:& b e erit quasi 19(quia paulo minor erit)& habitudo accedit in quadā propinquitate:ad habitudinē 11 ad 10. Et ideo propter hanc propinquitatē quę multum apparētię habet:concludit de Cusa addendā primis & tertiis orthogoniorū esse primā bis. vt a c q̄ est prima bis:addita a c siue a h & a b/facit habitudinē h e ad b e. Ex his elicitur quomodo quāto addenda ponitur maior:tanto habitudo semiarcus ad semichordā ponitur minor. Et quāto minor:tāto habitudo semiarcus ad semichordā maior. vt si ponatur a f: tunc h c ad b c minorem seruabit proportionē/q̄ si ponatur a e. & adhuc minorem:q̄ si ponatur a d. vt de se patet:per numeros propinquos. Quod addit de Cusa de prima orthogonij quæ eadē est in omnibus orthogonijs & immutabilis/ & propterea/eā respicere debeat linea addenda/quā etiā ponit eandē in omnib⁹: verum est q̄ in hoc eam respicit/supponēdo lineam addendā in omnibus eandem esse. Sed nō inde sequitur:q̄ ipsa prima/lineæ addēdę esse debeat pars aliquota. Ista igitur duo supponit de Cusa: quæ minus sufficienter ex præmissis videntur esse demonstrata.

¶ Multa hic propalantur: quoniā vides quomodo id qđ verificatur.

14 ¶ Sicut superius diximus⁹. Nō formaliter sequitur verificatur de maximo & minimo. ergo de omnib⁹ medijs verificatur. Sed bene formaliter sequitur de omnib⁹ medijs verificat̄: igitur & de maximo & minimo verificabit̄. Per cōtraria: chordā & arcū intelligit/quorū scietia habet̄ per ꝓmissa hoc est eorū habitudo: quæ est vt prima ter:ad primā ter minus sagitta. Ex qua habitudine faciliter haberi potest numeralis habitudo:saltē ꝓpinqua/per ea quę dicta sunt in cōplemētis Arithmeticis. Quod subiūgit de helica:prius locuti de ipsa sumus in de mathematicis cōplementis. vbi hanc literam adduximus.

1 Illa est habitudo trium semidiametrorū ad tres semidiametros minus sagitta chordæ quadrātis & minoris:quæ est cuiuslibet arcus ad suam chordam. Vt si b c sit chorda quadrantis & minoris/ & de a centro per medium b c ad e circunferentiam sector ducatur: illa est habitudo a e ter sumpta/ad a e bis sūpta cum a d/quæ arcus ad b c chordā. Cur autē dicitur de chorda quadrantis & minoris:patet ideo q̄a in maiori chorda/latus orthogonii quo non est minus/nō possit esse semichorda, qđ tamē requiritur. Et sic clare patet correlariū istud: ex præmissis.

2 ¶ Datum arcum:in rectā resoluere. Arcus enim si est quadrās & minor:ipsum sic recipito. si maior:partem eius recipito aliquotam/quę sit quadrans aut minor. & sit b c arcus quadrantis:in rectā resoluendus, trahe de a centro lineas per b c in infinitum / & altam ad me-

dium chordæ scilicet a d/& inter infinitas lineas vnam æquidistantẽ
ad b c chordã describe/quæ sit æqualis a b a d & a c/& sit e f/æqualis
illis.in e f signa a b:& sit f g vt a b.& trahe a g lineam: notando vbi b
c chordam secat/pono h literam.dico h c:esse tertiá arcus. Tripla igi
tur h e:& redegisti arcum in rectam. Vel trahe æquidistãtem ad b c
versus cẽtrum quæ sit i k l:ita q̧ a i a k & a l simul/æquẽtur b c chor-
dæ/& a i erit tertia arcus.hæc omnia de se patent.

¶Datam rectã:in arcum resoluere.Sit a b recta:quã si vis in quadrã- 3
tem alicuius circuli resoluere.fac de o centro lineas quæ rectũ angu-
lum constituant exire indefinitæ quãtitatis:quę sint o d/& o e/& aliã
fac transire e medio anguli scilicet o f.& tertiá partem lineæ resoluẽ-
dę signa in o d & o e:& sit o g vt tertia a b/similiter & o h/trahẽdo g
i h.& cõsequẽter trahe æquidistãtem ad g i h æqualem o g o i & o h/
& sit k l illis æqualis.& describe quadrãtẽ cuius k l chorda erit: quia
ille est cui a b æquatur. Et si in alium arcũ resoluere volueris/qui fue
rit minor quadrante:eodẽmodo facito.Si maior:recipito partem ali-
quotam.Puta vis in circulũ reducere:recipito quartã partem rectæ/
& resolue in quadrantem/& totum in circulum reduxisti.

¶Si vero datam rectam in arcum dati circuli:resoluere volueris/vel 4
cum tota/vel cum parte aliquota eius: procede modo quo supra/an-
gulum d o e variando/ quousq; attingas chordam quæ o g/o i/& o h
æquatur.

¶Datum arcũ vnius circuli:in arcum alteri⁹ circuli resoluere. Hoc 5
fit rẽsoluendo ipsum primo in rectam: deinde rectam in arcum alte-
rius modo præmisso.

Angulos qui se habent vt datæ lineæ:assignare. Hoc fit in resoluen- 6
do lineas in arcus eiusdem circuli: & a cẽtro sectores ad fines talium
arcuum trahendo.

Quæ est habitudo semidiametri ad semidiametrũ minus sagitta: il- 7
la est tertiæ arcus ad excessum quo chorda duas tertias arcus sui ex-
cedit. Puta sit b c chorda quadrantis: & in illa per præmissa signasti
duas tertias arcus scilicet c d & d e.Dico q; habitudo tertię arcus ad
e b excessum quo chorda duas tertias excedit: est sicut semidiameter
ad semidiametrũ minus sagitta. Patet correlarium ex præmissis. Et
habet veritatẽ in maximo & minimo orthogonio:& in oibus mediis.

¶Chordam partis aliquotæ dati arcus assignare.Puta tu vis ex sciẽ- 8
tia chordæ quadrantis: scire chordã arcus qui est medietas quadran
tis.tu nosti partem chordæ quadrãtis quæ æquatur tertiæ arcus:&
recipis medietatẽ illius & addis ei similem/& quæris excessum qui se
habeat ad vnã tertiã sicut sẽidiameter min⁹ sagitta ad sẽidiametrũ.

¶Si tres semidiametri min⁹ sagitta fuerint triplę ad chordã:erat ar 9
cus vt semidiameter.

¶Si fuerint duplę ad chordã:arcus se habebit in proportione sesqual 10
tera ad semidiametrum.

¶Tres semidiametri:sunt mediũ ꝓportionale inter tres semidiame 11
tros minus sagitta & semicirculum.

12 ℭSi tres semidiametri minus sagitta fuerint multiplices ad chordã: sic erunt tres semidiametri minus sagitta/ad chordam medietatis arcus/& cuiuslibet partis aliquotæ proportionabiliter.

13 ℭTria latera trigoni æquilateri: erũt vt circunferentia circuli illius cuius diameter est tertia pars duorum laterum & lineę rectæ de centro ad medium lateris ductę.

14 ℭSi a centro tres lineæ ducãtur vna per principium chordę quadrãtis aut minoris arcus/alia per medium/tertia per finem quæ in linea æquidistanti chordę terminantur ita ꝙ illarum trium linearum habitudo ad chordam sit vt circunferentiæ ad arcum: tunc linea ducta per principium chordæ triplicata/est æqualis circunferentiæ.

15 Arcus æqualis trib⁹ quartis diametri: excedit chordam suam in medierate sagittæ.

16 ℭDiameter circuli: est æqualis duab⁹ tertiis laterum trigoni isoperimetri & semidiametro circuli eidem trigono inscripti.

17 ℭExcessus semicirculi sup duas chordas quadrantis: est vt excessus diametri quadrati æqualis tertiæ parti eius super suam costam.

18 ℭ Valor trium diametrorum circuli ad suam circunferentiam: est vt radix de.4.cum radice de.36.& de.12: ad.12.

19 ℭScientia chordarum: nunc extat perfecte adinuenta.


20 ℭScientia quadraturę circuli: suum finem sortita existit.

21 ℭSecũdum daratum linearum habitudinẽ: siue commensurabilium siue incommensurabilium: lineas & superficies rectas & curuas atq; corpora dare/docet hæc ars perfectissime.

ANNOTATIONES OMNISANCTI.

Illa est habitudo triũ semidiametrorũ ad tres semidiametros minus.

1 ℭEx proportione artis: hæc fit manifesta. Nam per eam dictum est habitudinem semiarcus ad semichordã: esse vt lineã æqualẽ tribus primis orthogonij ad lineam æqualẽ duabus præmis cũ vna tertia. Et que est habitudo semiarcus ad semichordã: illa est arcus ad chordam. vt dictum est. Sit igitur descriptus semicirculus n e o: in ipso traho chordam quadrãtis b c.& a centro a per d medietatem chordæ: traho a d e. erit b e arcus: æqualis e c per iã dicta. traho similiter a c: & a b. Est manifestum per ꝓpositionẽ artis: e c ad d c vel b e c ad b c esse sicut a c ter ad a c bis cũ a d. siue vt lineã æqualẽ tribus a c: ad lineã æqualem duabus a c cum a d qd idem est. Et ex cõsequenti habitudo a c ter/siue trium semidiametrorum ad a c ter minus e d sagitta chordæ æquadrantis: erit vt b e c arcus/ad b c chordam. Nam a c ter minus sagitta d e/& a c bis cum a d: lineam æqualem cõstituunt. Et ita de reliquis arcubus: dicẽdũ est. vt sit tracta chorda f h g/& tractis a f & a g: erit habitudo a f/a e/& a g simul/ad a f a e & a g simul/min⁹ sagitta chordæ f g scilicet h e: quæ est f e g arcus/ad f g chordã. Ista p præmissa: patent. Notãter dicit̃ chordæ quadrãtis & minoris: & nõ maioris. Vt si tracta fuerit k l: quę sit chorda arc⁹ k e l tertiæ ptis circũferẽtiæ circuli. nõ erit habitudo a k a e & a l simul/ad a k a e & a l simul̃ min⁹ m e sagitta chordę k l: q̃ est: k e l ad k l. Et ratio ẽ qa orthogonij chordę k l q sunt a m l & a m k: sub priorib⁹ nõ cõprehẽdunt̃. quorũ scilicet minimũ lat⁹ quo dari min⁹ in ipsis nequit: est semichorda. In istis vero: minimũ lat⁹ scilicet a m/semichorda eẽ neqt. Et ideo post chordã q̃drãtis chordę maiores: a ꝓpositiõe excludunt̃. ꝓpter iã dictã rationẽ. Ex his multa pẽdẽt. Et nõ nulla hic apponem⁹: ad p̃cedẽtiũ & subsequẽtiũ faciliorẽ intelligẽtiã. Primũ est. Semidiameter⁹ circuli isopimetri cuiuslibet polygonię: æq̃lis est primæ polygoniæ cũ duab⁹ tertijs sagittę. Quo fit vt portio sagittę addẽdę primis polygo




niarũ ad habẽdã semidiametrũ circuli isoperimetri: similis sit & eadẽ in oĩb9. Cũ de polygonia loquimur: trigonũ æquilaterũ excludim9. qa eius semilat9/ semichordã cõstituẽs nõ potest ẽẽ minimũ latus in suo orthogonio. vt iã diximus. Ipsius trianguli orthogonius: in superiore figura est a m l siue a n k. Propositio patet sic. Sit descriptus quadratus a b c d: traho a d & b c diametros: & vbi se secant pono e. traho rectã e f quæ sit prima quadrati: & e b secũda. Modo quippe opposito se habent lineæ polygoniarũ a centro ad mediũ latus & ad angulũ eductę: & lineæ siue latera orthogoniorũ. vt quæ in orthogonio dicitur prima: in polygonia dicatur secũda. vt in orthogonio e f b: esset e b prima. at in quadrato a b c d: est secunda. Et quæ in polygonia prima: in orthogonio est tertia. vt patet de e f. Rursus signo in a c æqualem e f. quæ sit c g: erit a g sagitta quadrati/ quã in tria æqualia per 11 sexti Euclidis diuido. et sint r g: duæ eius tertiæ. addo e f æqualem r g quæ sit f h: erit e h æqualis e r: quam dico semidiametrum circuli isoperimetri polygonię quadratę. Vnde descripto ex e h circulo: erit quadrato a b c d isoperimeter. Patet sic diuido e f primam in tria æqua: in punctis i et k. traho per 31 primi Euclidis æquedistantem ad a b per pũctum i: & vbi secat a c & b e pono m & l. describo arcum qudrãtis: in n l. Rursus a puncto k traho æquidistantem ad f b vsq; e b: & vbi eam secat pono p. Est manifestum e b esse in tria æqualia diuisam: sicut e f. eo q per secũdã partẽ 29 primi Euclidis: isti anguli f b e/ k p e/ & i l e sunt æquales. & ex cõsequẽti orthogonij e i l/ e k p et e f b: erũt æquianguli & similes. Igitur per 4. sexti Euclidis sicut f e ad i e: ita b e ad l e. similiter sicut k e ad i e: ita p e ad l e. sed f e ad i e est longitudine tripla: erit similiter b e ad l e lõgitudine tripla. Item k e ad i e est lõgitudine dupla: erit similiter p e ad l e lõgitudine dupla. Cõstat igitur: l e esse tertiã partẽ de b e. similiter cõstat: p l esse æqualẽ l e. & ex cõsequẽti: b p æqualis erit l e. Rursus in b p signo æqualẽ e i quæ sit p o: erit b e ad o e vt tres semidiametri ad tres semidiametros minus sagitta chordæ quadrãtis. Nã b e: est vt e m/ e n/ & e l simul. & o e: est vt e m e n & e l simul/ minus i n sagitta chordæ quadrantis. Vnde dico: e o æqualẽ ẽẽ e h. Patet. Nã e k est vt tertia de e f cũ sagitta i n. similiter bis e l vt est e p: ẽ vt bis e i/ vt est e k cũ bis i n. demũ ter e l vt est e b est vt ter e i/ vt est e f cũ ter i n. Vnde patet: e b excedere e f in tribus sagittis i n. quare i n est tertia pars sagittæ quadrati a b c d. Rursus quia e p est bis e i cũ bis i n simul: erit e p vt e k cũ duabus tertijs sagittæ quadrati a b c d. Et ex cõsequẽti: o e erit vt e f cũ duabus tertijs sagittæ quadrati. cũ o p sit æqualis e i: siue k f. quod idẽ est. Constat igitur o p esse æqualẽ e h. siue e r: quæ sunt vt e f cũ duabus tertijs sagittæ quadrati a b c d. traho r o: quæ erit æqdistãs ad a b per secũdã partẽ secũdæ sexti Euclidis. eo q r o: secat latera a e & b e pportionaliter. Nã substrahẽdo e o & e r æquales ab a e & b e æqualibus: per cõmunẽ sciẽtiã residua erũt æqualia scilicet a r & o b. Vnde sicut a r ad o b: ita e r ad e o. & permutatim sicut a r ad r e: ita b o ad o e. Est igitur o r: æqdistans ad a b. Rursus cõstat: triãgulos a e b/ & r e o ẽẽ similes. quia æquangulos. Igitur per 4. sexti Euclidis: sicut b e ad o e/ ita a b ad o r. sed b e ad o e: se habet vt arcus m n l ad chordã m l. quia b e ad o e: est vt tres semidiametri ad tres semidiametros minus sagitta chordæ quadrãtis. Igitur b a ad o r erit vt arcus quadrãtis ad chordã. Et cũ o r chorda sit arcus quadrãtis r h o. cõstat sicut r h o: ad r o/ ita a b ad r o. quare per 9 quinti Euclidis: arcus r h o æqualis erit rectę a b. et ex consequenti tota circũferentia circuli: æqualis erit circũferentiæ quadrati. Ex quo patet ppositũ: scilicet semidiametrũ circuli isoperimetri cuiuscũq; polygoniæ: ẽẽ vt primã polygonię cum duabus tertijs sagittæ. Nam quod ibi de quadrato monstratum est: de omni polygonia post quadratum potest demonstrari. Ex quo patet correlarium. Nam omnes polygoniæ addunt duas tertias sagittę primis polygoniarũ. Vnde coincidit ista resolutio cũ illa a de Cusa posita in prima parte suorũ cõplemẽtorũ mathematicaliũ: in hoc q volũt similẽ portionẽ sagittæ addere primis polygoniarũ pro semidiametro circuli isoperimetri. Differũt vero. nã ista maiorẽ portionẽ: illa vero minorẽ. vt elici potest ex his quæ de ipsis dicta sunt. Secũdum est. Si circulo cõtingens indefinitæ quãtitatis

detur/& a puncto cõtingẽtiæ p centrũ circuli recta extra circulũ educta fuerit/sic q diametrus circuli ad portionẽ extra circulũ longitudine dupla sit: omnes rectæ ductæ a termino portionis extra circulũ ad contingentẽ per terminũ semichordæ quadrãtis & minoris (quæ æquidistãs sit ad contingẽtem) abscindent in cõtigẽte rectas æquales semiarcub⁹. Vnde manifestũ est: rectã curuæ æqualẽ assignare/& arcum quadrantis aut angulum rectum: in quotlibet partes diuidere. Propositio: sic patet. Sit descriptus circulus a: do ei cõtingentem b c p 16 tertij Euclidis/& sit d punctus cõtingentiæ. traho d a e f: per centrũ a. & sit d e diametrus ad e f lõgitudine dupla: erit d f vt tres semidiametri circuli. traho semichordã quadrantis: quã termino in a d/& sit g h quæ etiam sit æquidistans b d. traho f g l. Dico i d abscisam in cotingente: æqualem esse semiarcui g d. Patet. Nam isti orthogonij f d i & f g h: sunt æquianguli. Nam per secundã patem 29 primi Euclidis: d i f & h g f anguli sunt æquales/& anguli h & d: sunt recti. quare sunt æquianguli. Igitur per 4. sexti Euclidis sicut d f ad h f: ita d i ad h g. Sed d f ad h g: est vt tres semidiametri ad tres semidiametros minus sagitta chordæ quadrantis. Igitur per 9 quinti Euclidis: d i & g d erunt æquales. quia vni scilicet g h: seruant eandem proportionẽ per propositionẽ artis/& per præsentẽ. Similiter traho k l æquidistantẽ b d. & traho f k m: erit pari ratione d m æqualis semiarcui k d. Nam d m ad l k est vt d f ad l f: ratione orthogonorũ similium scilicet f d m & f l k. sed d f ad l f: est vt tres semidiametri ad tres semidiametros minus sagitta chordæ arcus/cuius medietas est d k. & ita de infinitis semichordis ductis: dicatur. Patet propositio. Prima pars correlarij sic patet. continuo semichordã quadrantis eam cõplendo: & sit g h n. traho f n o: erit d o æqualis semiarcui d n. Vnde o i: erit æqualis arcui quadrantis scilicet g d n. quadrupla o i: & habebis rectã æqualẽ circũferẽtiæ circuli. Secũda pars patet. cõpleo chordã k l: & sit k p chorda arcus k d p. traho f p q: erit d q æq̃lis semiarci d p q semiarcus sit pars quarta arcui q̃drãtis: erit etiã d q pars q̃rta o i. & ex cõsequẽti medietas de o i: sicut erit d p/medietas de d n. Quo fit/vt sicut o i quatuor partes æquales est diuisa per pũcta m d q: ita arcus quadrãtis diuisus erit in quatuor partes æquales per pũcta k d p. Ex quo pendet: si in quotlibet partes diuidaĩ cõtingẽs æqualis arcui quadranti per 11 sexti Euclidis: & rectæ ducãtur a puncto f ad pũcta sectionũ in contingente/hæ rectæ diuident arcum quadrãtis in partes æquales in quas cõtingens erit diuisa. Rursus: ex hoc pendet anguli recti diuisio in quotlibet partes. Si enim ducantur a n/a p/a k/& a g: erit angulus rectus in quatuor partes æquales diuisus/sicut arcus quadrantis capiens ipsum angulum. Hæc sunt manifesta.

¶ Datum arcum in rectam resoluere. Arcus enim si est quadrans.

2 ¶ Sit descriptus arcus quadrãtis b r c: cui volo rectam assignare æqualẽ per p̃missas. Facio a b & a c indefinitæ quãtitatis: & inter eas traho chordã æquidistãtem chordæ b c/quæ sit æqualis a b/a d & a e/sic. facio d e indefinitæ quãtitatis: & in ea signo æqualem a c/quæ sit d o. & deinde æqualem medietati a d: quæ sit o p. Rursus facio a d indefinitæ quãtitatis: & per 31 primi Euclidis a pũcto p traho æquedistantem ad a d indefinitæ quãtitatis/& vbi secat a c/etiam indefinitæ quãtitatis pono f. Rursus per eandem 31. a puncto f traho æquedistantem ad b c/vsq a b indefinitæ quãtitatis: & vbi secat a d & a b indefinitæ quãtitatis pono n & c. erit e f: quæsita. Patet. Nam n f: erit æquidistans ad d p. similiter p f ad d n. Igitur per 34. primi Euclidis: erit n f æqualis d p/& p f æqualis d n. Vnde cũ e n æqualis sit n f sicut b d æqualis d e: vt de se cõstat/ratione lineæ a d ductæ per medietatẽ chordæ b c. Igitur e f: est vt bis d o cum bis o p. & ex cõsequẽti æqualis a b a d & a c. qđ fuit probandum. Deinde signo in e f æqualem a c/& sit g f: erit g f tertia pars arcus quadrãtis/cuius e f erit chorda/qui arcus sit e m f. Vnde e m i: erit vt ter g f. traho a g: & vbi secat b c/pono h. Dico etiam h c esse tertiam partem arcus b r c. Patet. Nam per secundam partẽ 29 primi Euclidis: isti duo anguli scilicet a g e & a h b sunt æquales. similiter a e g & a b h: sunt æquales. Itidem: a f g & a c h. deniq a g f & a h c. Ex quibus patet: istos duos triangulos



esse æquiangulos scilicet a g e & a h b. Itidē patet istos duos esse æquiangulos: scilicet a f g/& a c h. quare per 4 sexti Euclidis sicut a g ad a h: ita e g ad b h. Et rursus sicut a g ad a h: ita g f ad h c. Igitur per 11 quinti Euclidis: erūt istæ proportiones æquales e g ad b h/& g f ad h c. quia vni: scilicet a g ad a h/sunt æquales. Quia igitur sicut e g ad b h: ita g f ad h g. erit permutatim sicut e g ad g f: ita b h ad h c. & cōiunctī sicut e f ad g f: ita b c ad h c. Sed e f ad g f: se habet vt chorda quadrantis ad tertiam partē sui arcus. erit igitur b c ad h c: sicut chorda quadrātis ad tertiam partem sui arcus. Tripla igitur h c: & habebis rectam æqualem arcui b r c. qđ est intentum. Qđ si in a b signaueris æqualem h c/similiter & in a c & sint a i & a l/& traxeris i k l: erit b c æqualis a i/a k & a l simul.

Datam rectam in arcum resoluere. Sit a b recta.

Litera ex præcedente satis fit manifesta. 3

Si vero datam rectam: in arcum dati circuli resoluere volueris.

Sit a b data recta: & datus circulus cuius semicirculus sit s m p. describo chordā quadrantis k l: & traho a centro o sectores a k & a l. Et per medium chordæ: traho o q m: signo in o k/& in o l æqualem tertiæ parti datæ rectæ: & sit o g/& o h/sic q o g sit vt pars tertia rectę a b/similiter o h. traho g i h. Quia o g/o i & o h simul sunt minores k l: ideo minuendus est angulus k o l. facio alium scilicet f o n: traho f n/& signo in o f & o n æqualem o g/& sint o c & o d. traho c e d. quia a casu incidi q o c/o e & o d simul sunt æquales f n chordæ: ideo f n n arcus erit vt data recta a b. Nam arcus ad chordam se habebit per p̄missa: vt o f ter ad o f bis cū o r. & sicut o f ter ad o f bis cū r: ita o c ter ad o c bis/cum o e. Igitur f m n: erit vt o c ter per 9 quinti Euclidis. & ex cōsequenti: vt a b. qđ fuit probandum. Sed hæc via: per ignota procedit. quia supponit angulū f o n: ignotū. Ideo facilius fiet illud: per secundā ꝓpositionē positā p nos in annotationibus penultimæ p̄cedētis. sic. Describo semicirculū a b c: qui priori sit æqualis. traho a centro d ad medietatem circūferentiæ d b. cōtinuo b d vsq f: sic q b f sit ter b d. ad do termino b rectam orthogonaliter indefinitæ quātitatis: quæ sit m n. Et quia recta data scilicet a b: est manifeste minor arcu quadrantis. ideo signo æqualem ipsi in m n: & sit g h/sic q b h æqualis sit g b. traho f g & f h: & vbi secant circūferentiam pono i & k. traho i l k. dico arcum i b k: æqualem esse rectę g h. Nam per propositionē i b k ad i k chordam suam: est vt b f/quæ est ter d b ad l f quæ est ter d b minus sagitta chordæ i k scilicet l b. Et ratione orthogoniorū similiū scilicet f b h & f l k: se habet b h ad l k sicut b f ad l f. similiter eadem ratione b g ad h: se habet sicut b f ad l f. quare per 13 quinti Euclidis: g h ad i k/erit sicut b f ad l f. & ex consequenti per 9 quinti Euclidis: erit arcus i b k/æqualis rectę g h. quod fuit probandum.

Datum arcum vnius circuli: in arcum alterius circuli resoluere.

Est eadem cum p̄missa. Nam postq̄ resolueris arcum in rectam per secūdam propositionem a nobis positam: resolue illam rectam in arcum alterius circuli modo prætacto. 5

Angulos qui se habent vt datæ lineæ assignare.

Sic facilius fieri pōt. Sint datæ istæ duæ rectę p q & r s: & sit p q ad r s vt diametrus quadrati ad suā costā. secūdū quā habitudinē: dādi sint duo anguli. Describo semicirculū a b c: & sit d centrū. traho b d f/sic q d f dupla sit longitudine ad d b: erit b f vt tres semidiametri. & a puncto b traho ęquidistantem ad a c per 31 primi Euclidis: q̄ sit g h indefinitæ quātitatis. Quia p q & r s simul minores sunt arcu quadrantis (si enim maiores essent sumendæ essent partes aliquotæ minores arcu quadrātis) signo æquales in g h/& sit b k vt p q & b i vt r s. traho f i & f k: & vbi circūferētiam secant pono l & m. & a punctis l & m per 12 primi Euclidis: educo perpendiculares super d b quæ sint l n & m o. Est manifestum per secundā propositionē superius adiectam: semiarcū b m æqualē esse rectę b k. quia per propositionē artis b m ad o m/se habet vt ter d b ad bis d b cū d o. Igitur b m ad o m: se habet sicut b f ad o f. Sed b k ad o m: se habet sicut b f ad o f/ratio-

ne orthogoniorũ similiũ f b k & f o m. Igitur per 9 quinti Euclidis: b k æqualis erit b m semiarcui. Eadem quippe ratione: erit i b/æqualis semiarcui b l. Nam b l semiarcus: ad l n semichordam / se habet sicut b f ad n f. similiter b i ad n l: ratione orthogoniorum similium. Vnde constat b m ad b l: se habere sicut b k ad b i/ ratione æqualitatis. traho d l & d m: est manifestum per vltimã sexti Euclidis/ angulũ m d b/ se habere ad angulũ b d l/ sicut arcũ m b/ ad arcũ b l. Igitur angulus m d b/ ad angulũ b d l: erit sicut k b ad b i/ siue p q ad r s/ videlicet vt diametrus quadrati ad suam costã. qđ fuit demonstrandum. Et ita de quibuscũq; datis: fieri poterit.

7 ¶ Quæ est habitudo semidiametri ad semidiametrũ minus sagitta.


¶ Istud correlariũ: est facile. Nam excessus quo chorda excedit duas tertias sui arcus: est semidiametrus min⁹ sagitta. Ideo tertia arcus ad illum excessum: erit vt semidiametrus ad semidiametrum minus sagitta.

8 ¶ Chordã partis aliquotæ dati arcus: assignare puta tuvis ex scẽria.

¶ Chordam medietatis arcus assignare: est facile. vt sit descriptus semicirculus a b c: & sit g h chorda quadrãtis. traho a centro d/ per medietatẽ chordæ d i b: erit b h/ arcus æqualis b g/ & erit medietas arcus g b h. trahe chordã arcus b h: & habes qđ quæris. Sed si vis habere excessum quo chorda duas tertias arcus excedit: do rectam k l æqualẽ arcui quadrantis modo p̃missio. & sit b l medietas: quã diuido p 11 sexti Euclidis i tres partes æquales & duas tertias substraho a chorda arcus b h. Residuum: erit quæsitũ. At chordæ partium aliquotarũ difficile inueniri poterunt: nisi supposita diuisione arcus in quotlibet partes. Ideo recurrẽdum erit ad secũdam partẽ correlarij secundæ propositionis a nobis adiectæ: in annotationibus primi correlarij. Vt si petatur chorda tertiæ partis arcus quadrantis: inuenio modo p̃misso rectam æqualẽ arcui quadrantis quæ sit k l: quã per 11 sexti Euclidis diuido in tres partes æquales per pũcta m & n. erit m n vna tertia: & erit b n æqualis m b. traho f m & f n: & vbi secãt arcum quadrãtis pono o & q/ traho o p q: erit manifestum per primũ correlarium: o b q arcũ esse ad o q chordã: sicut b f ad p f. Et cũ isti trianguli m f n & o f q sint æquianguli: similiter & orthogonij f b n & f p q. igitur sicut b f ad p f: ita b n ad p q per 4 sexti Euclidis. similiter & m b ad o p: erit sicut b n ad o q: q2 qua inuicẽ æquales. igitur p 13 quinti Euclidis: erit m n ad o q sicut b n ad p q. & ex consequẽti: sicut b f ad p f. vt in cõsimilibus iã sæpe dictum est. Vnde per 9 quinti Euclidis: m n æqualis erit arcui o b q. & ex cõsequẽti: o q est chorda tertiæ partis arcus quadrãtis. & erit arcus quadrãtis in tres partes æquales diuisus: sicut k l recta sibi æqualis. q2 si volueris habere excessum o q super duas tertias arc⁹: qui excessus dicitur semidiametrus minus sagitta. Diuide iterũ m n in tres partes æquales p 11 sexti Euclidis: substrahe duas tertias de o q: & habebis quæsitum. Et ita dicẽdum est: de omnibus partibus aliquotis arcus.

¶ Si tres semidiametri minus sagitta fuerint tripl̨ ad chordam: erit arcus vt semidiameter.

9 ¶ Istud correlarium: tactũ est in explanatione propositiõis artis. Sit igitur a b c orthogonius hexagoni simuliter a b d: erit triangulus a d c æquilaterus. vti in explanatione ipsa: est dictũ. facio a d & a c indefinitæ quãtitatis: & signo in a e & a d indefinitæ quãtitatis bis a c/ & sint c s & s i/ simuliter d p & p h. traho h i: erit a h i triangulus æquelaterus/ sicut a b c. Rursus ex a d describo arcũ d e c: q erit arcus hexagoni. cõtinuo a b vsq; arcũ: erit b e sagitta. Deinde signo i p h & l s f æqualẽ a b: & sint p f & s g. traho f g. Est manifestũ a f ad a g: esse vt sunt tres semidiametri ad tres semidiametros min⁹ sagitta chordę hexagoni. quia erit vt a d a c & a c simul: ad a d a b & a c simul. quare per primũ correlariũ: erit a f ad a g sicut d e c ad d c. Rursus describo ex a f: arcũ f l g. & cõtinuo a e vsq; arcũ quæ sit a l. & vbi secat h i: pono k. Quia arcus f l g ad f g se habet sicut d e c ad d c/ cum sint arcus similes, erit f l g æqualis h i per 9 quinti Euclidis. Nã sicut d e c ad d c: ita h i ad f g. cũ f g: æqualis sit a g: eo q2 a f g: triangulus sit æquilaterus. Igitur




sicut f l g ad f g: ita h i ad f g. Ideo f l g: æqualis erit h i. Rursus q̃a f g est equalis a g: erit f g equalis a d/a b/& a c simul. Vnde cũ a k i & a b c sint orthogonij similes: erit per 4. sexti Euclidis/a k ad a b sicut a i ad a c/similiter & sicut a h ad a d. Igitur sicut a i ad a c est longitudine tripla: ita a k/a b/ & a h ad a d. & ex consequẽti a h a k & a i simul per 13 quinti Euclidis: erũt triplæ ad a d a b/& a c simul. & similiter simul triplæ erũt ad f g: quia æqualis a d a b & a c simul. Patet igitur quomodo a h a k & a i quæ sunt tres semidiametri minus sagitta: triplæ sunt ad chordã f g. & quomodo arcus f l g: æqualis est semidiametro a i vel a h. quia æqualis probatus est lineæ h i: quæ æqualis est a i vel a h. Et eodẽ modo mõstratum est: in explanatione propositionis artis.

Si fuerint duplæ ad chordam: arcus se habebit in proportione.

10 Hoc est si tres semidiametri minus sagitta/fuerint duplæ ad chordã: arcus se habebit in proportione sesqualtera ad semidiametrũ. Resumatur figura p̃cedẽtis correlarii. Vbi constat d p æqualẽ esse a d: similiter c s æqualẽ esse a c. traho p n s: erit a p s triangulus æquilaterus vt de se constat. & erũt isti duo orthogonij a b c/& a n s similes: quia æquianguli. Igitur per 4. sexti Euclidis/sicut a s ad a c est longitudine dupla: ita a n ad a b longitudine erit dupla. similiter a p: ad a d. Vnde per 13 quinti Euclidis a p a n & a s simul: ad a d a b & a c simul/duplę erũt. quare etiã duplæ erũt ad f g: quæ æqualis est a d a b & a c simul. Patet igif quomodo a p a n & a s quæ sunt tres semidiametri minus sagitta: duplæ sunt ad f g chordã. & quomodo f l g arcus: est sesqualter ad a s semidiametrũ. Nã cũ a f sit æqualis arcui f l g: est manifestũ a f ad a s sesqualterã esse lõgitudine cum s f æqualis sit c s: vel a c. qđ idem est. Patet igitur correlarium.

Tres semidiametri sunt medium proportionale ĩter tres semidiametros minus sagitta & semicirculum.



11 Resumaf figura penultimi correlarij & per 10 sexti Euclidis: sit ad a i a g data a t tertia cõmune proportionalis. signo æqualem in a h: quæ sit a q. traho q t: & ex a q describo arcũ q r t. dico a f a g & f g quę sunt tres semidiametri: esse mediũ proportionale inter a f a o a g quæ sunt tres semidiametri minus sagitta: & f l g ter/quæ est medietas circũferẽtiæ circuli cuius a g est semidiametrus. Patet sic. Nam a g: est media proportionalis inter a i & a t. similiter f g: inter h i & q t. Itidem a f: inter a h & a q. Vnde patet p 13 quinti Euclidis: q tria latera trianguli a h i se habẽt ad tria latera triãguli a f g sicut ipsa tria latera triãguli a f g. ad tria latera triãguli a q t. & ex cõsequẽti tria latera triãguli a f g simul: media proportionalia erũt iter tria latera triãguli a h i simul/& tria latera triãguli a f g. simul. Scđo patet f g æqualẽ esse arcui q t. Nã sicut h i ad f g: ita f g ad q t. Sed h i ad f g: est sicut arcº hexagoni f l g ad chordã. q̃re f g ad q t: erit vt arcº hexagoni q r t/ad chordã. Tertio patet q sicut a h a k & a i/triplæ sunt ad f g: ita a f a o & a g/triplę erũt ad q t. Nã hitudo a h a k & a i: se habẽt ad f g vt tres semidiametri minº sagitta hexagoni/ad chordã cuiº arcº est vt vna semidiametrorũ. Ita a f a o & a g se habent simul ad q t vt tres semidiametri minus sagitta hexagoni/ad chordã cuius arcus est vt vna semidiametrorũ. quare inter ipsas: est eadẽ habitudo. Et ex cõsequẽti a f a o & a g/ad q t sunt triplæ: sicut a h a k & a i ad f g. Ex quo patet a f a o & a g simul: æquales esse tribus lateribus trianguli a q t simul. Igitur sicut tria latera trianguli a f g/media sunt proportionalia simul sumpta/inter latera trianguli a h i etiã simul sumpta/& latera trianguli a q t simul sumpta: ita ipsa latera trianguli a f g simul sumpta/media erũt proportionalia inter a f a o a g simul sumpta/ quæ æquãtur tribus lateribus trianguli a q t simul sumptis/& latera trianguli a h i sumpta simul. Ex quo patet ꝓpositũ sic. Nã a f a g & f g: tres sunt semidiametri: & a f a o & a g: sunt ijdem tres semidiametri minº sagitta. & tria latera trianguli a h i sunt medietas circũferẽtiæ circuli cuius a g est semidiametrus. Nam quodlibet æquatur arcui f l g: qui arcus hexagoni est/& pars sexta circumferẽtiæ circuli. modo tres sextæ medietatẽ faciũt circumferẽtiæ. Igitur tres semidiametri scilicet a f a g & f g: sunt medium proportionale inter tres se-


midiametros minus sagitta scilicet a f a o & a g/& medietatem circũferẽtiæ circuli scilicet a h a i & h i simul. Patet igitur correlarium.

¶ Si tres semidiametri minus sagitta fuerint multiplices.

12 ¶ Ex nono correlario & decimo: est notum/ad quas chordas tres semidiametri minus sagitta sint multiplices. Nam in nono: datæ sunt tres semidiametri minus sagitta/ad chordã hexagoni triplæ. & in decimo: ad eandẽ chordã hexagoni datæ sunt tres semidiametri minus sagitta duplæ. Iam dicit p̃sens correlariũ: q̃ proportionabiliter tres semidiametri min⁹ sagitta: dabiles sunt quæ ad chordã dodecagoni (cuius chordæ arcus: medietas est arcus hexagoni) sint triplę & duplæ. & quicquid accidit chordæ hexagoni: accidit & chordæ dodecagoni/& chordæ cuiuslibet partis aliquotæ arc⁹ hexagoni. Itaq̃ arcus dodecagoni erit vt semidiameter: si tres semidiametri minus sagitta fuerit triplæ ad chordã. Et idem arcus erit sesqualter longitudine ad semidiametrum: si tres semidiametri minus sagitta fuerint duplæ ad chordã ipsius arcus, procedẽdo per omnia: vti expressum est de arcu hexagoni. Sit igitur f l g arcus dodecagoni: qui & medietas est arcus hexagoni vt dictum est. Vnde a f & a g: erũt chordæ arcus hexagoni cuius f l g erit medietas/cũ sint vt latus hexagoni inscribendi circulo. Sit igitur a h ad a f: vt arcus hexagoni ad chordam/similiter a i ad a g. erit a i dupla longitudine ad arcum f l g. Rursus sit a p vel a n medietas de a i siue de a h: erit a p æqualis arcui f l g. Diuido a p similiter a n per 11 sexti Euclidis: in tres partes æquales per puncta d/c/e/m. traho n p/e m/& d c. similiter traho rectam a centro a ad arcũ f l g per medietatẽ chordę f g scilicet a k l: & vbi secat n p/e m/& d c: pono o/q & b. Est manifestũ per secũdã sexti Euclidis: f g/n p/e m/& d c/esse æquidistãtes. Ideo per secundã partẽ 29 primi Euclidis: erunt æquianguli omnes isti orthogonij a b c/a q m/& a o p/& alij ex opposito pariter. Quo fit: vt sicut a p ad a c est tripla/ita a o ad a b/similiter a n ad a d. & ex cõsequenti a p a n & a o simul: ad a d a b & a c simul sunt triplæ per 13 quinti Euclidis. Et cũ f g chorda sit vt a d/a b & a c simul ad quas se habet a p siue f l g arcus/sicut tres semidiametri ad tres semidiametros minus sagitta: cõstat a n a o & a p/triplas esse ad f g chordã. & ideo arcus chordæ f g scilicet f l g: est vt semidiameter scilicet a p. Ex hoc cõstat correlariũ. Nã sicut tres semidiametri minus sagitta/dãtur triplæ ad chordã hexagoni cuius arcus est vt semidiameter: ita ad chordã medietatis arcus hexagoni quæ est chorda arcus dodecagoni. dãtur tres semidiametri minus sagitta triplæ ad chordã cuius arcus est vt semidiameter. Rursus a m dupla est ad a c: similiter a q ad a b & a e ad a d. quare a e/a q & a m simul: duplæ sunt ad a d/a b & a c. & ex cõsequẽti: chordæ f g. Ideo f l g arcus siue a p q̃ idem est ex hypothesi est sesqualter a m/semidiametro. Vnde dantur ad f g chordam dodecagoni: tres semidiametri minus sagitta scilicet a e/a q & a m duplæ/cuius chordæ arcus/est sesqualter ad semidiametrũ/sicut datũ est in hexagono. Et ita dicẽdũ est de partib⁹ aliquotis arc⁹ hexagoni: vti de medietate iã expsĩũ est. Patet correlariũ.

¶ Tria latera trigoni equilateri: erunt vt circunferentia.


13 ¶ Recta a centro ad medium lateris ducta: est prima trigoni/quę est pars tertia rectæ ductæ ab angulo ad medietatẽ lateris oppositi. vt dictum est in pricipio annotationũ Geometricarum trãsmutationũ. Resumatur figura: noni correlarij. Dictum est a k ad a b: longitudine esse triplã. quare a b: erit prima trigoni. et vero secũda: erit b k/quæ semp est longitudine dupla ad primã: vt sæpe dictũ est. Ideo circulus trigono equilatero circũscriptus ad inscriptũ est quadruplus. Et iã dictum est: a g cõtinere a d/a b & a c simul. & cũ a c sit tertia de a i/similiter a d tertia de a h: cõstat a g cõtinere tertiam partẽ duorũ laterũ in a d & a e. Nã si a h & a i simul iungãtur fiatq̃ vna linea ex ipsis: erit tertia pars ipsius lineæ a d & a c simul. Ideo dicitur vna tertia duorũ laterũ trigoni æquilateri a h i. Cõtinet igitur a g vnã tertiam duorũ laterũ trigoni a h i: & primã ipsius trigoni q̃ est æqualis rectæ ductæ a centro trigoni ad mediũ latus. Erit enim tertia duorũ laterũ a s & prima trigoni s g. Rursus sit a m medietas de a g: ex qua describo circulũ. cõ



tinuo m a vsq; circũferentiam/& fiat m a n: erit m n æqualis a g. Vnde dico circunferẽtiam circuli m n: æqualem esse tribus lateribus trigoni a h i. eo q; diametrus: est vt tertia duorũ laterũ ipsius trigoni/cũ recta ducta a centro trigoni ad medium lateris ipsius trigoni/quæ dicitur prima trigoni. Patet. Nam vt dictũ est in de Geumetricis trãsmutationibus: sicut se habent diametri circulorũ/ita & circunferentiæ. cuius propositionis demonstratio: pene eadẽ est cũ ea qua ab Euclide demonstratur secunda duodecimi/quæ est de habitudine circulorũ ad inuicẽ. Ex quo constat circunferẽtiam circuli cuius a g erit semidiametrus: ad circulum cuius a m/erit semidiametrus/esse duplã longitudine/sicut a g ad a m est dupla longitudine. Rursus arcus f l g: est pars sexta circũferentiæ circuli cuius a g erit semidiametrus. qui arcus (vt supponitur) æqualis est rectę h i. erunt igitur tria latera trigoni a h i: vt tres sextæ circuli illius cuius a g erit semidiametrus. & ex consequẽti circunferẽtia circuli cuius a g erit semidiametrus: dupla erit ad tria latera trigoni a h i. & dupla similiter ad circunferẽtiam circuli: cuius a m est semidiametrus. Igitur per secundã partẽ 9 quinti Euclidis: erit circunferentia circuli cuius a m est semidiametrus: æqualis tribus lateribus trigoni a h i. quod fuit probandum.


Si a centro tres lineæ ducantur: vna per principium chordæ quadrantis aut minoris arcus/alia per medium/tertia per finem/quæ.

Resumatur præmissi correlarij figura. traho o r m chordã: quæ erit hexagoni chorda. sunt enim o q m & f l g/similiter d e c arcus similes: per diffinitionem similium arcuum. Vnde sicut a d c vel a f g trianguli sunt æquilateri: ita a o m. cũ etiam notum sit: semidiametrũ circuli/esse vt latus hexagoni eidem circulo inscribendi. Rursus per 4. sexti Euclidis: erit f g ad o m/sicut a g ad a m. quare f g dupla longitudine erit ad o m: sicut a g ad a m/vel a f ad a o. Vnde a f a g & f g æquabuntur circũferentiæ hexagoni circulo inscribẽdi. cum sexcuplæ sint ad o m. Et ad o m sexcuplę pariter erunt istæ tres simul: scilicet a h a k & a i. cum per nonum correlarium/dictæ sint triplæ ad f g chordã/& ideo æquales a f/a g & f g simul. Vnde illam tenẽt habitudinẽ ad o m chordã: quã circunferẽtia circuli ad arcũ o q m. Modo illarũ trium vna/per principium chordæ ã cẽtro educta transit: vt est a h. secunda per medium: scilicet a k. & tertia per finẽ: scilicet a i & terminãtur in linea h i: quæ est æquidistans chordæ o m/per secundam sexti Euclidis. cum a h æqualis sit a i: similiter a o æqualis sit a m. ideo sicut a o ad o h: ita a m ad m i. erit igitur h i: æquidistans chordæ o m. Dicit igitur de Cusa q; a h triplicata: æquabitur circũferẽtiæ circuli. Et hoc cõstat: per præmissum correlarium. per quod probatũ est a h a i & h i simul: æquales esse circunferẽtiæ circuli. Patet correlarium. 14



Arcus æqualis tribus quartis diametri: excedit chordã suam in.

Intellige i medietate sagittæ chordæ: cui⁹ arc⁹ similis est. Resumatur figura 9 correlarij. describo super chordã p n s/arcũ p o s: erũt arcus f l g & p o s siue d e c similes. quia æquos capiunt angulos. Vnde q; a i æqualis est f l g arcui/& est vt tres quartę diametri circuli cuius semidiameter erit a b (cũ per 10 correlarium a i ad a s sesqualtera sit) ideo f l g arcus æqualis a i excedit chordã suam scilicet f g/in medietate sagittæ chordę p n s/quæ est n o. Patet. Nam a c: excedit a b in b e. quare a s quæ est dupla ad a c longitudine: excedet a b/bis siue a n (qđ idem est) in bis b e. & excessus a s super a n/est n o: erit igitur n o lõgitudine dupla ad b e. Et cũ a i æqualis f l g excedat a g æqualem f g in solum g i quæ est æqualis b e (vt dictum est) nam s g est æqualis a b/& a i æqualis a e/erit igitur g i æqualis b e: ideo constat h i siue f l g: excedere/f g chordã suam/in medietate sagittæ chordæ p n s. Nam medietas de n o: est vt g i siue b e. quod idem est. Patet correlarium. 15



Diameter circuli: est æqualis duabus tertiis laterum trigoni isoperimetri/& semidiametro circuli eidem trigono inscripti.


16 ¶Istud penitus idem ꝓtendit: qđ 13 correlarium. Nã in 13 correlario dictum est q̃ tria latera trigoni ęquilateri: erunt vt circunferentia circuli/ cuius diameter est pars tertia duorum laterum/ & lineæ rectæ ductæ a cẽtro trigoni ad mediũ lateris. Modo pars tertia duorũ laterum: æquatur duabus tertijs laterũ siue vnius lateris. Similiter recta ducta a cẽtro trigoni ad mediũ lateris: est semidiameter circuli trigono inscribendi. ex quo patet coincidentia: horũ duorũ correlariorum. Resumatur figura 9 correlarij. dictum est ibidem a h/ a i/ & h i simul: æquari circunferentiæ circuli m n. quia diametrus m n: (cum sit æqualis a g) continet a s quæ est tertia duorũ laterum/ & s g quæ æqualis a b primæ/ scilicet trigoni. Modo hic dicitur/ quia trigon⁹ a h i/ isoperimeter est circulo m n: erit m n/ vt a s quę facit duas tertias de a i lateris trigoni a h i/ cũ s g quæ est semidiametrus circuli eidem trigono inscribendi. Patet correlarium.

¶Excessus semicirculi super duas chordas quadrãtis: est vt excessus diametri quadrati æqualis tertiæ parti eius super suam costam.

17 ¶Per semicirculũ: intelligit medietatẽ circũferentiæ circuli. Sit a b c orthogonius quadrati: erit a c ter/ hoc est tripla ad a c lõgitudine ad a c bis cũ a b simul/ vt arcus quadrãtis ad chordã per primũ correlariũ. cum habitudo a c ter ad a c bis cum a b simul: sit vt tres semidiametri ad tres semidiametros minus sagitta chordæ quadrantis. Sit insuper a e longitudine dupla ad a b: & a puncto b p 31 primi Euclidis traho æquidistantẽ ad b c æqualẽ a e & sit e f. cõtinuo a c vsq; f: claudet orthogoniũ quadrati a e f. Vnde ter a f: faciet semicirculũ siue medietatem circũferẽtię circuli/ cuius arcus quadrantis erit ter a c/ chorda vero bis a c cũ a b simul. Et sicut a f ter facit duo arcus quadrãtis: ita a f bis cũ a e faciet duas chordas quadrantis. est enim vna chorda: bis a c cum a b. duæ igitur chordæ: erunt quater a c sicut est bis a f/ & bis a b/ vti est semel a e. Ex quo constat eũdem esse excessum arcus quadrantis super chordam: & semicirculi super duas chordas quadrantis denominatione. quia vtrobiq; excessus: dicitur excessus tertiæ partis/ vel semicirculi/ vel arcus quadrãtis super costam quadrati cuius ipsa tertia pars diametrus erit. Patet. signo in a c æqualem a b/ & sit a d: erit d c excessus arcus quadrãtis super chordam. & cum a c sit diametrus quadrati cuius a b est costa/ & similiter a c sit pars tertia arcus quadrantis: cõstat c d esse excessum diametri quadrati æqualis tertiæ parti arcus quadrantis super suam costam. Similiter in a f signo æqualem a e & sit a g: erit f g excessus medietatis circũferentiæ circuli super duas chordas quadrãtis. Si enim ad bis a f cum a e/ adderetur f g: fieret ter a f. quare f g: erit excessus medietatis circumferentię circuli super duas chordas quadrãtis. Et cum a f sit diametrus quadrati cuius a e erit costa/ & similiter cum sit tertia pars medietatis circunferentiæ circuli: constat excessum medietatis circunferentiæ circuli super duas chordas quadrantis/ esse vt excessum quadrati æqualis tertiæ parti medietatis circunferentiæ circuli (vt est a f) super suam costam scilicet a e. Patet correlarium.

¶Valor trium diametrorum circuli ad suam circunferentiam.

18 ¶Quia tres diametri dicuntur esse vt radix de 4/ de 36/ & de 12: necesse est has tres diametros diuisas esse in tres continue proportionales. Nam sicut se habent radices adinuicem: ita & earum potestates in proportionalitate se habebunt. hoc est si radices fuerint continue proportionales: ita & earum potestates/ hoc est quadrata radicum. Si vero disiunctæ fuerint radices proportionales: ita & potestates earum. Modo cum 36/ 12/ & 4/ sint numeri continue proportionales: ita eorum radices si assignabiles forent in quantitate discreta/ continue proportionales essent. In quãtitate vero cõtinua: est id facile videre. Radix quippe de 4. est 2/ & radix de 36 est 6. qui sunt duo extrema: ex quorum ductu in inuicem producitur potestas medij scilicet 12. Igitur lineæ quæ erunt potestate vt 4/ 12/ & 36: erunt continue proportionales per 16 sexti Euclidis. Resumat̃ figura: 13 correlarij. Est manifestũ per 9 correlariũ: a h/ a k/ & a i: æquales esse a f/ a g/ & f g. & cum m n æqualis sit a g: erunt a h/ a k & a i simul triplæ ad m n diame-




trum circuli. circunferētia vero circuli: æquatur tribus lateribus trigoni a h i per 13 correlarium. Rursus continuo a i vsq; o: sic q; o i æqualis sit k i medietati scilicet de h i. Et ponatur a i longitudine 4: erit o i longitudine 2 & a o longitudine sex. Rursus quia a i lōgitudine 4: erit potestate 16 & a k potestate 12 per 12 decimi quarti Euclidis. qđ sic patet. Nam k i: erit longitudine 2/& potestate 4. dempto quadrato de k i a potestate de a i: residuum erit 12 & tāta erit potestas de a k. cū per 46 primi Euclidis: a i cōtineat potestates siue quadrata de a k & k i simul. Rursus a o quia longitudine 6: erit potestate 36. Vnde a k: erit media proportionalis iter a o & o i. cū rectangulū qđ sub a o & o i cōtinetur: æquale sit quadrato a k. vt de se constat. Et a o cū o i: est vt a h & a i simul. Igitur a o cū o i & a k simul: æquātur tribus diametris circuli m n/quia æquātur a h a k & a i simul. Ex quo constat ter m n: diuisam esse in radicem de 4. per o i/in radicē de 36 per a o/& in radicē de 12 per a k. Rursus cū a i sit 4: erit a h/a i/& h i simul longitudine 12. quare & circunferētia circuli: quæ æquatur istis tribus a h a i & h i simul. Recte dictum est igitur ter m n ad circunferētiā circuli: esse vt radix de 4. cum radice de 36 & radice de 12/ad 12 siue ad radicem de 148. qđ idem est. Patet correlarium.

Scientia chordarum nunc extat perfecte adinuenta.

Dicit habitudines chordarū quotcunq; graduum: ad suos arcus nūc cognitas esse/siue sint cōmensurabiles siue incōmensurabiles. eo q; habitudinē dicat 19
arcus quadrātis & minoris ad chordā per primū correlariū: esse vt tres semidiametri ad tres semidiametros minus sagitta chordæ illi⁹ arcus. Patet correlariū.

Scientia quadraturæ circuli: suum finem sortita existit.

Nā habita recta quæ sit arcui quadrātis æqualis per pmissa: si inter ipsam re- 20
ctam & diametrū circuli vnū mediū proportionale recipiatur per 9 sexti Euclidis/erit illud mediū proportionale latus quadrati circulo æqualis. cū multiplicatio diametri in quartam partē circunferētię: cōstituat paralellogrāmū circulo æqualē. vt dictum est: in de mathematicis complemētis. Patet correlarium.



Secundum datarum linearum habitudinem siue cōmensurabilitā.

Ex 12 sexti Euclidis: diuidere lineam rectam secundū habitudinē datarū est 21
manifestū. Et ex annotationibus sexti correlarij: lineam curuā secundū habitudinē datam diuidere est facile. Superficies itidē curuas per easdē annotationes: secundū habitudinē datarū diuidere est manifestū. Nam ad diuisionē curuarū linearū: diuisio sequitur curuarū superficierū. cū in eodē circulo anguli supra cētrū per vltimā sexti Euclidis: proportionē teneāt quā arcus/angulos suscipientes ad inuicē tenēt. Non solū anguli: verū & superficies (quæ dicuntur sectores circuli) habitudinē tenent quā arcus ad arcum. Patet. Sit descriptus semicirculus: e b f. Sit b c arcus ad b d arcum/vt diametrus quadrati ad suā costam: erit per vltimā sexti Euclidis b a c angulus/angulo d a b vt diametrus quadrati ad suam costam. Etiam dico superficiem a b c/superficiei a d b: esse vt diametrus quadrati ad suam costam/scilicet vt b c arcus ad b d arcū. Patet sic: sit b h æqualis curuæ b c: similiter b g æqualis b d/sic q; g h contingat semicirculū puncto b. traho a h & a g: erunt portiones rectilineæ/æquales curuis portionibus p primā secundi cap. vel per 4. eiusdem cap. de geometricis trāsmutationibus. Nā per 4. ipsius cap. multiplicatio a b in medietatem b g/rectāgulū describit æquale portioni a b c. & rectāgula sub a b & b h: dupla erit rectāgulæ sub a b & medietate b h p primā sexti Euclidis. Silr rectāgula sub a b & b g dupla erit triangulo a b h per 41 primi Euclidis. Igitur p 9 quinti Euclidis: triangulus a b h/æqualis erit rectangulæ sub a b & medietate b h. & ex consequenti triangulus a b h: æqualis erit portioni a b c. Eodem modo dicēdum est de a d b portione: quę est æqualis triangulo a b g. Sed per primam sexti Euclidis: sicut b h ad b g: ita triangulus a b h triangulo a b g. qđ est propositum. Nam b h ad b g se habet vt diametrus quadrati ad suam costam. cū b h sit æqualis b c: & b g æqualis b d vt supponitur. Quomodo vero circuli aut aliæ superficies rectæ deu-

tur in habitudine datarum: hoc liquido constat ex demonstratione 25 sexti Euclidis. scilicet recipiendo vnum medium proportionale inter datas: & ex medio cum vna datarum describendo duos circulos/aut super quaslibet/polygonias similes describẽdo. seruabũt tam polygoniae q̃ circuli proportionem: qui datae seruabunt/ratione proportionis duplicatae. Si vero corpora sphetica vel angularia velis dare secundum habitudinem duarum datarũ: inter datas duo recipe media continue proportionalia per tertium praemissum geometricarum trãsmutationum. & super vnam datarum & super proximum sibi medium fabrica corpora similia: & illam seruabunt proportionem quam datae rectae ratione proportionis triplicatae. Et haec satis elici possunt: ex tertio capitulo libri de Geometricis transmutationibus. Patet correlarium.

1 ADhuc ex coincidentia minimae contingentiae & minimi arcus: proportionem recipio quae est talis. Si ponitur secundum latus orthogonii semidiameter circuli/& tertium linea contingens vel e conuerso/& descriptus fuerit circulus: quae erit habitudo contingentis ad arcum/qui cadit intra orthogonium/illa & rectę atq; curuae superficierum. Vt si orthogonius fuerit a b c/& b c contingens/& a b semidiameter circuli descripti/cuius b d portio cadit intra orthogonium: quae est b c ad b d habitudo/illa est a b c rectę superficiei/ad a b d curuam superficiem. Probatio huius est. quia cum sic sit in minimo si dari posset: igitur & in omnibus. cuius non referat: vtrum orthogonius sit maximus an non.

2 ℂDatam superficiem ex arcu & sectoribus constituram: in orthogonium resoluere. Vt sit a b c: resoluatur b c arcus in rectã quae sit b d/ & claudatur orthogonius per a d. & ita habes (siue b d sit ad circunferẽtiam proportionabilis siue non) quomodo in rectam superficiem redigatur. Et habes quomodo circulum in orthogonium resoluis: & demum in quadratum

3 ℂDatam superficiem rectam: in portionem resoluere. Ex p̃missa patet/si est orthogonius: quomodo hoc fiat. si non est: redigatur in orthogonium.

4 ℂAbscisiones ex chorda & arcu: in rectas & circulares resoluere de se patent.


5 ℂAbscisionum sphaerae habitudo curuae superficiei ad rectam basis: est vt lineae de Zenith ad centrum basis/cum semidiametro basis/ad ipsam semidiametrum. Patet. quia in minima abscisione vbi recta superficies coincidit cum curua/& Zenith cum centro: ita est. Ideo & de omnibus.

6 ℂCurua superficies medietatis sphaerae: est dupla ad rectam circuli basis.


7 ℂDatam curuam sphaerae superficiem: in rectam resoluere/circularem & rectilinealem.

8 ℂSpheram in cubum: & cubum in spheram/resoluere.

9 ℂSimili modo in aliis curuis superficiebus ad minima respiciendo: habitudines elice. Et quicquid scibile est humanitus in mathematicis: mea sententia hac via requiritur.




¶Si ponatur secundum latus orthogonii semidiameter circuli.
¶Est manifesta: ex vltimo correlario. eo q per ipsum correlarium dictum est 1
siue per eius demonstrationem/si b e recta æqualis fuerit b d curuæ/& tracta a
c: erit a b d portio/æqualis triangulo a b e. Et vltra cum altitudo a b e & a b c
triangulorum vna sit/scilicet a b: erit maior triangulus minori/sicut b c ad b e
longitudine per primam sexti Euclidis. Ex quo constat a b c rectam superfi-
ciem/se habere ad a b d curuā superficiem: sicut b c ad b d longitudine. Pro
bationem huius dicit: quia sic est in minimo orthogonio vbi scilicet linea con-
tingentiæ & curua coincidunt. Potius videtur: quia ita est de omnibus medijs
orthogonijs: ideo & de maximo & minimo orthogonio/ita erit.




¶Datam superficiē ex arcu & sectoribus cōstitutam: in orthogoniū.
¶Hæc ex premissa: nota est. Nam cum b d supponatur æqualis b c: erit recta 2
superficies a b d æqualis curuę ex arcu b c & sectoribus a b & a c cōstitutę. Quo
modo trigonus in quadratū resoluatur: docet vltima secundi Euclidis. & quo- 3
modo aliam figurā: docet 25 sexti ipsius Euclidis. Quomodo circulus in
orthogonium resoluatur: docet prima secundi cap. libri Geometricarum trans
mutationum.

¶Abscisiones ex chorda & arcu in rectas & circulares resoluere.
¶Hæc ex quinta secundi cap. Geometricarū transmutationū/est manifesta.
¶Abscisionum spheræ habitudo curuæ superficiei ad rectam basis. 4



¶Circulus potest dici curua & recta superficies: respectu tamen diuersorum.
Respectu enim rectilinealis superficiei quę totaliter rectis clauditur: dicitur cur 5
ua. Respectu vero superficiei circūdantis corpus curuum: recta superficies di-
citur/secundum intentionem ipsius de Cusa. Aduertendum quippe est q ma-
xima portio spheræ: est medietas spheræ. cuius basis circulus: est maximus sphe
ræ/habens diametrum axi spheræ æqualem/& cētrum commune cum centro
spheræ. Vt sit a b circulus sector spheræ cuius axis erit vt a b: erit pariter circu
lus a b maximus spheræ circulus. Non enī poterit maior eo: ex sectione sphe-
ræ dari. At omnes sectores mediarum portionum quæ sunt minores medieta-
te spheræ: sunt pariter circuli: & sunt in sphera sicut chorda i circulo. superficies
vero circūdās portionem: vt arcus. Omnes igitur tales circuli: diametrum suū
habent in maximo circulo. & dicuntur hi circuli sectores portionum mediarū/
vel bases portionum. Fiat igitur sectio spheræ secundum lineam e f æquidi-
stantem ad a b: erit circulus e f sector portionis/& basis. & centrum erit in re-
cta quæ a centro spheræ ad Zenith educitur/scilicet c d: quæ transit per
omnia centra sectorum siue basium portionum spheræ.
¶Nota igitur vbi c d secat e f per literā g: erit g cētrū basis portionis spheræ.
& g d: recta ducta a centro basis ad zenith. g f vero: semidiameter basis siue/
circuli e g f. Dicit igitur de Cusa q habitudo superficiei circundantis portionē
quæ superficies curua dicitur/ad rectam basis siue ad circulū e g f: est vt habitu
do d g (quæ est linea de zenith ad centrum basis educta) cum g f semidiametro
basis/ad ipsam semidiametrū. hanc enim fundat in sequente: vt amplius dice-
tur. Rationē reddens dicit: quia ita est in minima abscisione vbi recta superfi-
cies coincidit cum curua/& zenith cū centro. Sed non videtur sufficiens pro-
batio. eo q si alia dicatur habitudo curuæ superficiei ad rectam basis: verifica-
bitur illa de minima abscisione. quoties enim repetita fuerit minima linea sim-
pliciter: non augetur sed eadem manet. vnde omnis habitudo: coincidet in ha-
bitudine minimę lineæ ad seipsam. quia omnis proportio: est secundum etiam
æqualitatem aut maiorem vel minorē inæqualitatē. Sed illud per sequentē de-
monstrare nititur: quæ de maxima abscisione est spheræ.



¶Curua superficies: medietatis spheræ/est dupla ad rectā circuli
¶Sit descriptus circulus a c: & sit a c axis alicuius sphere. erit circulus a c maximus
circulus: & basis medietatis sphere. traho a cētro d p 11 primi Euclidis. ppēdicula
rē sup a c ad circūferentiā: & sit d b. erit b d recta a zenith sphere ad centrū basis


medietatis sphereæ. Igitur per præmissam/quæ est habitudo b d cum d c ad d c illa erit superficiei medietatis sphereæ ad rectam circuli basis/scilicet ad circulum a c. Modo b d cum sit æqualis d c: erit b d cum d c dupla longitudine ad d c. & ex consequenti superficies medietatis spherę: erit dupla ad circulum basis. Quod vult propositio. Primo hoc dixit Archimedes: vt refert ipse de Cusa in libro mathematicorum cōplemētorum. Et quia ita vult de Cusa vt vult Archimedes: ex ipsa intulit de Cusa præmissam. quia ita supposuit in maxima abscisione/scilicet q̄ linea de Zenith ad centrum basis ducta cum semidiametro basis ad ipsam semidiametrū: lōgitudine seruet proportionē quā superficies curua superficiei rectę circulari basis. & similiter in minima abscisione: vbi linea de Zenith ad cētrum basis & semidiameter basis coincidunt. cum simpliciter minimę sint. Ideo omnis habitudo de ipsis verificari potest. cū omnes habitudines in ipsis de se inuicē verificērunt. Nam tripla: est dupla/quadrupla/& ita de cæteris. Supposito igitur q̄d illud de maxima & minima abscissione verificetur: nō tamen sequitur (vt in cæteris cōsimilibus argumētis diximus) q̄ de medijs oibus abscisionib⁹ verificet̄. sed si de oibus medijs abscisionib⁹ verificaret̄: necesse esset de maxīa & minima verificari. Nō vidimus demōstrationē Archimedis: qua id demōstrat. scimus tñ si ipsa superficies medietatis sphereæ nō fuerit dupla ad circulū maximū: ꝓpe tñ ad modū accedit. Sed ita supponat̄ in sequētibus: cū id testetur de Cusa in dictis complementis vidisse. Patet propositio.


¶ Datā curuā sphereæ superficiem: in rectam resoluere circularem.


7 ¶ Sume circulum æqualem maximo. & duplicata semidiametro: ex ea alium describe circulū: qui maximo circulo sphereæ quadruplus erit/& æqualis superficiei sphereæ. cū medietas per præmissam: dupla sit ad ipsum maximū circulū. erit igitur tota ipsa superficies spherę: quadrupla ad ipsum maximū circulum. Si vero in rectilinealem: resolue circunferētiam maximi circuli in rectam æqualem per ꝑmissa correlaria. rectangula sub ipsa & diametro maximi circuli: est q̄ situ̅. Nam quadrupla erit: ad ipsum maximū circulum. cū rectangula sub quarta ꝑte circūferētiæ & diametro: sit ęqualis ipsi maximo circulo. Patet ꝓpositio.

¶ Spheram in cubum: & cubum in spheram resoluere.

8 ¶ Dictum est in demonstratione 8 cap. tertij Geometricarum transmutationum: q̄ columna cuius altitudo æquatur duabus tertijs axis sphereæ/basis vero quartæ parti superficiei curuæ sphereæ/est spherę æqualis. Vnde supposito q̄ quarta pars superficiei sphereæ/sit vt maximus circulus: facilis erit propositio. Intelligatur sphera per circulum a b c: qui sit maximus circulus ipsius sphereæ. Resoluo quadrantē in rectam æqualem per secundam propositionem a nobis adiectam in annotationibus primi correlarij: scilicet inueniendo arcum quadrātis. qui faciliter sic inueniri potest. Educatur per 11 primi Euclidis: perpendicularis a centro super a c/sic q̄ secet curuam a c quā diuidet in duo æqua. & qualibet medietas: erit vt arcus quadrantis. Rursus addo ad a c in termino a: rectam orthogonaliter idefinitæ quātitatis. sitq̄ e a f arcus quadrātis: & e f chorda. cōtinuo a c vsq̄ d. sitq̄ c d: æqualis b c. traho d e g & d f h: erit g h æqualis arcui quadrātis e a f. vt dictum est. Recipio per 9 sexti Euclidis: vnum medium ꝓpoitionale inter g h & a c/& sit i k. q̄d in quadratum duco: fiatq̄ quadratum i k l m: erit æquale circulo. vt sæpe dictum est. Rursus per 11 sexti Euclidis: diuido a c in tres partes æquales. sitq̄ l n: vt duæ tertiæ. Erit per iam dicta/columna cuius i k l m erit basis/& altitudo l n: æqualis sphereæ. Rursus per tertiū præmissum geometricarum trāsmutationū: inuenio duo media continue proportionalia inter l m latus basis quadratę/& l n altitudinem. quæ sint l o & l p: vt sit l m ad l p sicut l p ad l o & l o ad l n. erit l p latus basis cubi/colūnæ æqualis: per primam tertij cap. Geometricarum transmutationum. Et ex consequēti cubus cuius latus basis erit vt l p: erit æqualis sphereæ cuius sector erit vt circulus a b c. Si vero cubum in spheram resoluere volueris: primo resoluere oportet aliquā spheram in cubum æqualem vt prius. Sit igitur datus cubus cuius latus basis sit vt a f: & ipsi cubo volo spheram æqualem assignare. Sit pri-







mo data sphera c d:& latus basis cubi illi æqualis sit a b. recurro ad quartum præmissum geometricarum transmutationum/faciendo a b primam lineam: & æqualem semidiametro siue semiaxi sphere secundam. & sit b e: æqualis c d. traho a e. Deinde educo æquidistantem a puncto f ad e b claudendo orthogonium similē orthogonio a b e: & sit a f g. dico f g esse semiaxē sphere æqualis cubo: cuius latus basis erit vt a f. Patet. Nam per 4. sexti Euclidis/sicut a f ad a b: ita f g ad b e. & permutatim a f ad f g: erit sicut a b ad b e. sed a b ad b e: se habet vt latus basis cubi ad semiaxē spheræ cubo æqualis. Igitur & a f g erit vt latus cubi ad semiaxem spheræ cubo æqualis. Sit insuper h i æqualis f g: ex qua circulum describo qui erit maximus circulus spheræ cubo æqualis/cuius latus basis erit vt a f. Patet igitur propositum.

¶ Simili modo in aliis curuis superficiebus ad minima respiciendo.

¶ Ex hac litera elicere vult/si aliquarum quātitatum habitudines scire quis voluerit: debet ad minimas & ad maximas respicere & vbi istę videbuntur coincidere: ita & mediæ coincidēt. vti dixit de maxima & minima abscisione sphere et quātum ad habitudinē superficiei curuę ad rectam basis. Quia enim in talibus vel maximum vel minimum/tantum est simpliciter aut maximum aut minimum: non est necesse/vt media coincidāt in maximo & minimo. At si vtrūq; simpliciter diceret maximum & minimum: necesse esset media omnia coincidere in maximo & minimo. Ad hauriendam igitur coincidentiam maximi & minimi/quorum alterum tantum simpliciter dicitur/sic vt hæc coincidentia omnibus conueniat medijs: necesse est videre in quo omnia coincidūt media. & in quo coincident: coincident pariter maximum & minimum. siue alterum tantū simpliciter dicatur/vel neutrum dicatur simpliciter maximum vel minimum. Sed de his hactenus. 9

Volumus iam hanc resolutionem examinare in propinquis numeris: inquirendo propinquam eius habitudinem ad diametrum: vti in alijs fecimus. Sic igitur procedēdum erit. Ex prima propositione per nos adiectæ in demonstratione primi correlarij: est manifestum semidiametrum circuli isoperimetri cuiuslibet polygoniæ æqualem esse primæ ipsius polygoniæ cum duabus tertijs sagittæ. Sumamus igitur semidiametrum circuli isoperimetri quadrato cuius latus erit vt a b. Ad quem habendum: diuido a b in duo æqua in puncto c. & ab ipso puncto per 11 primi Euclidis: educo perpendicularem c d/quæ sit æqualis a c: quæ erit prima quadrati. traho a d & b d: quæ erunt vt secunda quadrati. factoq; centro d: circūduco a d/arcum quadrantis describendo. continuo d c vsq; ad arcum: & sit d c e. erit d e æqualis a d. quare c e: erit sagitta quadrati/quā per 11 sexti Euclidis in tria æqualia per puncta f & g diuido. erit d g semidiametrus circuli isoperimetri quadrato cuius latus erit vt a b/per ipsam primam propositionem in demonstratione primi correlarij adiectam. Facto igitur d centro circūduco g d/describēdo arcum quadrantis h g i: qui erit æqualis rectę a b. Nam sicut a b pars quarta est circūferētiæ quadrati: ita h g i pars quarta circumferētiæ circuli isoperimetri quadrato cuius a b erit latus. His præhabitis/examinemus si a g longitudine sit 35 cum 1 secunda. supponendo circumferentiam quadrati longitudine 22?. Nam tunc circumferentia quadrati credita æqualis circumferentiæ circuli cuius d g est semidiametrus: se habebit ad d g bis siue ad diametrum/vt 223 ad 71. quæ proportio dicitur tripla superdecupertiens septuagesimas primas. Vnde si circumferentia quadrati sit longitudine 22?: erit a b longitudine 55 cum 3 quartis. cuius quadratus est 3108 cum 1 decimasexta. & cuius medietas est 1554. cum 1 trigesimasecunda. Vnde si a b potestate ponatur 3108 cum 1 decimasexta: erit d c potestate 1554. cum 1 trigesimasecūda. quia a b ad d c potestate dupla est. Rursus si ponatur d g longitudine 35 cū 1 secūda: erit c g excessus 35 cū 1 secūda sup 27 cū 7 octauis. eo q; 27 cum 7 octauis sit medietas de 55 cum 3 quartis: sicut d c est medietas de a b. excessus igitur d g super d c siue 35 cum 1 secūda sup 27 cū 7 octauis: est 7 cū 5 octauis. Vnde c g: lōgitudine erit 7 cū 5 octauis. & si verū sit sic examino. Diui-

